Della vetta edizione
del 1578

~~5 L. 4. 6. 13~~

NAZIONALE
R. BIBLIOTECA
CENTRALE V. E. II
M 8
48 C
14
ROMA

8.48.C.14

SELECTAE

ALIQVOT SIMILITVDINES SIVE
Collationes, tum ex Biblijs ſacris, tum ex ueterum Orthodo
xorum commẽtarijs per ALARDVM Aemſtelredamum to
mis tribus accuratius concinnatæ, plurimum adlaturæ adiu
menti uerbi Dei concionatoribus, iuxta ac ſcriptu
ræ ſacræ tractatoribus.

Cum epiſtola reuerendiſs. D. Epiſcopi Traiectenſis.



EXERCE PIETATEM.

AVTORES PARABOLARVM SIVE SIMILIVM.

Tomi primi

Hebræi & Græci.

Sacræ ſcripturæ autores.

Secundi

Græci.

Clemens
Irenæus
Origenes
Pamphylus martyr
Baſilius
Gregorius Nazianzenus
Gregor. Niſenus
Athanaſius
Didymus
Chryſoſtomus
Cyrillus
Ioan. Caſianus
Ioan. Damaſcenus
Tyrius Plutonicus
Theodoritus
Theophilactus
Maximus
Marcus Eremita
Olympiodorus

Tertij

Latini.

Paſtor nuncius pœnitentiæ.
Tertullianus
Seneca
Arnobius
Lactantius
Cyprianus
Hilarius
Hieronymus
Ambroſius
Auguſtinus
Paulinus
Leo
Fulgentius
Iſichius
Primaſius
Philippus presbyter
Gregorius papa
Climachus
Beda
Bernardus
Abſolon
Rupertus

GEORGIVS EGMONDENSIS EPISCO pus Traiectenſis Alardo Aemſtelredamo S.

DILECTE fili, nuper admodum quum eſſemus Louanij, poſteaquàm Conradus Goclenius uir non inferior literis quàm iudicio, nobis magnopere commendauit ſelecta abs te Similia ſacra, conſtanter affirmans in eis acutū lectorem plus aliquanto deprehenſurum in receſſu, quàm prima ſtatim fronte præ ſe ferant: Iccirco ſi ea in noſtri gratiā ſtatueris, ut audimus, euulgare: ſuademus ut id quàm diligentiſſime ſimul ac emendatiſſime fieri cures: ne adulterina germanis ueriſq; miſceantur, & rebus noxijs ſalutaria contaminentur. Proinde ad hanc rem tam ſalutarem, totiq; orthodoxæ Eccleſiæ non inutilem, deliges typographum induſtrium & ſyncerum: qui excudendo operi diligēter aduigilet, ipſeq; prælo ſemper adſis. Nos impreſſum opus non grauabimur apud noſtros concionatores commendare, & exemplaria apud omnes, quantum licebit, diſſeminare: quò laboris tui ſimul et argumēti, noſtræq; commēdationis utilitas latius promanet.

Hæcmondæ ex arce noſtra paterna: ſexto Calend. Octob. Anno 1538.

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI, ET EIDEM PRINCIPI ILLVSTRISSIMO, SVMMOQVE *religionis aſſertori,* D. GEORGIO EGMON*denſi, Epiſcopo Traiectenſi Alardus Aemſtelredamus* S. D.

BEASTI *nos epiſcopatu ſuſcepto tādem ornatiſſime atq; idem illuſtriſſime princeps. Vnde in ſpem maximā & (quemadmodum confido) certiſſimam nos adduxiſti, te quiduis potius commiſſurum, quàm ut commiſſo muneri non reſpondeas, hoc eſt, priſcorum præſulum exempla referas. Ecquid ni referas uero? Primum quando cum* Timotheo, *à puero ſacras literas noueris, quæ te poſſunt eruditū reddere ad ſalutem quæ eſt in* CHRISTO IESV. *Deinde quòd in ipſa pulcherrimi ſimul et ſanctiſſimi muneris functione, ſuſceptum honorem uiciſſim cohoneſtas. Deinde quod ad epiſcopalem dignitatem, non uulgarem morum attuleris innocentiam. Neq; uero uitam modo ab omni dedecore longè lateq́; ſemotam, uerum etiam famam nulla unq̄ ſiniſtri rumoris labe aſperſam. Id quod cum ſemper omnibus difficillimū eſt, tum præcipuè inter aulicos agentibus, idq́; ætate lubrica. Deinde quòd hiſce dotibus per ſe laudatiſſimis additæ ſunt & aliæ laudatiores, quas tantopere ſimul in.*Timotheo, *ſimul & in* Tito *deprædicat* Apoſtolus. *Tum quòd non deſunt opes à chariſſimis parentibus tuis, ex æquo locupletibus atq; incorruptis relictæ: quibus, quoties neceſſe eſt, eccleſijs proui*

des,

des,collapſa ab integro inſtauras ,generoſam indolem præ ſe ferētes benignitate prouehis, ſelecta ingenia hinc inde ac cita in collegijs curas formanda. Pauperes,maxime ſtudioſos,populares atq; miniſtros, quorum de numero ſumus & nos,quantum potes,pro ſua quenque inopia adiuuas. Quid multa? Suſtollis oculos cū IESV,et uides quid expectet grex tuus à te. Præterea (ut illud obiter addam) quod in id pluri mū laboris exhauris, ut Catarinā Badenſem auiam tuā, ſin gularem heroïdem,non minore morum probitate,quàm pie tate præditam,modis omnibus exprimas, utq; Magdalenā Vuerdenburgenſem illuſtriß. Heemundenſium dominam,ma trem tuā chariß. liberalitatē cū uitæ ſanctimonia æquantē, omni ex parte referas; meritò quidem referas,utpote quæ id præſtitit Hollandiæ pauperibus, quod Tabitha, quæ interpretata dicitur Dorcas,præſtitit Ioppæ. Quæq; Sareph tenſis uiduæ imitatrix eſuriens paſcebat alios,& ore pallen te ieiunijs, fame torquebatur aliena, omnemq; ſubſtantiam CHRISTI uiſceribus erogabat. Quamobrem longè meritiſſima (ut ſi quæ alia) mihi uiſa eſt,cuius nuper admodum defunctæ ſcriptum à nobis Epitaphium,ſiue potius Encomion in calce literarum adijcerem, citius opinione illā funebri oratione celebraturus. Quorſum nos tranſuerſos abripuit dolor? Redeat unde aberrauit oratio. Ad hæc,quòd ſummo ſtudio pariq; cura illud potiſſimum agis ac moliris, ut indies in melius prouehatur CHRISTIANA pietas, pariter ac Eccleſiaſtica immunitas, hactenus moderatorum uitio nonnihil labefactata, collapſaque. Adde huc, quòd opera tua potiſſimum fit, ut in nulla religione plus honoris habeatur uel egregiæ uirtuti, uel excellentibus in-

genijs quàm in Pabula non incelebri tuæ ditionis oppido, apud D. Amandum. Vnde fit, ut non alia magis regio abundet uerè religioſis uiris, in quibus & eruditionē commendat morum integritas, & morum integritatem ornat eruditio. Quæ adeò floret optimis inſtitutis, moribus, & ingenijs omni literarum genere perpolitis, ut cum quauis cæterarum religionum poßit ex æquo contendere. Accedit ad hæc quòd in his quæ ſpectant ad abuſus corrigendos (quorum peßima ſeges heu nimium creuit) & ad uiſendas Eccleſias, ſicubi nata ſint zizania ut meſſorem poſtulent, tam es aßiduus, uigilans & attentus, ut tibi nemo ſit æquandus. Eodem pertinet, quòd cathedras uendentium columbas, id eſt, dona ſancti ſpiritus, menſaſq; ſubuertis mammonæ, & nummulariorum æra diſperdis, ut domus Dei, domus uocetur, ac ſit orationis, & non latronum ſpelunca. Et ut agricola cum iam ſtirpibus ſentibuſq; agrum omnem bene purgauit, tum demum ſementem ipſam aggreditur: Ita profectò Epiſcopi cæteriq; præcipui Eccleſiæ primates atque concionatores ſolent, cum iam omnem rerum ſordidarum cupiditatem atque intemperantiam, & alios huiuſcemodi affectus ex animis auditorum porrò eiecerint, tum demum purgatis iam mentibus ſemina efficacis uerbi, terræ bonæ committere, ut nulla pullulantium abuſuum, cupiditatúmue quaſi ſpinarum commixtione ſuffocata, ad ipſam beatitudinis frugem maturè perueniant. Quid multis moror? quando & illud totis uiribus adniteris, ut in Eccleſiaſticis functionibus obeundis fideles diſpenſatores ac prudentes habeas, quos conſtituas ſuper famulitium tuum, ut dent illis in tempore dimenſum cibum. Quid? quòd ipſe religioſe perſoluendo ſolenne precum penſum, &

ſum, & quotidie, aut ferè quotidie pie ſacrificando, quantum in te eſt, paſcis gregem CHRISTI, curam illius agens non coactè, ſed uolens, non turpiter affectans lucrum, ſed propenſo animo, neque ceu dominium exercens aduerſus cleros, ſed ſic ut ſis exemplar gregis. Nimirum hoc eſt illud quod inquit Paulus: Vide miniſterium quod accepiſti in domino: ut illud impleas. Quorſum hæc dicis? Dicam equidem. Videmus, & dolentes uidemus, tempus illud adeſſe, quod & Amos olim uidit oculis propheticis: Et ecce, inquiens, dies ueniunt, dicit dominus, & emittam famem in terram, neque famem panis, neque ſitis aquæ, ſed audiendi uerbum Dei. Et: Quiſnam, inquit euangelium, eſt fidelis diſpenſator ac prudens, ut det illis dimenſum cibum. Talis erat Ioſeph ille ſimplici prudentia, prudentiáque ſimplicitate nemine inferior, ut qui superuenturam in ſeptennium uſque famem, idque per omnem Aegypti ditionem ſumma prudentia præuidit, miro in ſuos ſtudio prodidit, grauiſſimo conſilio repreſſit. Proinde amantiſſime domine, idemque pientiſſime pater, nihil eſt enim quod maiori abs te deſiderio contenderim, nihilque magis neceſſarium eſſe (ut hoc ſeculo) crediderim, quàm ut ipſe (perinde atque iam olim tecum ſtatuiſti) incipias, & tempeſtiue quidem incipias ad populum declamare. Ad quam prouinciam longè ſanctiſſimam, utpote præcipuum Epiſcoporum munus & officium continentē, quis te accommodatior? Poſteaquam omnibus (ut abſit inuidia dicto) ſis inſtructus adminiculis, quorum ſanè copia ad eam rem unice eſt neceſſaria. Faciat igitur, faciat inquam tua pietas, ut uelis in tot ſacris laboribus tuis hunc quoque multo ſacratiſſimum admittere. Faciet exercitatio ut facilè ac cōmode poſſis. Faciet et Chriſti gratia, ut celeriter

tum poſſis tum uelis. Cæterum ne in nos iaceatur id quod uulgo dici conſueuit:

πολλοὶ βουκένται, παῦροι δέ τε γῆς ἀροτῆρες,

Id eſt, multi boum inſtigatores, pauci uerò terræ aratores. Quàm feliciter ignoro, certè non credendis uigilijs & expenſis, ſelectas aliquot Orthodoxorum ueterum ſimilitudines ad id muneris haud mediocri adminiculo futuras exhibemus. Quibus nihil ad concionandum conducibilius eſſe merito contenderim, quòd ſubtiliora illa & ex medijs ſcholis deducta, uelut exilia nimium, uel nō intrant craſſiores uulgi animos, uel nō hærent: rudioribus (utar enim Rodolphi Agricolæ uerbis) ex medio depromptis tanquam popularibus robuſtioribusq́;, mouentur magis. Vtq́; delicatiores aures lyra cytharáue delectat: ita militem non niſi tuba accenderis. Craſſis enim (quod in prouerbio eſt) craſſa conueniunt. Id quod egregij illi ueteres Theologiæ tractatores, priſciq́; ſeculi concionatores haud immerito ſapientes æſtimati, agnoſcentes ea quæ monitu ſuaſuq́; uidebantur utilia, non obſcurè, non inuolutè tradiderunt, ut philoſophis noſtris atque in his potiſſimum Ariſtotelicis mos eſt: ſcilicet appoſitas propinquáſque ſimilitudines in medium proferentes, res ſalubriter ac proſpicienter animaduerſas in mentes animóſque plebeiorum auditorum, cum audiendi quadam illecebra induerunt. At hodie quibus cum populo res eſt, artibus ualemus, magnis fortaſſe illis, ſed parum popularibus. Pectus inſtruximus, neglesximus linguam, ſubtilia didicimus, familiaria faſtidimus, quorum primæ ac præcipuæ ſunt ὁμοιώσεις. Quod ijs qui ſe popularibus functionibus deſtinarunt, minime faciendum eſſe indicio fuerit

rit ſeruator ille noſter Dominus IESVS CHRISTVS, in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ ac ſcientiæ reconditi, cuius ut prudentiſsimi breuiſsimi'que fuêre ſermones, ita apertiſsimi atque parabolarum pleniſsimi. Hæc omnia (inquit Euangeliſta) loquutus eſt IESVS per parabolas ad turbas, & ſine parabola nihil loquutus eſt illis, ut compleretur quod dictum fuerat per prophetam, qui ait: Aperiam in parabolis os meum, eructabo abſcondita à conſtitutione mundi. Cui apprîme concinit Tertullianus lib. 4. aduerſus Marcionē, Nec forma (inquiēs) ſermonis in CHRISTO noua, cum ſimilitudines obijcit, cum quæſtiones refutat. De ſeptuageſimo uenit Pſalmo: Aperiam inquit in parabolam os meum, id eſt, ſimilitudinem, eloquar problemata, id eſt, ediſſeram quæſtiones. Et mox ibidem indicat cur ſimilitudinibus uſus ſit CHRISTVS. Conſentanea ſcribit & Origenes capite in Matth. 13. Nam ſi turbis loquebatur in parabolis, & ſine parabolis non loquebatur eis: cæterum ubi uenerat in domum, non loquitur turbis, ſed accedentibus ad ipſum in ea diſcipulis, perſpicuum eſt, non eſſe parabolas quæ in domo loquutus eſt. His enim qui foris ſunt loquitur per parabolas, & quibus non eſt datum ſcire myſterium regni cœlorum. Dixerit igitur aliquis: Si non ſunt hæ parabolæ, quid igitur ſunt? An igitur ſcripturæ uocem ſequuti, dicemus eſſe ſimilitudines? Differre autem ſimilitudinem à parabola? Scriptum eſt enim in Marco: Cui aſsimulabimus regnum Dei, aut cui illud conferemus? Ex hoc ſiquidem demonſtratum eſt, diſcrimen eſſe inter ſimilitudinem & parabolam, id eſt, collationem. Videtur igitur ſimilitudo eſſe generalis, parabola uero ſpecialis. Fortaſsis & ſimilitudo cum uox

ſit maxime generalis ad parabolam, ut complectitur in ſe ſpeciem parabolam, ſic & ſimilitudinem ſpeciem cognominẽ uoci generali. Hæc ille. Similitudo uerò aptiſſima eſt concionanti, quòd ex confeſſis ac manifeſtis ratiocinatur, & rem mire ſubijcit oculis. Huius uſus latiſſime patet: adhibetur enim ad ornatum, ad uoluptatem, ad euidentiam, ad grauitatem. Nihil perſuadet efficatius, nihil rem euidentius ponit ob oculos, nihil plus adfert uenuſtatis aut dignitatis, aut etiam iucunditatis. Nihil æquè ualet ad excitandum languentes, ad conſolandum animo deiectos, ad confirmandum uacillantes, ad oblectandum faſtidioſos. Neque enim Eccleſiaſtis, alijs'ue ſcripturæ tractatoribus ſemper res eſt cum hæreticis aut impijs, qui non collationes aut allegorias tantum, uerum etiam euidentiſſima ſcripturarum teſtimonia uel reijciunt, uel deprauant interpretatione. Nec illud prætereundum ſilentio, Chryſoſtomum, alioſq; ueteres Eccleſiaſtas frequenter exordiri à ſimilitudine ad argumentum congruente. Exemplis referendis, quoniam paſſim obuia ſunt, ſuperſedeo. Sed de hac re qui uolet plenius edoceri, is legat Ioan. Chryſoſtomi homeliam in Ioannem 33. in illud: Videte regiones quia albæ ſunt iam ad meſſem. Eiuſdem homeliam in Geneſ. 13. Origenis homeliam in Leuiticum 10. Auguſtinum in ipſa ſtatim fronte libri ſecundi de doctrina Chriſtiana, D. Gregorium 3. Moralium cap. 36. Eraſmum noſtrum Rot. in Methodo ſtudij theologici, & Adagio: Culicem colant: Ipſiq; adeò ſapientis eloquentiæ, & eloquentis ſapientiæ principes Tertullianus, Origenes, Cyprianus, Nazianzenus, Baſilius, Ioannes Chryſoſtomus, Hieronymus, Ambroſius, Auguſtinus, alijq; complures tot retrò ſeculis eccleſiaſtici proceres, uixi

cum

cũ omni ingenij laude multum, tum neſcio an ſimilitudinũ per tractatione plurimum admirandi, haud obſcure ingenioſiſſimis, & perinde literatiſſimis ſuis omnis generis lucubrationibus oſtendunt, quàm magnus ſit ſimilium uſus: quàm tractandis cum omnibus rebus, tum potiſſimum ſacris accommodatus, quàm copioſus ad argumentandum: denique quàm uulgi opinionibus ſenſibusq́; aptus eorum locus, ut quò crebrius nullus tum ipſis prophetis apoſtolisq́;, tum horum tractatoribus incidit. Sic enim exiſtimo ſcripturæ ſacræ magnum uſum & apud ſcholaſticos etiamnum doctores, & apud barbaros olim fuiſſe tractatores, artem uerò ſimilium accommodandorum in his unis, quos dixi, ueteribus theologis. Sed quorſum attinet nos his pluribus immorari, quando per omnium manus iactitetur elegantiſſima D. ERASMI *noſtri* Rot. *Chriſtianæ pietatis, & politioris literaturæ uindicis conſtantiſſimi epiſtola, ante librum parabolarum ſiue ſimilium præfixa, qua hac de re diſſerit luculentiſſime. Si tanti (ut dicitur) uitrum, quanti margaritum? Si prophana tantis feruntur laudibus, ut meritò quidem feruntur, quæſo te, ampliſſime pater, ecquid par eſt fieri de ſacris, ex uernantiſſimis Orthodoxorum autorum hortis in tui, tuorumq́; ſimilium gratiam ſelectis? Bene Vale*

Louanij.

Calendis Sep. 1558.

ALARDVS AEMSTELREDAMVS LECTORI.

QVo proditas à nobis ſimilitudines, amice lector, plenius intelligere, & facilius uſui quotidiano populariq; concioni poſſes accõmodare, adeoq; tuopte Marte, quoties opus erit, commodas tibi concinnare, ex noſtra in Rodol. Agricolã epitome, & poſteriore Copiæ commẽtario, & Eccleſiaſta D. Eraſmi ſimilium definitionem pariter & uſum curauimus adijciendam. Fruere lector & faue.

EX EPITOME PRIMI LIBRI ROD. Ag. de inuentione dialc. per Alardum Aemſtelred.

SImilia quæ iunguntur non in tertio, quod ſit eis commune, ſed utrunq; in ſingulis, quorum quemadmodum hoc in iſto, ſic illud ſeſe habeat in illo, ut apud Quintil. Vt uaſcula oris anguſti ſuperfuſam humoris copiam reſpuunt, ſenſim autem influentibus uel etiam inſtillantibus complentur: ſic animi puerorum quantum excipere poßint, uidendum. Nã maiora intellectu ueluti parum aptos ad percipiendum animos non ſubibunt. Hic uaſcula oris arcti, & minora puerorum ingenia conferuntur non in uno aliquo, ſed illa, in eo quod eſt non admittere ea quæ impetu ſuperfunduntur: hæc in eo, quòd difficiliora ſubito nequeũt amplecti. Dißimilium non ita creber eſt uſus. Quid ſint autem, facile eſt deprehendere ex ſimilibus. Non enim aliud eſt dißimilitudo, quàm contraria eius, quod oſtendere uolumus ſimilitudo. Itaq; & idẽ eſt eorum cum ſimilitudine locus. Coniunxit utrunq; Quintilianus: Non enim uox, inquit, illa præceptoris, ut cœna, minus pluribus ſufficit: ſed ut ſol uniuerſis idem lucis caloriſq; largitur. Tractatur uarie hic locus, & uberius uel aſtrictius

pro iudicio dicentis efferturi: ut in Quintiliani illis exemplis. Delectus autem adhibendus eſt, ut pro rei qualitate ipſam adaptemus. Vt ſi docere uolumus, aperta ſit ſimilitudo: ſi laudare, ſplendida: ſi uituperare, pudenda: ſi rem attollere, magnifica: liquidius nanq; oportebit rem quanq; talem uideri, qualem imagine ſua uolumus aliam eſſe monſtrare. Ducuntur & hæc ex antecedentibus & cōſequentibus & adiunctis. Antecedentia ſimilia ſunt, ut apud Ciceronem pro lege Manilia: Medeæ quæ membra fratris diſcerpſit, quo colligendis illis perſequentem moraretur patrē, aſsimilatur Luculli exercitus opibus Mithridatis à perſequēdo ipſo Mithridate diſtentus. Adiūcta ſunt, ut pro Roſcio, Anſeres & canes qui in Capitolio alebantur, ut fures detegerent, quibus accuſatores ſimiles dixit orator, ut nocentes in R. p. ad pœnas ſcelerum dandas in ius uocarent. Ex conſequentibus Lucanus ſumpſit, cum perturbationem ciuitatis explicaret, confuſione ea quæ ſit in fine mundi rerumq; omnium futura. Copioſi ſunt hi duo comparatorum & ſimilium loci, & uulgi opinioni ſenſibusq; aptiſsimi, quibusq; nulli crebrius tum oratoribus tum poëtis in dicendo ac ſcribendo incidunt. quocirca plenius intelligere & facilius uſui quotidiano accommodare qui uolet, ipſum adeo Rodolphum legat, qui de his præcipit luculentiſsime ut omnia. Tūm quæ in eum congeſſere doctiſsimi uiri exempla. Maxime autem D. Eraſmi Rot. Chriſtianæ pietatis & politioris literaturæ uindicis conſtantiſsimi, ſimilium & diſsimilium liber ad utroſq; locos adiumento fuerit, cum comparata & ſimilia pleraq; ſola tractandi ratione & elocutionis genere diſtare uideantur.

D. Eraſ.

D. Eraſmus Roterod. poſteriore Copiæ commentario de parabola.

Iam uero ſiquis parabolam, & quæ ſequuntur.

[redacted]

Similitudo uerò, ſiue collatio, eſt explicata metaphora. Veluti, Demens ſit, qui Rempu. conetur ſubuertere, quâ perdita ipſe incolumis eſſe nõ poßit: ſimplex eſt ſermo, quia proprijs conſtat uerbis. At ſi dicas: manifeſtæ dementiæ ſit, Remp. uelle demergere, quâ demerſa, ipſi quoque ſit naufragio pereundum, Metaphora eſt, quia proprijs translatitia ſunt admixta. Sin ita loquaris, patriæ perniciem molienti: Tu quid nauem in quaueheris, ſtudes pertundere, qua demerſa tibi quoque communi naufragio pereundum ſit? Allegoria eſt. Rurſus ſi dicas: Quemadmodum demens haberetur, qui nauẽ pertunderet, in qua ueheretur ipſe: ita extremæ ſtultitiæ ſit, Remp. in qua uiuis, uelle perdere, qua perdita tu non poßis eſſe incolumis, Collatio eſt. Imago minimũ differt à ſimilitudine, quum ſit ſimilitudinis ſpecies. Nam ſimilitudo adhibetur ad ornatum, ad uoluptatem, ad perſuadẽdum, ad euidentiam, ad grauitatem, & ab omni genere rerum aſciſcitur. Imago tantum ab animãtis forma ducitur, & ad rem uel amplificandam, uel oculis ſubijciendam facit: ut ſi hominem rapacem ac uirulentum depingas ſimilem iubato draconi, qui oculis ardentibus, dentibus acutis, unguibus aduncis, hiante rictu per omnia uolitet, circumſpiciens ſi quem reperiat, cui poßit aliquid mali faucibus afflare, quem ore attingere, dentibus diſſecare, lingua aſpergere, unguibus dilacerare.

ERAS.

[redacted]

PORRÒ quot modis adhibetur ſimilitudo, & à quot rerũ generibus pétitur, quoniam abunde traditũ eſt à Quintilia. rhetorum omniũ diligentiſsimo, & à me quoq; in cõmentarijs de Copia, nõ hic uulgata protritáq; repetã. Illud tantũ admonebo, curandũ ut ſimilitudo quadret ad id cui adhibetur, ne ſit ſordida aut obſcœna, ne accerſatur à rebus ignotis populo cui loquimur, niſi natura rei ſit tã inſignis, ut hoc etiã ipſum diſcere ſit operæpretiũ: ne dura et affectata, ne talis ut ſtatim in diuerſũ torqueri poſsit. Hoc ſchemate ſcatet undiq; ſcriptura diuina, præcipuè ſermones Euangelici, quæ tamẽſe rè nõ ſumũtur, niſi à rebus uulgo notiſsimis. Inter Eccleſiæ doctores nullus largius utitur hac figura, q̃ Ioan. Chry. Similitudo, ſiue ꝗ Cicero mauult, Collatio hac nota differt, & ab imagine, et ab effictione, ꝗ præter alias uirtutes frequenter, non dilutã habet ratiocinãdi uim, ueluti quoties quod aduerſarius adfert, ad aliquid ſimile trãsferimus, in quo demõſtratur euidẽs abſurditas. Arrianus ſic argumẽtatur: Pater utrũ gignit uolẽs an nolẽs? Si nolens, nõ eſt deus: ſi uolens, utiq; uerbũ eſt filius uoluntatis nõ naturæ. Hoc ſimili retũditur. Tuus pater utrũ uolens an nolens genuit te? utiq; uolens. Igitur nõ naturæ, ſed uolũtatis es filius. Atqui hoc manifeſtã habet abſurditatẽ. Rurſus quod adferũt, Quod gignit, prius oportet ſit genito, Pater igitur eſt filio antiquior, ita cõfutatur. Vtrũ eſt antiquius ſol, an radius à ſole promanãs? Quod ibi uideri poterat ꝓbabile, hic apparet egregiè ſtultũ. Similiter quũ ita ratiocinatur, Genitũ et ingenitũ inter ſe pugnãt, ſed pater ſolus dicitur ingenitus, proinde non eſt eiuſdẽ naturæ cũ filio,

itaq;

itaq; nec Deus,ſimili repelluntur. Primus homo non eſt genitus,ſed ex argilla factus, non eſt igitur eiuſdem naturæ cum cæteris hominibus qui naſcuntur. Vnde cõſequitur aut ipſum falſo dictum hominem,aut cæteros qui progignuntur è parentibus, non eſſe uocandos homines. Quo nihil abſurdius. Itidem quum filium excludũt à conſortio diuinæ naturæ uerbis Euangelij, Vt cognoſcant te ſolum uerum Deum & quem miſiſti IESVM CHRISTVM. Si ſolus,inquiunt, pater uerus deus eſt,quo ore filius prædicatur deus? Repelluntur teſtimonio Baruch 3. Hic eſt deus noſter, & non æſtimabitur alius ad illum. Id porro de filio dici declarat id quod ſequitur, Poſt hæc in terris uiſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt. Similia ſunt,ſolus hic eſt deus, & non eſt alius: quæ uerba ſi urgemus,ſolus filius erit deus, excluſo patre & ſpiritu ſancto. Hoc argumentationis genere ſæpe feliciter utitur Gregorius Theologus & Hilarius. Exemplis congerendis ſuperſedeo, præſertim, quod hoc loco admonemus alieniore, quia prius non ueniebat in mentem. Pro qualitate ſimilitudinis uariabitur orationis character: Iucundus erit, ſi à rebus iucundis ducetur: grandis ſi à rebus ſublimibus: acris,ſi à rebus terribilibus: mediocris,ſi à rebus mediocribus: humilis,ſi ab humilibus.

Iucundæ dictionis exemplum erit, Quemadmodũ blandis flatibus aſpirãte Fauonio,ſqualor & triſtitia hyemis depellitur,omniſq; naturæ facies ueluti noua iuuenta repubeſcit,arbores nouis ornantur frondibus,gramina blande uirentia uarijs florum luminibus diſtinguuntur, amnes labuntur amœnius,ſol ipſe totaq; cœli ſpecies mitiore aſpectu delectat oculos: ita ſimul atque hominis animum afflauerit diuini ſpiritus

ritus gratia, protinus abit uitæ prioris deformitas, proq; uitijs omnis uita decoris uirtutibus eniteſcit, dicas cum feliciter renatum.

Grandis illud. Sicuti Deus quum nullius egeat, tamen ſuapte natura gaudet omnibus benefacere: ita qui Deum patrem appellant, debent gratis de omnibus, quod in ipſis eſt, benemereri.

Acris hoc. Expalleſcis ad afflatum aut morſum uiperæ, & ad medicum curris? Quanto magis horrenda turpitudo, quæ uenenum habet omnibus uiperis præſentius, quantoq; celerius quærenda medicina?

Mediocris hoc. Quemadmodum qui iuxta Heſiodi conſilium crebro parua paruis addunt, tandem euadunt diuites: ita qui in uirtutibus ſemper ad meliora proficit, tandem perfectus euadit.

Humilis ſiue ſubmiſſæ illud. Quemadmodum mendici ſi quid habent boni celant, ſed pannos & ulcera oſtendunt, quo ſpectantium benignitatem prouocent: Sic nos non oportet iactare noſtra benefacta apud Deum, ſed mala noſtra profiteri, ſi uolimus illius in nos miſericordiam prolicere.

LECTORI.

Quandoquidem inter Eccleſiæ doctores, nullus largius utitur ſimilibus q̃ IOANNES CHRYSOSTOMVS, iccirco uiſum eſt ab eo auſpicari.

SELECTAE ALIQVOT SIMILITVDINES SIVE COLlationes, tum ex Biblijs ſacris, tum ex ueterum Orthodoxorū commentarijs, per ALARDVM Aemſtelredamum tomis tribus accuratius concinnatæ, plurimum allaturæ adiumenti uerbi Dei concionatoribus, iuxtà ac ſcripturæ ſacræ tractatoribus.

IOANNES CHRYSOSTOMVS HOMILia I. de Dauid & Saule.

P. N.

QVOTIES diutina quæpiam ac dura inflatio corporibus inhæſit, tum & longo tempore, multoq́; labore, & multa ſapientia in admouendis remēdijs eſt opus, ut collectus tumor, abſque uitæ periculo diſſoluatur. Idem uidere eſt in anima. Quoties enim aliquis morbum qui iam radices egit in anima, multoq́; tempore concretus ſit, radicitus euellere uoluerit, non ſatis eſt ad correctionem unius duorúmue dierum admonitio: uerum oportet frequenter, ac diebus compluribus in hac cura uerſari: ſi modo non ad ambitionem ac uoluptatem, ſed ad fructum, & utilitatem munus hoc publicum geſturi ſumus.

Morbus animæ.

Siquidem hoc ſpectat medicus, ut morbo liberet ægrotū, non utrum merito an immerito ſibi morbum contraxerit. Tu quoque igitur medicus eſto ei qui te læſit, unum hoc quære, quo pacto illi morbum adimas.

Medici ſcopus.

Etenim

Etenim ſi uulgares iſtos principes ab Imperatore deſignatos, etiamſi ſint improbi, ſi fures, ſi prædones, ſi iniuſti, ſi denique quodcunque aliud fuerint, timemus cum horrore, non propter malitiam deſpicientes eos, ſed propter dignitatem illius à quo electi ſunt, reuerentes: Multò amplius id facere conuenit, in his quos elegit dominus. Principum timor.

IDEM HOMILIA II. MAGNVM

eſſe bonum non tantum exercere uirtutem, uerumetiam laudare &c.

Hoc nimirum & parentes ſæpenumero faciunt erga filios, dum quiſpiam corripiens filium ſuum corruptum, multaque operatum mala, quamuis ſibi perſuaſum habeat, illum ex propria malitia ad perditos mores exorbitaſſe: frequenter tamen in alios culpam reijcit, ita loquens: Noui non fuiſſe tuum delictum, ſed alij te corruperunt ac ſeduxerunt. Illorum eſt totum hoc peccatum. Nam hæc audiens filius, poterat paulatim à malitia reſipiſcens facilius ad bonam frugem reuerti: dum pudeſit erubeſcitque, hac laude uideri indignus. Parens corripiens filium.

Idem fecit Paulus ſcribens Galatis. Poſt multos illos ac prolixos ſermones, poſtquàm non commemorãdas accuſationes, quibus illos accuſarat ſub epiſtolæ finem, uolens ab illis amouere culpam, ut aliquantulum à criminibus recreati ad excuſationem uenire queant, hunc in modum loquitur: Ego confido de uobis, quod nihil aliud ſentietis. Cæterum qui uos perturbat, feret iudicium quiſquis ille fuerit. Pauli conſilium.

Plerunque enim uulgus hominum ex ſuo animo de alijs iudicat. Velut qui aſſidue inebriatur, haud facile credere poſſet, eſſe quempiam hominem ſobrie frugaliterque uiuentẽ. Ex ſuo animo de alijs iudicans.

Qui ſcortis indulget, etiam pudicè uiuentes habet pro incontinentibus. Rurſus qui res rapit alienas, non facilè perſuadebitur, eſſe homines qui ſua quoque profundant. Similiter & hic ſemel occupatus ira, haudquaquàm facilè credidiſſet eſſe hominem uſq; adeo ſuis affectibus ſuperiorem, ut non modo nihil læderet, uerum & eum qui læſerat ſeruaret.

Ira.

IDEM HOMILIA III. PERICVLOſum eſſe adire ſpectacula.

Laborans ab oculis.

Quemadmodum qui laborant ab oculis, ſi ſpongias ac ueſtium cyaneo colore pannos tenentes frequenter in ea intueantur, ex eo colore nonnullum capiunt morbi leuamen: ſimiliter & tu, ſi Dauidis imaginem præ oculis habeas, & in hanc aſsiduè defigas oculos, etiam ſi milies obtundet ira mentis oculum perturbans, ad hoc uirtutis exemplar reſpiciens, perfectam conſequeris ſanitatem, puramq; animi philoſophiam ac tranquillitatem.

Pura animi philoſophia ac trāquillitas.

Iracundia.

Quemadmodum quàm diu nox adeſt, ſæpe ne præſentem quidem amicum agnoſcimus, at mox ut exortus eſt dies, etiā eminus conſpectum agnoſcimus: Itidem & in iracundia ſolet uſu uenire. Donec inter nos maleuolum gerimus animum, & uox audita nobis aliter ſonat, & ipſam faciem corrupta mente aſpicimus. Cæterum ubi poſuerimus irā, & uox quæ prius erat inuiſa atq; hoſtilis, placida nobis ac iucundiſsima uidetur, & aſpectus ipſe prius inimicus & iniucundus, tunc fit amabilis & iucundus. Idem accidit in tempeſtate. Non patitur nubium concurſus nobis conſpicuam eſſe cœli pulchritudinem, ſed quamuis milies habeamus oculos perſpicaces & acres, nequaquam pertingere poſſumus ad illam ſupernam iucunditatem. Cæterum ubi iam radiorum calor, perruptis ac diſ-

Tempeſtas

ac diſcuſsis nubibus ſolem oſtendit, rurſus & cœli decorem oſtendit. Idem accidit in nobis ira feruentibus, dum ſimultas uelut denſa nubes, ante oculos & aures ſtat, facit ut uoces aſpectusq; uideantur aliter quàm ſunt. Simultas.

Quemadmodum enim, inquit, ſi infles in ſcintillam ignis, excitas incendium, contrà ſi inſpuas, extinguis, & utrunque tibi in manu eſt, quoniam utrunque, inquit, ex ore tuo proficiſcitur. Idem fit & in inimicitia proximi, ſi inflatos ac uecordes ingeras ſermones, excitas ignem illius, accendis carbones: Sin mites ac moderatos admoueas ſermones, priuſquàm exardeſcat, iram omnem extinxeris. Ne dixeris igitur, Hæc aut hæc audiui, quum hæc omnia ſint in tua poteſtate. Hoc enim pacto iram ueluti ſcintillam, uel extinguere, uel accendere, furoremq; uel excitare, uel contrà ſedare in te ſitum eſt. Scintilla ignis. Inimicitia proximi.

Frequenter enim fit, ut quum eadem conuicia audimus ab amicis iocantibus facetijsúe ludentibus, aut à pueris paruulis, non ſolum nullam ſentiamus moleſtiam, neq; incrudeſcamus, ſed uideamus etiam atq; exhilaremur, eò quòd illa non audimus animo affectu corrupto, neque mente ira præoccupata. Itidem in inimicis, ſi extinxeris iram, ſi odium eieceris, nihil eorum quæ dicuntur, te poterit offendere. Conuicia. Inimici.

Quandoquidem & patres filios delinquentes frequenter ex ædibus exigunt, & à menſa ſubmouent, nō ut ſemper illinc exulent, ſed ut hac correptione redditi meliores, cum debita laude in paternum redeant contuberniū. Idem ſanè faciūt & paſtores, dum oues ſcabie oppletas, à ſanis ſegregāt, ut miſero morbo leuatæ, denuò tutò ad ſanas reuertantur, potius q̄ ægrotæ, gregem uniuerſum ſuo illo morbo impleant. Patres. Paſtorū munus.

IDEM HOMILIA IIII. CVM PRESBYter eſſet deſignatus.

Atqui etiam ſi mihi amnium more proflueret oratio,ſiq; uerborum fontes eſſent in ore meo, protinus ex tantæ multitudinis ad audiendum concurſu,metu ſiſteretur profluuiũ,& in diuerſum fluenta reſilirent. Nunc uerò quum tantum abſumus à fluminum ac fontium copia,ut exiguæ pluuiolæ medio critatem obtineamus,quî fieri poßit,ut me non deficiat tã exiguus fluxus,metu arefactus: Idemq; eueniat,quod in corporibus ſolet accidere? Quid accidit in corporibus? multa frequẽter quæ manu tenemus,quæ digitis ſtringimus,præ metu nobis excidunt omnia,diſſolutis neruis noſtris, corporisq; uigore remiſſo. Itidem mihi profectò nunc metus eſt,ne idem eueniat in animo noſtro,uidelicet,ne quæ multo cum labore excogitauimus, quanquàm & hæc ſanè perquàm exilia pariq; momenti,præ pauore ueniant in obliuionem, & euaneſcant,abeantq; animum noſtrum deſertum relinquentia.

Corpora.

Pleraq; omnia ferme præ pauore ueniunt in obliuionem.

Quemadmodum enim in coronis non ſat eſt flores eſſe puros,niſi pura ſit & manus eas contexens: ſic & in ſacris hymnis oportet nõ uerba tantum eſſe pia,uerumetiam animum hymnos concinentem. At is mihi impurus eſt, fiduciæ uacuus,utpote multorum plenus ſcelerum.

Coronæ.

Sacri hymni.

Mala beſtia eſt peccatum, non quidem in conſerua corpora malum proferens,ſed in ipſam domini gloriam effundens malitiam. Propter uos, inquit,nomen meum conuicijs afficitur inter gentes. Eoq; peccatorem tanquàm è ſacra patria abegit Propheta, & ultra fines ac pomœria ſubmouit.

Peccatum.

Atque uti muſicus optimus è cithara bene modulata chordam diſſonam reſecat, ne reliquarum uocum harmonia uitietur;

Muſicus.

tictur: Sic & peritus artis medicus, membrum putrefa-ctum amputat, ne hæc lues ad cætera membra ſana tranſiliat. Eundem ad modum Propheta fecit, dum ueluti chordam diſſonam, ac ueluti membrum ægrum, ab uniuerſo creaturæ corpore reſecat. Medicus.

Quandoquidem in pretioſis unguentis, non tantum ſi quis effundat lecythum, uerumetiam ſi quis uel ſummis digitis ſuperficiem attingat, & aërem nouo colore tinxit, & quot quot adſunt, ſuauitate fragrantiæ repleuit. Quod & in præſentia contingit, non uiribus eloquentiæ noſtræ, ſed propter uim ab hoc bene geſtorum.

IDEM HOMILIA VI. QVVM SARTOninus & Aurelianus acti eſſent in exilium &c.

An non uides quòd agricolæ uitem putant? ne uim omnem in pampinis & palmitibus, ſed in radice proferat? Idem & tu facito: Amputa folia, omneq́; ſtudium huc intende, ut quàmplurimum fructus ferat. Agricolæ.

Si ſtellæ quæ ſunt in cœlis perpetuoq́; lucent, recipiunt nonnullam mutationem, ſol deficiens, luna interiens: an non extremæ dementiæ ſit, terrena pro ſtabilibus fixisq́; ducere? Stellæ.

Hominum uita imitatur mare uæſaniens, quotidie parturiens naufragia, naufragia inquam, tum noua, tum periculoſa. Omnia tumultuum & turbarum plena ſunt, omnia ſcopuli & præcipitia, omnia rupes ſub aquis latentes, & ſinuoſæ cautes: Omnia terrores, diſcrimina, ſuſpitiones, tremores & angores. Sublatum eſt charitatis bonum, ciuile bellum habet omnes, ac ne id quidem apertum, ſed obumbratum. Innumerabiles ubique perſonæ, ſimulatæq́; facies, multa ouium uellera, innumeri ubique lupi ſub his occultati. Mare uæſaniens.

Natura humanarum rerum. Natura humanarum rerum nihilò ſecius ſe habet, quàm amnium defluxus, & fumo in aërem euaneſcente fugacior eſt. Et umbra præcurrente inanior. In his ſi philoſophatus fueris, nec ſuauia te poterunt inflare, nec moleſta deijcere.

IDEM HOMILIA VII. DE fide Annæ.

Venti. Quemadmodum uentis ex aduerſo inter ſeſe concurrentibus, mediamq́; ſcapham dum inter ſe depugnant, corripientibus, ac multis fluctibus partim à prora, partim à puppi inſurgentibus, gubernator clauo aßidens ſeruat nauim, undarum incurſus gubernãdi prudentia depellens: Sic & mulier tum illa, quum ira & angor in animum ipſius facerent impetum, rationem illius perturbantes, multosq́; fluctus excitarent, non iam biduum ac triduum, aut dies uiginti, ſed ad totos annos (nam hoc, ut ait ſcriptura, ex multo tempore factum eſt) fortiter pertulit tempeſtatem, nec paſſa eſt rationem demergi. Siquidem Dei timor tanquam nauclerus gubernaculis aßidens, perſuaſit eam tempeſtatem magno animo perferendam eſſe, nec prius deſtitit mentem illius gubernare, donec in tranquillum adduceret portum, onere plenam, hoc eſt, uterum pretioſo thezauro onuſtum.

Dei timor. Nauclerus.

Acerba uulnera. Animus perturbatus. Quemadmodum acerba uulnera ne leuem quidem manus contactum ferunt: Sic & animus perturbatus difficilis eſt ac moroſus, & ad omnia indignatur, quouisq́; uerbo mordetur & offenditur.

IDEM HOMILIA VIII. DE ANNA, deq́; Samuelis educatione.

Amniũ fontes. Neq́; enim perinde amniũ fontes, floridos reddũt hortos, ut plan-

ut plantam deprecationis fontes lachrymarum irrigātes faciunt in ſummam altitudinem excurrere. Planta. Deprecatio

Quemadmodum eodem in loco fixa uitis, in longum producit palmites, & uua multo interuallo pendens, cum radice habet commercium: Itidem & in hac accidit fœmina, quæ in urbe manens uſq; ad templum extendit ſuum palmitem, atq; illic uuam ſuſpendit maturam: nec interuallum illud ullum attulit impedimentum, quum charitas, quæ ſecundum Deum eſt, puerum matri copularet. Vitis. Vua.

Quemadmodum arbor perpetua irrigatione in magnā excreſcit altitudinem: Sic & hic diuinorum eloquiorum doctrina aßiduè irrigatus, ad uirtutis faſtigium peruenit. Arbor. Diuina eloquia.

An non abſurdum eſt nos domum ueterem, ruinam minitantem fulcire, pecunias impendentes, fabros acceſcentes, denique nihil non facientes: domum autem Dei (nam Dei domus eſſe debet adoleſcentis anima) ne uulgari quidem digna ri cura? Vide ne idem audias quod olim audiere Iudæi. Nam illi poſteaquàm è captiuitate templum materiale conſpicientes neglectum, priuatas ædes ſuas exornarunt, adeò Deum exaſperarunt, ut mitteret eis Prophetam, qui famem minitaretur, magnamq́; rerum neceſſariarum penuriam, atq; hanc comminationis cauſam eloqueretur: Vos quidem in domibus undique habetis manſiones, domus autem mea deſerta eſt. Quod ſi illius templi neglectus tantam excitauit iram numinis, multo magis huius templi neglectus ad iracundiam prouocabit dominum. Siquidem hoc templum tantò eſt illo honoratius, quò plura habet ſanctimoniæ ſymbola. Domus uetus ruinam minitans. Adoleſcentis anima. Templi neglectus.

An non uidetis frequenter, quòd qui in urbibus uerſantur, pueros nuper à lacte depulſos faciunt Thallophoros, aut Pueri à lacte nuper repulſi.

agonothetas, aut certaminum præfectos, aut chorearum magiſtros faciunt? Idem & nos faciamus, à primis ſtatim annis inducamus eos ad diſciplinam Reipubl. cœleſtis. Siquidem hæc terrena, quum impendium adferat, fructum tamen nullum habet. Nam quæſo te, quis fructus eſſe poßit è populari applauſu? Simul, ut ueſpera nos occuparit, ilico plauſus ille totusq; tumultus emarceſcit, ac feſto peracto, perinde quaſi in ſomnis fuerint deliciati, ita omni uoluptate deſtituti conſiſtunt, dum nec à corona, nec à magnifica ueſte, nec à reliquo faſtu uniuerſo conceptam uoluptatem, ſi quærant, inuenire ualeant, quòd omnia illa quouis uento celerius prætercurrāt: cæterum in cœleſti politia omnia ſecus habent, citrà impendium lucrum adferunt, & copioſum & ſtabile.

Educatio.

Popularis applauſus.

Cœleſtis politia.

Induſtrij agricolæ.

Quemadmodum induſtrij agricolæ primum ſemen in terram deponunt, cupreßi aut aliarum arborum ſimilium, deinde ubi conſpexerint è ſemine factam arborem, non relinquunt in eadem terra, ſed inde reuulſam plantulam, in aliud transferunt ſolum, ut terra in recens gremio ſuo exceptam illius radicem, puram & integram uim ſuam proferat ad nouam educationem. Ita & Anna filium præter ſpem proſeminatum in templum tranſtulit è domo, ubi ſunt perpetuæ fontium ſcatebræ & irrigationes ſpirituales.

Irrigatiões ſpirituales.

IDEM ADVERSVS IVDAEOS ORAtione Prima.

Paſtores.

Epiſcopi officium.

Quandoquidem & paſtores, quamdiu noxia beſtia moleſta non eſt, ſub ilicem aut populum porrecti, fiſtula canunt, ſinentes oues liberè pro ſuo arbitratu paſcere. Verum ſimulatq; ſenſerint alicunde luporum incurſionem imminere, mox abiecta fiſtula, fundam arripiūt, & omiſſo calamo, fuſtibus

& ſa-

& ſaxis obarmant ſeſe, proq́; ſeptis conſiſtentes, magno longoq́; eiulatu uociferantes, frequenter ipſo clamore feram priuſquam irrumpat, abigunt: Itidem & nos facimus. Superioribus enim diebus in ſcriptura uelut in prato ludentes, choreasq́; ducentes, nihil in oratione attigimus contentioſi ſermonis, eo quòd nullus eſſet qui nobis obturbaret, aut moleſtus eſſet. Cæterum quoniam hodie lupis omnibus ſæuiores Iudæi oues nobis circumuallaturi ſunt, ad pugnos & pugnam accingamur oportet, ne quid nobis ereptum cedat in prædam ferarum. Lupi Iudæi

Ne uerò mirũ uobis uideatur, ſi quum ieiunium illud poſt decem & cò amplius dies uenturum ſit, nos ab hoc ſtatim tempore munimus & armamus animas noſtras. Ieiunium.

Quandoquidem & inter agricolas qui uigilantes & induſtrij ſunt, quum habent uicinum torrentem, qui uexat læditq́; ſegetem, non quum ſuo tempore torrens inundat, uidelicet hyeme, ſed tempus illud præuertentes, & ripas obſepiunt, & aggeres erigunt, & foſſas agunt, deniq; modis omnibus ſeſe præparant aduerſus torrentis futuram uiolentiam: dum enim tranquillus eſt & ſtagnans, atq; anguſtus, facile eſt illi admoliri manus: uerum poſteaquàm increuit, multóq; aquarum impetu fertur uiolente, non perinde facilè eſt exundantibus obſiſtere. Eoq́; multo antè tempore præueniunt illius irruptionem, undequaq; præparantes, quicquid agros poßit tutos reddere. Eundem ad modum & milites, & nautæ, & agricolæ, et meſſores facere conſueuerunt. Equidem et milites priusq̃ ueniat pugnandi tempus, & thoracem abſtergunt, & ſcutum ſi quid deſit circumſpiciunt, & frenos apparãt, & equos omni diligentia nutriunt, cæteraq́; omnia rectè dili- ἐπαγωγὴ ſiue inductio Socratica.

diligenterq́; curant. Similiter & nautæ priuſquàm nauem in portum detrahant, & clauum apparant, & inſtaurant latera, & remos dolant, & uela conſarcinant: denique quicquid præterea ad totius nauis armaturam pertinet, diligenter accurant. Quin & meſſores conſimili modo multis ante diebus & falces acuunt, & arcam præparant, boues item & currum, breuiter quicquid ipſis ad meſſem ac trituram conducibile iudicant. Imò uideas omnes homines, ſi quid rerum agendum eſt, prius ad eas apparatum facere, ut quum aduenerit rei gerendæ tempus, facile conficiant quod eſt opus. Hos igitur & nos imitantes, multis antè diebus præmunimus animas ueſtras, exhortantes uos, ut ipſum hoc Iudæorum & ſceleratum ieiunium effugiatis.

Etenim ſi poſtulaſſet, ſimiliter & priſcos omnes, qui ante hos floruerũt, prius ad hoc uitæ inſtitutũ adegiſſet. Quo in quis, igitur conſilio hæc præcepit? Nimirum ueſtræ morem gerens infirmitati, non aliter quàm medicus, uidẽs hominem febricitantem, moroſum minimeq́; ſibi temperantem, ſi concupiſcat frigidam bibere, ac ni accipiat, periturum, ac planè futurum, ut uel ad laqueum fugiat, uel è ſublimi ſe præcipitem det, dum ſtudet maius excludere malum, permittit quod minus eſt, cupiens illum à uiolenta nece reuocare. Con ſimilem ad modum fecit et Deus, qui uidit illos inſanientes, anxios concupiſcentes uictimarum oblationem, iamq́; niſi acciperent quod deſiderabãt, paratos ut ad idola ſe deflectãt, imò non ſolum paratos, uerumetiam eò iam prolapſos, permiſit immolationem uictimarum.

Febricitãs moroſus minimeq́; ſibi temperans

Immolatio uictimarũ.

Et quemadmodum ſi medicus ille (nihil enim uetat eodem exemplo denuò uti) poſteaquàm indulſit appetitui laborantis,

tis,mox phiala è ſuis ædibus allata præſcribat, ut ex hac ſola bibat aquã: deinde perſuaſo ægroto, clàm ijs qui miniſtrãt præcipiat confringere phialam illam, ut eum clam nihilq; ſuſpicientem auocet ab illa cupiditate bibendi frigidam. Itidem fecit Deus permittendo ſacrificia. Sacrificia.

Quemadmodum igitur medicus fracto uaſe ægrotum cohibet ab intempeſtiuo frigidi potus appetitu, ſic & Deus euerſa ciuitate ipſa, adeoq; funditus diruta, ut omnibus facta ſit inacceſſa, Iudæos à ſacrificijs abduxit. Medicus.

Quemadmodum faber iactis fundamentis, erectis parietibus, concamerata teſtudine, ipſaq; concameratione in unũ lapidem in medio poſitum connexa, ſi eum tollat, totam ædificij compagem ſoluerit: Similiter Deus, quum eam ciuitatem feciſset quaſi nodum totius religionis Iudaicæ, ac mox eam ſubuerterit, nonne & uniuerſum eius ciuitatis ſtatum diſſoluit? Faber.

IDEM ADVERSVS IVDAEOS oratione ſecunda.

Quemadmodum enim homines uino & potationibus deditis, ſingulo quoque die ſimul ac ſurrexerunt, obambulant, curioſéq; diſquirunt, ubi compotationes agantur, ubi conuiuia, ubi cœnæ, ubi comeſſationes, ubi temulentia, phialæ, crateres & pocula: Sic & uos quotidie ſimul ac ſurrexeritis, curioſe perquiratis, ubi nã futura ſit exhortatio, ubi ſalubris admonitio, ubi doctrina, ubi ſermo ad ſermonem CHRISTI conducens. Vino & potationibus deditis.

Atqui debebant ipſi docere, futurum ut ciuitas rurſum inſtauretur. Quandoquidem in forenſibus iudicijs uidemus ſic fieri probationes. Nam quoties inter illos aliqua incidit Probationes

controuerſia,& alter aduerſus alterum agit ex ſcripto:dein de is aduerſus quem agitur,inficiatur ea quæ obijciuntur, cogitur is qui affirmat poſtea teſtes,& alias adferre probationes,quibus doceat non eſſe uera quæ ſcripto continentur,non is qui ſcriptum produxit. Eodem modo conueniebat & iſtos hic facere,nobiſq; in medium producere Prophetã, qui prædixerit omninò futurum,ut Ciuitas reſtituatur.

Supplicatio

Nos enim quũ uidemus qui famulos poſt multa grauiaq; commiſſa coniecerunt in uincula , non protinus in principio exordioq; punitionis admouemus ſupplicationem , ſed ubi ſciuerimus illos aliquot dies temperatiores eſſe factos, tunc adimus heros,nacti iam & ab ipſo tempore auxilium:Hoc ſanè & Propheta fecit:poſteaquã enim pœnas dederant,haudquaquam dederant dignas admiſſis,attamen iam adit Deũ, pro illis uerba facturus.

Certamina olympiaca.

Abſurdum enim fuerit, alios in certaminibus olympiacis quotidie à medio noctis uſq; ad meridiem perdurare, expectãtes ut uideant,cui ceſſura ſit corona,nudoq; capite excipere ſolis radios,nec prius abſcedere,q̃ de certamine fuerit pronunciatũ: Nos uerò nũc quum certamen ſit non de tali corona,ſed de corona immortali,defatigari ac tædio affici.

IDEM ADVERSVS IVDAEOS ORATIone tertia.

Sylueſtres beſtiæ.

Beſtiæ donec in ſyluis paſcunt,& ab hominibus negliguntur,mitiores ſunt,minuſq; ſæuæ. Verũ ubi uenatores eas captas in ciuitates adduxerint,atq; incluſas extimularint,ut pugnent cum ijs qui beſtijs obijciuntur, protinus irruentes,ubi carnem deguſtauerunt,& ſanguinem humanum biberũt,poſteà non facile abſtinent à talibus epulis,ſed multa cum auiditate

ditate ad eandem decurrunt menſam. Hoc ſanè & nobis uſu uenit, quoniam nunc cum Iudæis pugnam ſuſcepimus, & impetu aduerſus illorum impudentes contradictiones facto, rationes illorum ſubuertimus, omnemq́; celſitudinem erigētem ſeſe aduerſus cognitionem Dei, & cogitationes captiuas, duximus ad parendum CHRISTO, maior etiam nos cepit aduerſus illos bellandi cupiditas.

Videtis mihi uocem factam imbecilliorem, idemq́; mihi nunc accidere, quaſi ſi quis miles conciſis aliquot ex hoſtibus, magnoq́; animo impreſſione facta in hoſtium condenſatam aciem, pluribus proſtratis, mox fracto gladio conſternatus ad ſuos ſeſe referat. Quin potius quod nobis accidit periculoſius eſt. Nam militi qui fregit gladium, licet ab alio quopiam aſtantium enſem eripere, ſuúmque animum exerere, multámque ſtrennuitatem oſtendere. Cæterum ſi uox laboret, non licet ab alio uocem mutuo ſumere. Quid igitur? ſuffugiemus & nos? At non permittit hoc ueſtræ charitatis tyrannis ac uiolentia. Vereor & patris præſentiam, & ueſtram reuereor promptitudinem. Miles.

IDEM ORATIONE ADVERSVS IVdæos quarta.

Quemadmodum enim fieri non poteſt, ut Imperator ſit, ſi non ſit exercitus aut diadema, non purpura, non alia quæ regnum commendant: Ita nec ſacrificus eſſe poteſt ſublata hoſtia, uetita oblatione, ſanctis conculcatis, toto rerum ſtatu abolito. Imperator Sacrificus.

Quemadmodum qui iniuria afficiūt, qui uſurpant aliena, qui rapiunt, qui mala innumera proximo inferūt, quū illuc uenerint, eosq́; uiderint qui hæc paſſi ſunt: Videbūt enim, Male benè que uiuētes.

uide-

uidebunt,inquam,omnino(id quod perſpicuũ eſt & ex diuite illo & Lazaro) neque os aperire poterunt,neque habebunt quod dicant aut excuſent, ſed multo pudore repleti,magnaq́; condemnatione ex illorum aſpectu,ad ignea flumina adducentur: Itidem qui bene uiuunt,qui docent,qui inſtituunt,ubi uiderint eos quos ſeruauerunt illic,patrocinantes ipſis,multa fiducia replebuntur.

Bonũ opus officiumq́; præſtans.

Quemadmodum in pecunijs, qui duos lucratus eſt aureos, procliuius eſt ad decem,ad uiginti colligendos congregandosq́;: Sic uſu uenit & in uirtute,qui fecerit bonum opus, officiúmue præſtiterit, extimulationem aliquam aut exhortationem ad agendum ſumit, ut alia quoque bene facta aggrediatur.

IDEM ADVERSVS IVDAEOS ORAtione quinta.

Ebrius.

Etenim qui mulieris alienæ tenetur amore, qui ſcortis uacat,ebrius eſt. Et quemadmodum is qui multum ebibit merũ ſeſeq́; ingurgitauit,illiberales uoces effundit,aliudq́; pro alio uidet: Sic & hic ueluti mero quopiam ſua cupiditate repletus,neq; ſana profert uerba,ſed obſcœna omnia,ſed perniciosa,ſed illiberalia,riſusq́; plena,aliaq́; pro alijs uidet, cæcutiens ad ea quæ cernuntur.

Mente capti & attoniti.

Quemadmodum igitur illud eſt grauiſſimum in mente captis & attonitis,quòd quum ægrotent,nec hoc ipſum ſentiãt ſe eſſe ægrotos: ſic & Iudæi,nunc quum ſint ebrij,non ſentiũt tamen morbum ſuum.

Milites.

Nos autem ne remittamus pro fratribus noſtris ſolicitudinem, neq; poſthac exiſtimemus ullam illorum curam eſſe importunam: Sed quemadmodum faciunt milites,ubi commiſſo

miſſo prælio uicerint in fugam aduerſarios, ab inſectatione redeuntes, non protinus currunt ad tabernacula, ſed prius ad cõflictus locum profecti, tollunt eos qui ex ipſorum nume ro cæſi ſunt, ac uita quidem defunctos terra occulunt Cæte rum ſi quos uiderint inter mortuos ſpirantes adhuc, nec leta le uulnus habentes, iјs in tentoria ſublatis, multam adhibent curationem, extracto telo, accerſitis medicis, abſterſo ſanguine, pharmacis porrectis, reliquaq; omni curatione admo ta ad ſanitatem reducunt. Et nos igitur, quoniam opitulante Dei gratia Iudæos perſequuti ſumus, armatis aduerſus illos undequaque prophetis, reuerſi ad nos uideamus, num qui fratrum noſtrorum ceciderint, num qui ab ieiunio intercepti ſint, num qui illis in feſto communicarint: ac neminem quidem tradamus ſepulturæ, ſed potius ſublatos omnes curemus.

Nam ſub externis quidem hoſtibus, qui ſemel conciderit, animamq; efflarit, fieri non poteſt ut miles eum recuperet, & ad uitam reuocet. Cæterum in hoc bello prælioq;, etiamſi quis letale uulnus acceperit, fieri poteſt, ut auxiliante nobis Dei gratia, eum ad uitam reducamus. Nõ enim hæc naturæ mors eſt, quemadmodum illa, ſed uoluntatis ac pro poſiti. Voluntatem autem mortuam licet denuo ſuſcitare, a nimæq; morti datæ, perſuadere licet, ut ad ſuam uitam redeat, ſuumq; dominum agnoſcat. Hoſtes.

Sed quod dicebam (nam oportet ad id quod propoſitum erat reuerti) ſatis uobis ex his demonſtrauit ratio, quòd non oporteat fratres lapſos negligere neque contemnere, uerum perſpicere quidem illis ante peccatum, cæterum etiam poſt

peccatum multam erga illos præſtare curam. Itidem faciũt & medici: præſcribunt enim ac præcipiunt hominibus, quæ poſſunt illorum ſanitatem tueri, omnemq́; morbum excludere: cæterum ubi neglexerint præſcripta, & in ualetudinem aduerſam inciderint, non negligunt eos ipſi, ſed tum maxime multam adhibent ſollicitudinem, quò illos morbo leuent.

Proximorũ cura. *Et tu igitur quum uideris aliquem egentem curatione, uel corporis uel animi, ne dicito apud teipſum, Quare ille & ille non curauerunt, ſed à morbo libera. Ne petas ab illis excuſationes negligentiæ.*

Si inueneris aurum iacens, non dicis apud teipſum, quare ille aut ille hoc non ſuſtulerũt, ſed feſtinas ante alios rapere: Itidem & de fratribus collapſis cogita, putatoq́; te theſaurũ repperiſſe, occaſionem illis medendi. Etenim ſi inſtillaueris illi uelut oleum ſermonis doctrinam, ſi obligaueris humanitate temperantiaq́; uulneratum, ſi ſanaueris, ille te faciet ditiorem quouis theſauro. Qui enim eduxerit pretioſum ex indignitate, tanquam os meum erit inquit ille.

Deiectio. *Sicut in igni probatur aurum: Sic homo fit acceptus in camino deiectionis.*

Famuli & heri. *Si tu famulum tuum flagris cæcideris, & ille triginta aut quinquaginta plagis acceptis, illico prouocet ad libertatem, aut deſerat tuum dominium, & ad alios quoſpiam ſeſe conferat, qui te oderint, eosq́; in te concitet, dic mihi, num is abs te ueniam impetraturus ſit? An quiſquam pro illo poterit eſſe patronus? Nequaquam. Quur ita tandem? Quoniam officium eſt heri punire talem famulum. Non ob id tantum, uerum etiam ob hoc, quod ſi fugiendum erat, non ad hoſtes & oſores domini prioris oportebat fugere, ſed ad amicos &*

cogna-

cognatos. Proinde tu quoque ſi uideris te puniri à Deo, ne profugias ad inimicos Iudæos, ne magis etiam illum in te prouoces, ſed ad amicos illius, martyres ac ſanctos, qui illi placuerunt, quiq́; multam apud illum habent autoritatem. Sed quid loquor de famulis & heris? Ad martyres & ſanctos profugiendum.

Filius non poterit hoc facere, nec abnegare cognationem quam habet cum patre. Nam & naturæ leges, & leges ab hominibus inſtitutæ ſic præſcribunt, etiamſi flagris cædat pater, ſi à menſa depellat, ſi ædibus exigat, ſi quocunque modo puniat, iubent omnia fortiter perpeti, nec ullam illi ueniam concedunt, ni paruerit, pertuleritq́;. Etiamſi filius cæſus innumeras querimonias deplorans perferat, hæc uerba audit ab omnibus: Pater eſt qui cæcidit ac dominus, habetq́; poteſtatem in te quid uult faciendi, & oportet omnia placide ferre. Ergo famuli quidem ferunt dominos, filij parẽtes, frequenter & præter æquum punientes: Tu uerò non ſuſtines Deum te corripientem, qui plus habet in te iuris, utpote uerè dominus, qui plus te diligit q̃ pater, quiq́; nihil per iracundiam, ſed omnia facit in tuam uoluntatem: ſed ſi leuis aliquis morbus acciderit, ilico reſiliens ab illius dominio, ad dæmones accurris, & ad ſynagogas confugis. Et quam tandem poſt hæc ueniam conſequeris? Nõ ſuſtines deum ſe corripientem.

Quemadmodum enim poſtquam receperis incantationẽ ſanusq́; factus fueris, miſerius affectus es ijs qui febri laborant, dum tecum reputas peccati magnitudinem, ſic tamen quoque etiamſi febriciteris innumeraq́; patiaris mala, repulſis impijs illis, quouis ſano melius eris affectus animo, geſtiente præ gaudio conſcientia, ac laudante te probãteq́; & dicente, Euge euge, heus homo CHRISTI ſeruus, fidelis uir, Febricitans

athleta pietatis, qui malueris moleſtijs immori, q̃ deſerere tuam pietatem, proximo ſecundum martyres loco ſtabis in illo die.

Quemadmodum enim illi præoptarunt cædi flagris torqueriq́;, ut ad honorem peruenirent: Ita tu quoque hodie præoptaſti flagellari, torqueriq́; à febri uulneribus, quæ, ne abijceres pietatem, non incantamentis, non applicaturis ac ſpebus iſtiuſmodi nutritus, neque ſenſu prementium dolorum.

Medici. *An non uides medicos hoc ipſum facere? Non cogunt ægrotos lecto decumbentes ad ipſorum ædes deferri, ſed ipſi accurrunt ad eos: Hoc & tu facito dilecte: ſciens hanc præſentem uitam eſſe breuem, quodq́; niſi hæc lucra parauerimus, nullam illic ſumus habituri ſalutem.*

IDEM ADVERSVS GENTILES ET IN *Babylam martyrem.*

Enimuero ſi ut adamantina & incorruptibilia nobis corpora eſſent, neque ſcorpios, neque ſerpentes, neque ignem manibus formidaremus complecti: Ita cum animas noſtras Animæ Chriſtifide armatæ. *tali fide* CHRISTVS *armauit, non eſt quòd timeamus, etiam hoſtium tenentes uenena. Nobis enim conceſſum eſt ambulare ſuper ſerpentes & ſcorpios, & omnem diaboli tyrannidem, multò magis & ſuper teredines, ac ſcarabæos. Tam procul eſt ne qua parte nos offendant inſidiæ diabolicæ, & ita ſe habent res noſtræ.*

*Nihilominus error gentilis ſuperſtitionis, quamuis à nul*Error. *lo unquam obturbaretur, & profunda quiete frueretur, à ſe ipſo extinctus eſt, & in ſemetipſo in diuerſa corruit. Non ſe*Corpora diuturnæ *cus quàm corpora diuturnæ putredini obnoxia, quæ licet à*

nullo

nullo offendantur, per ſe tamen ſponte diſſoluuntur, paulatimq́; abolentur.

Putredini obnoxia.

Nondum ſcintilla fidei rectè accenſa erat, & fluuij ac abyſſi undequaque irruebant. Non ignoratis utiq;, quanto facilius ſit plantam nuper terræ impoſitam euellere, quàm arborem plurimis annis bene radicatam.

Scintilla fidei.

Mea enim ſententia opus eſt, ut quiſquis alios uult reprehendere, animam ſuam ab omni temeritate & arrogantia, quàmmaxime liberam faciat, ut uiam ſuam ſolis uerbis & operibus declaret. Nam & medici oſſa putrida & accenſa ſecturi, non ira ſe replent quando curatum eunt, ſed tunc maxime tranquillitatem animi ſeruare ſtudent, ne fortè arti obſit turbatio. Quòd ſi curaturis corpus, tanta opus eſt animi ſedatione, medicum animarum dic quid decet? quanta ab eo prudentia expectanda? planè multò maior, atque adeò tanta, quantam uidelicet declarauit beatus ille martyr.

Alios reprehendere.

Medicus animarum.

Quippe anima quæ ſemel peccatum guſtauit, & neque dolore, neque pœnitentia eius tangitur, negligentia ſua facit, ut ſemper morbi creſcat acceſſio. Et quemadmodum in materiam recentem cadens ſcintilla, ſtatim tactam accendit, neque ſubſiſtit, donec quod reliquum eſt paſcatur: & quãto plura comprehendit flamma, tantò maiores uires ad conſumenda alia concipit, carpiturq́; edacitate lignorum quæ conſumuntur, ſi quid reliquum, quod & ipſum conſumendum, & iterum alia conſumit, ſemper fortius ſe armante incendio: Sic & natura peccati, ubi cogitationes animi inuaſerit, & nemo eſt qui malum extinguat, procedens ulte-

Natura peccati.

rius, peior ſemper ſit, magisq́; ac magis indomita. Et ideo *poſteriora peccata fermè prioribus ſunt grauiora.* Accedit *ad hæc, quòd anima poſterioribus peccatis ad maiorem ſemper deſipientiam & inconſiderantiam uergit, uiribusq́; deſtituitur. In hunc modum plurimi, quia priorem flammam non extinxerunt, in omne peccatorum genus incidere.*

Ferocientes equi. *Sic peccatum, ut dixi, initio ſumpto, niſi ſtatim prohibeatur, tanto procurrit impetu, ut contineri nequeat, non ſecus quàm ferocientes equi, qui freno ex ore eiecto, & aſcenſore excuſſo, moleſti primum ſunt occurrentibus, dein nullo obſtante, ab excelſa petra ſe præcipitant.* Et idcirco *animas, ſalutis noſtræ inimicus, ita in hanc potiſſimum inſaniam agit, ut medicos repellant, quò deſtitutas à medicis, grauioribus & pluribus malis diuexet. Ita enim & cor-*

Corpore ægrotãtes. *pore ægrotantes: quandiu ad ſe permittunt accedere medicos, aliquam adhuc ſpem ſanitatis habent.* Vbi *autem phrenetici facti, illos extrudunt, & dentibus mordent, nolentes à morbis liberari: tunc tandem incurabiliter laborant, non quòd ea ſit natura morbi, ſed quòd ab his deſtituti ſunt, qui à morbo liberare poſſunt.*

Et fiebant omnia quaſi contra CHRISTIANOS, *uertebatur tamen riſus, non in eos qui patiebantur, ſed in*

Inſani. *eos qui intentabànt. Sicut enim inſani, propiores ſemper ulciſci uidentur, parietes impetendo, & uaria in præſentes mala dicendo, & non illos, ſed ſeipſos confundunt:* Ita & *tunc fiebat.* Ducebatur *tumulus per totam uiam*

& re

& redibat Martyr quaſi athleta coronam ferens ſecundo, in ciuitatem ſuam in qua & olim coronatus erat.

Sicut, cum à ſpelunca princeps latronum ibidem uinctus educitur, & ablatis omnibus quæ latronis erant, relinquitur locus in ferarum latibulum, & coruorum refugium, ad quem quicunque uenerit, & uiſa locorum diſpoſitione, ex decurſionibus & ambagibus ſecum expendit illius latrocinia, & depingit ſpeciem eius qui olim inhabitauit: Ita & hic res ſe habet. Nam quiſquis uel à longe uidet columnas, uaditúq; & limen tranſit, mox apud ſe cogitat Dæmonis prædas quas abegit, fraudesq; ac inſidias, ac ſtupeſcens tam iram, quàm fortitudinem Dei, abit. Latrones.

IDEM SERMONE IN IVuentinum & Maximum martyres.

Temporis acceßione opes quæ ad corpus ſpectant, facilè intereunt, ueſtimenta abſumuntur, domus deſtruuntur, et aurum rubigine conſumitur: & in ſumma omnis ſenſibilis ſubſtantiæ natura, tempore tandem aboletur & intercidit: At non ſic ſe res habet in ſpiritualibus theſauris, de martyribus, inquam, qui ſemper in eodem manent uigore, ſemper in eodem iuuentutis flore ſunt, ſemper ſuæ gloriæ fulgorem emittunt & radios. Spirituales theſauri.

Enimuerò ſicut plantæ rigatæ magis creſcunt: Ita & fides noſtra oppugnata magis floret: & ſeditione agitata, incrementa maiora ſumit. Neque horti aquis irrigati Plantæ. Fides.

ita germinant & fœcundi ſunt, ut Eccleſiæ, ſi martyrum irrigentur ſanguine.

Columnæ. Scopuli. Turres. Candelabra. Tauri.

Illos non indignum fuerit, & columnas, & ſcopulos, & turres, & candelabra, & tauros ſimul appellare. Nam Eccleſiam ſicut columnæ ſuſtinent, ſicut turres muniunt, & ſicut ſcopuli omnes undarum aſſultus repulerunt, multam interim ipſi ſeruantes tranquillitatem, ſicut luminaria tenebras impietatis diſcuſſerunt, & ſicut tauri anima, promptitudineq́; eadem, ſuaue CHRISTI *iugum traxere.*

Martyrum precatiões.

Etenim ſicut milites uulnera, quæ in prælijs ſibi inflicta regi monſtrantes fidenter loquuntur: Ita & illi manibus abſecta capita geſtantes, & in medium afferentes, quæq́; uoluerint, apud regem cœlorum impetrare poſſunt.

IDEM HOMILIA IN PRISCILLAM & Aquilam.

Ars natandi.

Et quemadmodum qui artem natandi docent, principio multa diligentia diſcipulos geſtant, poſt unum autem & alterum, & tertium diem, ſubtracta illis dextera præcipiunt, ut ſeipſos iuuent, & nonnunquam illos parumper mergi ſinunt, ita ut & multum ſalſuginis ſorbeant: Ita & cũ diſcipulis

Diſcipuli Chriſti.

ſuis CHRISTVS *faciebat. Nam initio nihil eis pati ſinebat, uel paruum uel magnum, ſed ubique aderat muniens & circumuallans eos, faciensq́; ut omnia ubertim eis affluerent: cum uerò tempus eſſet, ut uirilitatem ſuam ipſi declararent, ſubtraxit aliquãdiu beneficium, præcipiens eis, ut etiam per ſeipſos multa perficerent.*

Pulli auiũ.

Quemadmodum aues pullos ſuos fouentes, tamdiu in nido ſedent, donec illorum plumæ increſcant, quas dum in-

creuiſſe uiderint, eos primum circa nidum uolitare docent, dein adminiculo ſuo totos deſtituunt. Ita faciebat & CHRISTVS. In Palæſtina enim quaſi in nido nutricabat diſcipulos, & exin eos uolare docuit præſens, & geſtans tandem permiſit eos uolare in totum orbem, dato eis mandato, ne ſibi ipſis deeſſent.

CHRISTI diſcipuli.

Et ſicut corpus neruorum debita habitudine carens, multas gignit ægritudines, et uitam facit non diuturnam: Ita eccleſia non circundata forti, & uehementer urgente catena, plurima parturit bella, iram Dei auget, & multarum tentationum eſt occaſio.

Eccleſia.

IDEM HOMILIA DE Reſurrectione.

Sicut athletæ in theatro, & in ſudore, & puluere & æſtu multo, & laboribus & ærumnis pugnandum eſt: Ita & iuſtum hic multa ſuſtinere oportet, & ferre omnia uiriliter, ſiquidem præclaras illic accepturus eſt coronas.

Athleta. Iuſtus.

Enimuero in Olympicis certaminibus, athleta intra ſtadium certat, magiſter autem ludi foris conſidēs, ſermonibus affert auxilium, eatenusq; duntaxat certamen iuuat, quatenus acclamationibus, ſermonibusq; ualet: neq; enim ulla ei lege permittitur, manibus illum adiuuare. At ſecus res habet in pietatis certaminibus. Idem enim eſt & athleta, & magiſter ludi, & idcirco non extra caueam ſedet, ſed ingreſſus ad certamina ipſa, firmat compugiles dicens: Propter quod malis non ſuccumbimus.

Athleta. Diſsimile. Pietatis certamina.

Nam ſicut hi qui in corporali certamine pugnant, ante coronam & brauium in meditatione & palæſtra ipſa, magnam accipiunt mercedem, eò quòd corpora ſua firmiora & ualidiora exercitando faciunt: Ita & nos uirtutis certamen

Virtutis certamen.

certantes, priuſquàm aperiatur cœlũ, priusq̃ filius Dei *adſit, priuſquàm retributiones nobis dentur, magnam mercedem accipimus, eo quòd anima ſapientiæ ſit amantior.*

Maris incommoda perpeſsi. *Similiter, ſicut qui mare nauigarunt, & innumeras procellas tulerunt, multasq́; hyemes perpeſsi ſunt, anteaquàm merces retulerunt, non paruum ſuæ peregrinationis lucrum reportant, eò quòd aliquantò fidentiores ſunt, ac pelagi ſæuitiam minus horrent: nanq; intrepide, & uoluptate quadam tranſmarinas peregrinationes aggrediuntur: Ita & qui in præſenti uita, propter* CHRISTVM *multas fert afflictiones, multaq́; grauia patitur, etiam anteaquàm regni cœlorum magnam illam retributionem aſſequatur, magna hic potitur fiducia, animamq́; ſuam ita excelſam efficit, ut poſthac grauia omnia, quaſi è ſublimi derideat.*

Miles. *Sicut miles ſi geſtarit arma ſeſe grauantia, non eſt terrori hoſtibus, qui ſciunt armaturæ grauitatem, pedum uelocitati, & bellandi uſui obeſſe: Sin leuia acceperit, & tractabilia, ſicut auis aliqua obuium ſe feret hoſtibus: Sic & qui carnem ſuam non ebrietate, neque indulgentia, neque delicijs incraſſarit, ſed ieiunijs & precibus diuturnaq́; afflictionum ſuſtinentia leuiorem & tenuiorem effecerit: Sicut uolucris aliqua ſuperne deuolans, ita ualido impetu in phalanges dæmonum irruit, & occurrentes uirtutes facile inuadit, ſibiq́; ſubijcit.*

Ieiunia. Preces.

Agricola. *Etenim nonnunquam agricola cum ſementem fecit, cum agrum coluit, cum iam ſegetem increſcere uidit, ſpe tandem, & retributione laborum excidit: quia uel grando, uel erucæ, uel locuſtæ, uel alia quædam talia acciderunt: & poſt multos labores uacuis manibus domum regreditur. Mercator*

cator quoque poſt longam nauigationem, afferens onera- Mercator.
tam nauim, ſæpe in ipſo portus hoſtio, irruentibus uentis impingit in ſcopulum, & uix nudo corpore ſaluato egreditur. Et in ſumma, in ſecularibus negocijs omnibus, ſæpe ſub finem eiuſmodi calamitates eueniunt: Cæterum non idem in tuis contingit certaminibus: ſed neceſſe omnino eſt, ut qui certauerit, & pietatem ſeminauerit, multosq́; labores tulerit, finem ipſum aſſequatur. Neque aëris intemperie, neque uentorum tempeſtate, laborum mercedes ſubuerti ſinit Deus, ſed repoſitæ ſunt illæ in cœleſtibus & indeprædabilibus theſauris.

Etenim ſemina niſi prius moriantur, & putreſcant & cor- Semina.
rumpantur, non pariunt ariſtam. Sicut igitur qui uidet ibi granum quod corrumpitur, & diſſoluitur, non dubitat de reſurrectione, ſed certiſſimam demonſtrationem facit: Nam ſi ita maneret, & non corrumperetur, uel diſſolueretur, certum quod nunquam reſurgeret: Sic cogita & in corpore tuo: cum uides corruptionem, tunc potiſſimum de reſurre- Reſurre-
ctione philoſophare. Nam mors nihil aliud eſt, quàm ple- ctio.
na corruptionis conſumptio. Neque enim mors ſimpliciter corpus, ſed corruptionem corporis abſumit. Hoc etiam in metallorum materijs uides euenire: Rudem enim glebam in qua aurum, eius artis gnari, & in conflatorium mittunt, circumponendo ſtannum & aliam materiam, & aurum non proferunt, donec purum excoquatur. Iam ſi tantum poteſt ignis potentia, cur non & diuina?

Nam ſicut in conuiuijs qui acceperit arrabonem, fidem Arrabo.
habet, & ſecurus eſt de toto reliquo: Ita & tu cum accepe- Spiritus do-
ris arrabonem ſpiritus, dona inquam, non iam dubitare de- na.

bes de cæteris bonis tibi repoſitis.

HOMILIA DE PROFECTV EVANG.

Nauis. *Sicut nauis quæ multos fluctus tranſit, multasq; tempeſtates effugit, in ipſo autem portu tandem in ſcopulum impingit, iacturam totius in ſe reconditi theſauri facit: Ita & Phariſæus ille, poſtquam ſuſtinuit labores ieiunij, aliasq; uirtutes omnes, quia linguam non coërcuit, arrogantia ſua in ipſo portu naufragium fecit.*

Phariſæi.

Arrogantia.

Prædo. *Quemadmodum prædo aliquis, domum cunctis dormientibus ingreſſus, ut auferat omnia, ſi quem uiderit accendere candelam, illum mox interimit, & lumen extinguit, ut auferre & rapere alia abſque metu poßit: Ita & Nero tunc latronem & furem quendam agens, dormientibus omnibus, profundoq; ſomno grauatis, omnium bona diripiebat, nuptias inuadebat, domos ſubuertebat, nullumq; malitiæ genus intermittebat.*

Nero fur & latro ſceleratißimus.

Rex. *Sicut rex manè ſuper thronum ſuum conſcendens, & in regalibus aulis conſidens, plurimas undequaq; literas accipit: Ita & ille in carcere, quaſi in regalibus palatijs ſedens, multò plures & accepit & miſit, undequaque gentibus ad eius ſapientiam confugientibus, & ad eum referentibus de omnibus quæ apud ſe fiebant.*

Carcer.

Anima enim quando diuino amore & deſiderio uerè corripitur, ad nihil huius uitæ ſe conuertit, ſed ſicut mente moti contemnunt ignem & ferrum, & feras, & pelagus, & omnia: Ita pij furore quodã, maxime ſpirituali ac honeſtißimo inſaniunt, deridentes omnia quæ uident.

Mẽte moti

Spiritualis ac honeſtus piorum furor.

In tranquillitate es, ora Deum, ut ipſa tibi tranquillitas ſtabilis maneat: Tempeſtatem uides grauem, ora Deum ut auer-

auertat ipſam, & ex ipſa tranquillitatem faciat: Exauditus es, gratias age, quòd exauditus es: Non exauditus es, perſeuera, ut exaudiaris. Et ſi differt aliquādo dominus, non id odio facit, neque te auerſatur: ſed differendo, diutius te ſecum ſeruare uult: Sicuti & patres filios indulgentius amantes, quo illos diutius apud ſe detineant, quos deſides uident dedita opera, morantur aliquid daturi.

Quid ſit in cauſa cur dominus nō continuo ſuos exaudiat.

IDEM SERMONE DE CONVERſione Pauli.

Quid lucidius ſole, attamen & lux eius deficit? Et profectò ſicut fulgidam illam lucem, & fulguroſum iubar, ſæpenumero ſuperuenietes tenebræ obtegunt: Ita & intellectum noſtrum, quaſi in meridie fulgentem, & perſpicuum, inconſiderantia obrepens tenebroſum reddit.

Sol.

Inconſiderātia intellectū offuſcat.

Nam ſicut in famulis uſu uenire ſolet, quòd obſcuri fiant ſi quamprimum fugam inierūt, ſua nomina mutarint: Ita & in Paulo contigiſſet, ſi mox ut relictis Iudæis ad nos uenit, aliud nomen ſortitus fuiſſet: nemo enim ſciuiſſet quòd perſequutus eſſet ille Euangeliſta.

Famuli.

Cur Paulus non ſtatim nomē ſuum mutarit.

Enimuerò medicum tunc maxime admiramur, quando febrem cum infeſtior, & flamma morbi cum uehementior eſt extinguere, & penitus abolere poteſt. Id quod & in Paulo contigit. Vox enim domini quaſi ros quidam deſuper deſcendens, à morbo in ipſo feruore flammæ liberauit.

Experientiſſimus medicorū Paulus.

Etenim qui excindere uult arborem, ramis relictis radicem ipſam execat: Ita ſanè & hic adortus eſt diſcipulos, radicem prædicationis uolens eximere.

IDEM SERMONE DE HABENDA cura proximorum.

Sunt

Sicut is qui abſq; compaßione uulnera fratrũ ſpectat, nullum inueniet qui ſe dignetur uenia, ſiquando & ipſe peccauerit: Ita q cũ miſericordia lapſum proximi iuſtificat, ſi quando & ipſe ſupplantabitur, multos uidebit manum porrecturos.

Lapſus proximi eleuãdus.

Nam ſi ſemper argueremus, impudentiores illi fierent: ſi ſemper obſecraremus, ignauiores redderentur. Quapropter & medici non ſolum ſecant, ſed & uulnera obligant, neque ſemper amara, ſed nonnunquàm & lenia pharmaca infundunt, ut per priora purificentur ſanies & putredo: per poſteriora autem mitigetur dolor.

Nunc arguendum, nunc obſecrandum.

Nõ ſimplex medicorũ cura.

Plerunq; enim nobis dormientibus & negligentibus imponit, & idcirco præoccupatus ille magis dignus eſt ut condonetur ei, quoniam à tentatore captus eſt. Non enim erat ei manifeſta pugna, neq; condictus dies belli, ſed per ignorantiam deceptus & ſuperatus eſt: Sic nautæ quoque faciunt, cum per magnum & ſpacioſum mare nauigant, licet nauis ſecundo uento feratur, licet omni fruantur ſecuritate: cum tamen uiderint alios uel à longe naufragium facere, non ad propriam ſpectantes utilitatem illorum contemnunt calamitatem: ſed ſiſtunt nauem, & eijciunt anchoram, detrahunt uela, eijciunt funes, proijciunt tabulas, ut ille qui à fluctibus mergitur, fortè aliquo illorum arrepto emergat.

Nautarum ſedulitas.

Præoccupatis condonandum

Sicut uideri nequit in rota, quæ continuò uerſatur, aliqua pars eius, eò quòd crebra circumferentia ſemper ſumma fiunt ima, & ima ſumma: Ita & noſtrarum rerum impetus, dum continuò uertuntur, ſumma facit infima, ut uidere licet in diuitijs, potentijs & alijs.

Rota.

Rerũ humanarum impetus.

IDEM

IDEM SERMONE DE HVMILItate & in Oziam.

An non uides, quid in equeſtri certamine faciant aurigæ, quomodo prætercurſo totius theatri populo contẽdant cõ loci aduerſariorum currus ſubuertere, ubi regẽ uiderint ſedentem, & unum oculum tos faciebus digniorẽ exiſtimant? At tu angelorum regem, agonothetam ipſum in curſu tuo uidens, ipſo relicto, conſeruorũ aſpectibus te offers, & propter illos, poſt tam multa certamina incoronatus abſcedis, poſt multos ſudores abſq; brauio ab agonotheta ipſo uadis.

Equeſtris certaminis aurigæ.
Agonotheta noſter CHRISTVS

Nam ſicut ſchœnobatæ, qui in funibus ſurſum deorſumq́; extentis aſcendere & deſcendere ſolent, ſi parũ reſpexerint, præcipites in orcheſtram decidunt, & pereunt: Ita & in hac uia ambulantes, ſi parumper fuerint deſides, in præceps feruntur. Via enim hæc & anguſtior, & directior, nec non & periculoſior, quàm funis ille, imò et multò ſublimior eſt.

Schœnobatæ.
Orcheſtra
Deſides ambulatores.

IDEM IX. SERMONE de Ozia.

Sicut nauclerus in portu naufragium faciens, neutiquam aſſequitur ueniam: Ita uir poſt nuptialem portum, aliena cõiugia inuadens, uel mulierem alienam curioſius ſpectans, nullam habebit defenſionem, tam apud Deum, quàm apud homines, etiamſi ſexcenties naturæ uoluptatem prætexat.

Nauclerus in portu impingens

Sicut enim oculis captus, ab omnibus offendi poteſt facilè: Ita & ſuperbus quoque dominum neſciens (principium enim ſuperbiæ eſt neſcire dominum) etiam ab hominibus facile capi poteſt, utpote lumine ſummo orbatus.

Oculis captus.
Superbus.

Enimuerò & diabolus tunc infeſtat uehementius: & ſicut piratæ nauigantes in mari, non tunc inſidiantur, cum è portu ui-

Piratæ.
Quando diabolus,

tu ui-

ut quũ maxime nos infeſtat.

tu uident egredientes. Nam quid prodeſſet inuadere nauem uacuam, ſed tunc omnes artes mouent, cum onuſtæ redeunt: Ita & malignus ille dæmon, cum nos uiderit multa conuexiſſe: nempe ieiunium, preces, eleemoſinas, continentiam, aliasq; uirtutes omnes, eſſeq; nauim noſtram gemmis pietatis plenam, tunc undequaque ſeſe obijcit, ut theſaurum rapiat, & in ipſo portus ingreſſu uincat & ſpoliet.

IDEM DE LAZARO CONCIONE PRIMA.

Aquarum uenæ. Fontes. Amnes. Concionator.

Quòd ſi poſt noſtram etiam admonitionem in iiſdem uitijs perſeuerarint, nec ſic quidem nos deſiſtemus apud uos quod rectum eſt conſulere, quandoquidem et aquarum uenæ, etiamſi nullus ueniat aquatum, manant tamen: & fontes quãuis hauriat nemo, tamen ſcatebras emittunt, et amnes etiamſi nemo bibat, nihilò ſecius fluunt: Sic oportet & illum qui concionatur, quamuis nullus auſcultet, tamen præſtare quicquid in ipſo ſitum eſt.

Piſcator. Auritor uerbi Dei.

Qui hodie quod audiuit repulit, cras fortaßis audiet ac recipiet. Tum qui hodierno craſtinoq; die contempſit, fortaßis poſt dies complures præbebit animum ijs quæ dicentur. Quandoquidem & illud crebrò fit, ut piſcator, qui per totum diem uacuum attraxit rete, ſub noctem iam abire parans, capto qui ipſum per totum fefellerat diem, piſce, diſcedat.

Ocium. Sẽper euenit ut alicubi fruſtremur. Agricola.

Quòd ſi ideo uicturi ſumus in ocio, & ab omnibus actionibus uidebitur abſtinendum, eò quòd ſemper euenit, ut alicubi fruſtremur optatis, uniuerſa nobis perierit uita: nec ſpiritualia modo, uerum etiam illa quæ ad uitæ præſentis uſum pertinent, ſimul interierint omnia. Etenim ſi agricola protinus,

nus ab agricolatione reſiliat, quòd ſemel atq; iterum aut ſæpius acciderit aëris inæqualitas, breui fame periremus omnes. Item ſi nauclerus ob ſemel atq; iterum aut ſæpius obortā tempeſtatem fugiat mare, futurum eſt, ut nemo uehatur pelago, atq; hinc rurſum peribunt nobis omnia uitæ commoda. Quòd ſi per ſingulas artes percurrens, iſta quæ nos facere uis, ſuadeas moneasq;, cuncta funditus interibunt, terraq; carebit ædificijs ac domicilijs. Itaq; quum hæc omnia ſciant, etiamſi ſemel atq; iterum aut ſæpius fruſtrati fuerint optato negociorum, in quibus uerſantur, exitu, denuo pari cum alacritate redeunt ad eadem. Nam & ruricola, ubi ſemel atq; iterum ac ſæpius ſemen aruo commiſit, nec uotis reſpondet prouentus, rurſus eandem exercet ſegetem, neque raro fit, ut totius temporis iacturam uno ſarciat anno. Sic & negociator, quanquàm crebrò fecit naufragium, non tamen abſtinet à portu, ſed & poſtea nauim detraxit, & nautas conduxit, & pecunijs mutuo datis eadem aggreditur negocia, idq;, quum nihilò magis nunc ſciat quomodo ceſſurum ſit, quàm ſcierat antè. Deniq; quicunq; ſolent aggredi rem quamcūq;, ita facere conſueuerunt, quemadmodum faciunt agricolator ac negociator. Et poſt hæc quum illi tantam adhibeant curam ſtudiumq; circa res ad præſentis uſum uitæ pertinentes, quarum exitus ſit incertus: nos ſi loquentes non auditi fuerimus, ilico deſinemus? Et quam obtinebimus ueniam? Quid excuſationis adferemus? Et tamen illis, ſi non ſucceſſerit, nullus eſt, qui damnum acceptum leniat. Veluti ſi mare nauim fluctibus obruerit, nemo medebitur inopiæ naufragi. Si uis hymbrium effuſa in aruum præfocarit ſementem, cogitur agricola uacuis manibus redire domum.

Nauclerus.

Ruricola.

Negociator.

Socratica inductio.

Noſtra uerò, quum loquimur aut exhortamur, non eſt eadem conditio.

Semen. *Imò ſi ſemen per te iactum auditor nō receperit, nec obedientiæ fructum retulerit, tu tamen communicati conſilij mercedem fers à Deo, nec minus accipies præmij non auditus, quàm accepturus eras, ſi ille obtemperaſſet. Quod erat in te, præſtitiſti. Cæterum ad id ut perſuadeamus auditoribus, nō ſumus obſtricti, ſed tantum ut admoneamus. Noſtræ quidem partes ſunt admonere, illorum uerò obtemperare.*

Admonitio *Et quemadmodum, ſi nos admonendi officio functi non fuerimus, etiamſi decem milia benefactorum prodierint, ipſis ſolis repoſitum eſt præmium, ad nos nihil redibit lucri, quandoquidem non dedimus conſilium: Ita ſi nobis admonentibus illi non auſcultarunt, ad ipſos ſolos redibit omnis ultio, nobis autem nihil imputabitur, quin potius copioſa merces nobis ueniet à Deo.*

Parentum erga filios etiā deſperatos ſolicitudo. *An non uides parentes, quomodo filijs ſuis, licet frequēter deſperatis, aſſident lachrymantes, lamentantes, exoſculantes, omnia quæ poſſunt admouentes, ad ſupremum uſq; halitum. Hoc tu quoq; facito pro fratribus. Et tamē illi non poſſunt lachrymis ac lamētis, neq; morbum depellere, neq; mortem imminentem abigere: Tu uerò frequenter poteris animam deploratā, aſſiduitate inſtantiaq; per lamenta reuocare ac ſuſcitare: Dediſti conſilium, nec perſuaſiſti, illacryma, punge frequenter, ac ſuſpira paulŭlum, ut tua ſolicitudo incutiat illi uerecundiam, conuertes illum ad ſalutem.*

Animæ deploratæ lamenta.

Iumenta. *An non uides quòd iumēta iugū ferentia, poſteaq̄ ad præſepe paſta ſunt, hæc agūt, onera geſtant, ſuumq; explent miniſteriū. Tu uerò, qui ſublata menſa, ad omne opus inutilis es & inido-*

idoneus, num uitare poteris, quò minus uidearis aſinis dete rior? Quam ob rem? Quia tum maxime cōuenit eſſe ſobrium ac uigilantem. Nam tempus poſt menſam, agendi gratias tē pus eſt. Nō decet autem agentem gratias ebrium eſſe, ſed ſo brium ac uigilantem. A menſa non ad lectū, ſed ad depreca tionem uertamur, ne brutis animantibus ſimus magis bruti. Homo aſinis deterior.

Age ſi quem uidiſſes latrocinij principem graſſantem per uias, prætereuntibus inſidiātem, ea quæ ſunt in agris rapien tem, in ſpeluncas ac foueas ſubterraneas aurum & argentum defodientem, ac illic multa recludentem armenta, ueſtes ac mancipia multa ex incurſionibus illis poſsidentem, age dic mi hi, num illum beatum diceres propter diuitias illas, an po tius miſerum prædicares, propter ſupplicium illi uenturum? Atqui nondum comprehenſus eſt, neque in manus iudicis tra ditus, nec in carcerem coniectus, neque accuſatorem habuit, neque in iudicium uenit, ſed delicijs indulget, inebriatur, multaq́; rerum fruitur abundantia. Attamen non propter præſentia, quæq́; uidentur iudicamus illum beatum, ſed pro pter futura, quæq́; imminent, illum miſerū prædicamus. Hoc item de diuitibus & de auaris cogita. Latrones quipiā ſunt, uias obſidentes, res prætereuntium rapientes, uelut in ſpelun cis ac foueis ſubterraneis, aliorum facultates in ſuis cubiculis defodientes. Ne igitur beatos dicamus illos propter præſen tia, ſed miſeros propter futura, propter formidandum illud iudicium, propter ineuitabiles pœnas. Latrocinij princeps. Diuites & auari ut ſi qui, latrones ſunt teterrimi.

Nam iſti quidem latrones frequenter ex hominum mani bus elapſi ſunt, nihilò minus quum hoc ſciamus, & nobis ipſis deprecamur, & hoſtibus imprecamur iſtorum uitam, unà cū execrabili rerum copia. Atqui ſub Deo uero iudice, non licet

iſtud dicere. Nullus enim illius effugiet ſententiam, ſed omnes omnino qui fraudibus & rapinis uiuunt, Dei uindictam ſibi accerſunt, illam immortalem fineq; carentem, quemadmodum diues ille.

Nec enim mihi dixeris illum menſa ſumptuoſa frui, ueſtibus circundari ſericis, mancipiorum greges circumferre, alios ſubmouere in foro, ſed explica mihi iſtius conſcietiam, & uidebis intus grauem peccatorum tumultum, iugem metum, tempeſtatem, turbationem, uidebis uelut in curia mentem ad thronum conſcientiæ conſcendiſſe regalem, & tanquam iudicem quempiam ſedentem, & cogitationes loco carnificum adhibentem, in eculio ſuſpendentem, lateraq; conſcientiæ radentem ungulis, pro commißis uehementer inclamantem, quum nemo ſciat, niſi quod ſolus Deus hæc uidere nouerit: Etenim qui committit adulteriũ, etiam ſi millies fuerit diues, etiam ſi nullum habeat accuſatorem, non deſinit tamen intus ſeipſum accuſare: & uoluptas quidem temporaria eſt, dolor uero perpetuus, timor undique ac tremor, ſuſpitio, & anxietas, angulos metuit, umbras ipſas formidat, ſuos ipſius famulos conſcios, inſcios, illam ipſam quam corrupit, & uirum quem affecit contumelia: obambulat amarum accuſatorem circumferens conſcientiam, quum ſit ſuo iudicio damnatus, nec uel ad breue tempus poßit reſpirare. Nam & in lecto, & in menſa, & in foro, & in domo, & interdiu, & noctu, & in ipſis frequenter ſomnijs hæc iniquitatis ſimulacra uidet, ipſiusq; Cain uitam uiuit, gemens ac tremens ſuper terram, quum nemo ſciat: intus tamen habet ignem implicitum: Idem patiuntur & qui rapinam exercent, & qui fraude lucrum faciunt. Hoc & ebrioſi: in ſumma quot-

Carnificiná conſcientiæ ſibi male conſciæ.

Adulter.

Cain.

Rapinam exercens.

Ebrioſus.

quot

quot in peccatis uiuunt.

IDEM DE LAZARO CONcione ſecunda.

Quemadmodum igitur eum qui perpetuò ſitit, non dixerimus rectè ualere, etiamſi copia rerum affluat, etiamſi iuxta fluuios ac fontes accumbat. Quid enim prodeſt illa aquarum copia, quum affectio maneat inſedabilis? Itidem & in diuitibus faciamus, eos qui perpetuo concupiſcunt, ſitiuntq́; aliena, ne putemus unquàm eſſe ſecuros, nec ulla frui rerum copia. Etenim qui ſuam ipſius concupiſcentiam non poteſt ſiſtere, etiamſi cunctorum opibus uallatus ſit, quomodo futurus eſt is unquam in proſperitate? Eos uerò qui quod habent ſuum, boni conſulunt, quiq́; ſua ſorte contenti ſunt, nec alienas circumſpectant facultates, etiamſi fuerint omnium egentiſsimi, omnium opulentiſsimos ducere oportet.

Perpetuò ſitiens.

Diuites.

Sua ſorte cōtenti beatiſsimi ſunt

Et quemadmodum eum qui prius in cauea multa uulnera accepit, ac ſanguine conſperſus eſt, pòſt anademate capiti addito, hi qui ante caueam ſtant ſuſceptum, multa cum laude domum deducunt, applaudentes, bene ominantes, admirantes: Sic & angeli Lazarũ tum deducebant, illius uerò animam repetebant metuendæ quædã uirtutes, fortaſsis ad hoc miſſæ: neque enim ſua ſponte anima ad illam ſecedit uitam, propterea quòd hoc ne fieri quidem poſsit. Nam ſi ciuitatem ciuitate uertẽtes egemus ductoribus, multò magis anima à carne diuulſa, & ad futurã tranſiens uitam, opus habebit uiæ ducibus. Quapropter frequenter nunc emicat, nũc in profundũ demergitur, metuitq́; & horret quũ eſt à corpore diſceſſura. Nam cum ſemper nos ſtimulat peccatorum conſcientia, tum uerò maximè illa hora, quum hinc ſumus abducendi adſtimulat

Anadema.

Angeli Lazarum deducunt.

Virtutes.

Animæ ductores.

Sẽper nos

peccatorũ conſcietia. illa tribunalia, metuendumq; iudicium: tum enim ſiue quis rapuit, ſiue fraudauit, ſiue cõtumelia affecit, ſiue cuiquàm præter cauſam inimicus factus eſt, ſiue aliud quodcunq; facinus perpetrauit, uniuerſus illic peccatorum cumulus renouatur, & oculis exhibetur, mentemq; ſtimulat.

In carcere detenti. Et quemadmodum qui tenentur in carcere, ſemper quidẽ deiecti mœrentesq; ſunt, maximè tamẽ ſub illũ diem quo ſunt educendi, & ad ipſas iudicis fores pertrahendi, & priuſquàm periclitantur, ac iudicis uocẽ intus audiunt, exanimantur metu, nihiloq; melius afficiuntur quàm mortui: Sic & anima, maximè quidem in ipſo peccati tempore cruciatur & angitur, multò magis quum hinc auulſa abducenda eſt. Animæ cruciatus.

Receptor regius. Quemadmodum enim receptor quiſpiam qui regias pecunias accepit, ſi neglexerit his quibus iuſſus eſt diſtribuere, inq; proprias conſumpſerit delicias, pœnas dat ac perditur: Ita ſanè & diues receptor eſt quiſpiam pecuniarum, quæ pauperibus diſtribui debebant. Itaque quum in mandatis habeat, eas diſtribuere ſuis conſeruis egentibus, ſi quid amplius quàm poſtulet neceßitas in ſeipſum inſumpſerit, grauiſsimas illic daturus eſt pœnas. Non enim ſunt ipſius quæ poßidet, ſed conſeruorum illius. Diues.

Piſcator. Quemadmodum piſcator iacto in mare reti, piſcem quidem attrahit, attrahit autem frequenter & aurũ & margaritas: Itidẽ & hic reti captans homines, piſcatus eſt tandem & angelos, quodq; mireris, etiam inſcius. Id quod & Paulus in huius laudibus dixit: Sectate hoſpitalitatẽ: per hanc enim quidam inſcientes hoſpitio exceperunt angelos. Hoſpitalitas. Angeli.

IDEM DE LAZARO CONcione tertia.

Age igitur & hodie denuò tractemus idem argumentũ, quandoquidẽ qui in metallis operantur, ubicũq; uiderint multas auri uenas, illic fodiunt acrius, nec prius abſiſtunt, quàm totum quod reperiri potuit exhauſerint. Redeamus igitur illuc, ubi ſermonem heri finiuimus, ut illinc eundẽ inſtauremus.

Reiterandum idem argumentum.

Auri uenæ.

Nam & mater amans, quum infantem lactentem parat ad ſolidum cibũ adducere, ſi ſimul multum meri infundat ori, nihil prodeſt infanti, refundente puero quod datur, ac tuniculam qua pectus tegitur irrigãte. Quòd ſi ſenſim ac paulatim infundat, puer quod traditum eſt abſq; moleſtia tranſmittit. Proinde ne uobis idem quod traditum fuerit effluat, non ſemel uobis inſtillauimus doctrinæ poculum, ſed in dies aliquot partiti ſumus, paſſi uos interim hiſce diebus interquieſcere ab audiendi labore, quò ſimul & ea quæ depoſuimus, ſic infigantur animo ueſtræ charitatis, ut excidere non poſſint, & ea quæ dicentur, ſedatis ac uegetis manibus excipiatis.

Infans lactẽs ad ſolidum cibum adducẽdus.

Vaſcula oris anguſti ſuperfuſam humoris copiam reſpuunt, ſenſim autẽ inſtillantibus cõplentur.

An nõ uides fabros ærarios, aurifices, fabros argẽtarios, deniq; eos qui quamcunq; exercent artem, omnia artis inſtrumenta habere parata et integra: q̃uis cõpellat fames, q̃uis affligat inopia, omnia præoptãtes ſuſtinere potius q̃ ut ex inſtrumẽtis artificij quippiã uendere uelint, atq; hinc ali. Itaq; multi frequenter potius habuerũt ad uſurã accipere, q̃ uel minimũ aliquid ex artis inſtrumẽtis oppignerare, idq; iure optimo. Norũt enim quod diuẽditis illis, ars uniuerſa ipſis ſit inutilis, totũq; quæſtus fundamentũ ſublatum: illis autem manentibus, fieri poteſt, ut cõtractũ æs alienũ progreſſu tẽporis aliquando diſſoluãt, iugiter utẽtes artificio. Quod ſi priuſq̃ diſſoluerint æs alienũ, alijs ea uendant, iã non eſt unde poſſint ſolatium aliquod famis inopiæq; excogitare. Hoc ſanè animo

Exercentes artẽ omnia artis inſtrumenta habẽt parata integráq;.

nos quoq; præditos eſſe oportet: quemadmodum enim illis artis inſtrumenta ſunt, malleus, incus, forceps: ſic & nobis artis inſtrumenta ſunt Apoſtolorum ac Prophetarũ libri, omniſq; ſcriptura diuinitus inſpirata & utilis: Et quemadmodum illi per inſtrumenta quicquid faciendum ſuſceperint, perficiunt: Ita ſanè & nos per hos fabricamur, & animam noſtram deprauatamq; corrigimus, et inueteratam renouamus. Atq; illi quidẽ hactenus modo præſtant ſuam artem, ut formã addãt rebus: neq; enim poſſunt materiam uaſorũ tranſmutare, neq; ex argento aurum reddere, ſed harum rerum figuras componunt duntaxat. Tu uero non ita, ſed amplius quiddam potes. Nam ligneũ uas acceptũ, poteris aliquando reddere aureum.

Regia arma. Quemadmodum enim arma regalia repoſita etiamſi nemo fuerit qui poßideat, tamen ijs qui habitant in ædibus multam præbent cuſtodiam ac tutamen, dum neque latrones, neq; parietum perfoſſores, neque alius quiſpiam ſceleratorum audet eam aggredi domum: Sic ubicunque fuerint libri

Libri ſpirituales. ſpirituales, illinc omnis expellitur uis diabolica, multaq; habitantibus accedit conſolatio. Quandoquidem ipſe etiam per ſe librorum aſpectus ſegniores nos reddit ad peccandum.

Hydrops. Vitium ſplenis. Tabum. Veluti ſi quẽ uideris hydropi, aut uitio ſplenis obnoxiũ, aut tabo quopiã marceſcentẽ, temulentiæ ac delitijs indulgentẽ, reddere morbum acriorẽ, adeo nõ mirari, aut beatũ iudicas cum ob delicias, ut ob hoc ipſum etiã maximè miſerum exiſtimes: Similiter & de anima cogitato, ubi uideris hominẽ per-

Peruerſe uiuens, neq; tamẽ triſte quicq̃ patiens deplorandus eſt. uerſe uiuentem, multaq; fruentẽ proſperitate, neq; triſte quicquam patientem, ob hoc ipſum magis deplora, quòd quum morbo grauißimoq; tabo ſit obnoxius, tamen deterior fit, morbum delitijs uitaq; diſſoluta exaſperans.

Quem-

Quemadmodum canis aßiſtens menſæ, ſi uiderit hominē Canis aßi-
ueſcētem ſubinde aliquid eorum quæ in mēſa ſunt ipſi proij ſtens mēſis
cientem, manet aßiduè: quòd ſi ſemel atque iterum ſic aſtitit, ut diſceſſerit nihil adeptus, protinus abſtinet, ueluti qui iam
fruſtra & incaſſum aßiſtat: Itidem & diabolus iugiter nobis Diabolus.
inhiat, ſi quod blaſphemum uerbum ipſi ceu cani proijciamus, hoc accepto rurſus aggreditur. Quòd ſi perſeueraueris gratias agere, iugulaueris illum fame, celeriterq́; abegeris, & aufugere coëgeris.

Quid igitur? ut ego, inquis, fiā melior, ille punitur? Non propter hoc, ſed propter ſuū ipſius peccatum punitur. Cæterū attentis ex abundanti fit occaſio ſalutis, dum metu ex his
quæ alijs acciderunt concepto, redduntur probiores. Itidem Famulus
& domini faciunt, uno ſæpè famulo flagellato multos metu flagellatus
reddunt emendatiores.

IDEM DE LAZARO CONCIONE 4.

Quandoquidem & agricola, poſteaquā totius uineæ uin Agricola.
demiam peregerit, non prius deſiſtit, quàm ſingulos etiam mi Vindemia.
nutos acinos decerpſerit. Quum igitur nunc quoq; uideam ſub literis, ueluti ſub folijs latere ſenſus occultos, age & hos rurſus diligenter amputemus; pro falce ſermone utentes. Si quidē uinea poſt fructus ſemel à uindemiatore deſectos, ſtat
nuda fructu, nihil habens præter folia: uerum ſpiritualis di- Spiritalis
uinarum ſcripturarum uinea non item, ſed quamuis quicquid diuinarum
uidebatur ſuſtulerimus, tamen adhuc amplius ſupereſt tollē ſcriptura-
dum. Itaque complures ante nos diſſeruerunt in hanc pa- rum uinea
rabolam, complures fortaßis & poſt nos diſſerturi ſunt, nemo tamen poterit totas opes eruere. Nam ea eſt huius opulentiæ natura, quo foderis altius, hoc magis exundant diui-

mi ſenſus. Fons enim eſt nunquàm deficiens.

Magiſtratus. Etenim ſi quum magiſtratus in medio foro reum adducit, carnifices adhibet, ac tormentis examinat accuſatum, omnes magno ſtudio concurrunt, cupientes audire quid interroget iudex, quid reus reſpondeat. Multò magis hic diligenter auſcultandum eſt, quid reus, nimirum hic diues, poſtulet, quid contrà iuſtus iudex reſpondeat per Abraham. Non enim Patriarcha erat qui iudicabat, quanquam is pronunciabat: Verũ quẽadmodum in mũdanis iſtis iudicijs, quoties fuerint aliq̃ rei, puta latrones aut homicidæ, his leges procul à conſpectu iudicis occurrentes, nõ permittũt ut audiãt uocẽ iudicãtis, q̃ præter alia hoc quoq; honore iudicat illos indignos ſed medius quiſpiã interpres, & iudicis interrogatiões, & rei reſponſiones perfert. Hoc ſanè pacto & tunc factum eſt. Non Deũ pronunciantem, non Deũ ipſi loquentẽ audiuit reus, ſed medius erat Abrahã, qui iudicis uocẽ ei qui iudicabat retulit.

Mundana iudicia. Leges.

Quemadmodum enim conſpicientes in pariete pictum diuitem ac pauperem, nec illi inuidemus, nec pauperem deſpicimus, eò quòd quæ uidemus, umbra rerũ eſt, non ueritas: Sic & diuitiarũ, & paupertatis, gloriæ & ignominiæ, aliarũq; rerum omnium ſiue triſtium, ſiue lætarum, naturam, ſi pernouerimus, liberabimur à perturbatiõe, quæ ex harũ unaquaq; in nobis gigni ſolet. Hæc enĩ omnia quauis umbra fallaciora, neq; quicq̃ habent ſublime, neq; præclarũ, neq; ſplẽdida glorioſáq; attollere, neq; humilia contẽptáq; attollere poterũt.

Diues ac pauper.

Ad hæc quòd ſuperuacanea quærũt qui deſiderãt, ut mortui illinc redeãt, præter hæc quæ dicta ſunt, etiã ab huius uitæ curijs demonſtrare licet. Gehenna nõ uidetur incredulis. Nam credẽtibus eſt perſpicua manifeſtáq;. Curiæ uidentur,

Gehenna.

quotidieq; audimus quòd ille ſupplicio affectus eſt, illius proſcripta bona: alius operatur in fodinis, alius exuſtus eſt igni, alius alio pœnæ uindictæq; genere perijt, & tamen hæc quũ audiũt mali ac facinoroſi maleficiq;, nõ emẽdãtur. Multi frequẽter in his deprehẽſi, poſteaq̃ effugerũt pœnã, perfoſſoq; carcere elapſi ſunt, rurſus eadẽ aggrediũtur, multò his ſceleratiora perpetrãt. Ne igitur quæramus hæc audire à mortuis, quæ multò clarius quotidie nos docent ſacræ ſcripturæ. Curæ.

Quin & quum perpetratur peccatum, & priusq̃ perpetratur, & poſtq̃ perpetratum, acerbus nobis imminet accuſator, maximè uero poſteaq̃ perpetratum fuerit. Nã in perpetrando ſcelere, quoniã uoluptate ſumus ebrij, nõ perinde ſentimus, cæterũ ſimul atq; cõmiſſum eſt, ceperitq; finẽ, tum demum extincta uoluptate amarus pœnitentiæ ſtimulus ſuccedit, contra quàm accidere ſolet mulieribus parturientibus. Peccati ſemper acerb. imminet accuſator.

Nã illis ante partum labor eſt ingẽs, grauiſq; nixus, diſſecãtes eas doloribus, poſt partũ uerò relaxatio, dolore ſimul cũ infante egrediente: Verũ hic nõ itẽ, ſed dũ parturimus cõcipimusq; corruptos affectus, delectamur gaudemusq;, cæterũ ubi fuerimus enixi malũ illũ puerum peccatũ, tũ conſpecta fœditate partus, diſcruciamur grauius q̃ mulieres parturiẽtes. Mulieres parturientes. Diſsimile.

Nam pater ubi ſemel, iterũ, ac tertio, decieſue filiũ increpauerit, ſi uiderit incorrigibilem permanere, deſperans abdicat: expellit familia, à cognatione reſecat. At nõ eodẽ modo conſcientia, ſed licet ſemel, licet iterũ, licet ter, licet milies admonuerit, tuq; non obtẽperes, monebit iterum, nec deſiſtet uſque ad ſupremum halitum, ſiue domi, ſiue in biuijs, ſiue in mẽſa, ſiue in foro, ſiue in itinere, frequenter & in ſomnis peccatorum nobis ſimulachra ſpectraq; repreſentat. Pater filiũ increpans. Conſciẽtia admonet.

IDEM oratione de B. Philogonio.

Proinde

Proinde quamuis noſtræ facultates exiguæ ſint minimiq́; precij, attamen quæ poſſumus offerimus. Ea licet non reſpondeant magnitudini meritorum animæ, præclari iuſtiq́; Philogonij, tamen hoc ipſum celſitudinis illius maximum fuerit argumentum, quòd nec puſilla repellat, ſed idem faciat quod ſolet diuites. Siquidem illi quum acceperint à tenuibus exigua, quibus non egent, ſua uiciſſim apponunt, remunerantes eos, qui quod poterant obtulerint: Itidem & hic, quum acceperit à nobis laudem uerbis peractam, qua nequaquã eget, redonabit nobis per opera ſua laudationẽ, qua ſemper uti poſſimus.

Diuites accipientes à tenuib. exigua.

Quemadmodum enim aliquis ingreſſus uineam, uiteſq́; contẽplatus pampinis comantes, fructu grauidas, macerijs ac ſeptis undiq; munitas, haudquaquã deſiderat cuiuſquam qui demonſtret uinitoris induſtriam, & agricolæ uirtutem: Itidem & hic, ſi quis ingreſſus conſpiciat uites ſpirituales, ueſtrumq́; fructum contempletur, nihil opus habuerit, ut ex cuiuſquam oratione diſcat qualis ſit ueſter propoſitus.

Vinitoris induſtria. Vites ſpirituales.

IDEM HOMILIA I. SVPER ILLIS *uerbis Eſaiæ: Vidi dominum ſedentem.*

Conſpicio uos multo ſtudio adnitentes, ut ad effectum perducatis quæ heri à nobis dicta ſunt, coq́; nunc haud grauate ſemen doctrinæ iacimus, quod hinc bona ſpes alit animum noſtrum. Nam & agricola, quum non ſine labore quidẽ ſemina depoſuit, ſed uidet terram feracem ſegetemq́; prouẽtu exuberantem, ſuperiorum laborum obliuiſcitur, atq; ad reliquum operæ cõſeruationemq́;, lucri expectatione excitatur. Verum hæc agricolatio quanto feracior, quantoq́; lucroſior eſt? Nam illa quidẽ frugum ſenſibilium copiam adferens corporibus reponit alimoniam. Hæc uerò dum ſermonem deponit do-

Lucri expectatione excitatur agricola.

nit doctrinam, ſpiritualiumq́; donorum abundantiam adfert, animi diuitias recondit: alimoniam quæ nec conſumi, nec uitiari poteſt, reditus qui neq; pereunt, neq; corrumpuntur, ſed arcana quadam prouidentia conſeruantur, quorum uſusfructus mente percipitur.

Etenim de hoc uobis hodiernum ſermonem mouere uolo, in ſpeciem quidem moleſtum, cæterum leuem, utilemq́; ueritate. Sic enim & amantes liberorum patres faciunt, non ſolũ ea quæ ad breue tempus delectant, uerum etiam quæ moleſtiam adferunt, filijs adhibent, quæq́; non ſtatim oſtendunt utilitatem his qui adhortantur, ſed quæcunq; uidentur quidẽ eſſe moleſtá, ſalutaria tamen ſunt, ſi perficiantur, & hæc multa cura docent, diligenterq́; flagitant ab eis ut conſeruentur. Atq; hunc ſermonem in longum producimus, ne præſentem laborem fruſtra inſumamus, ne ſuſtinentes uigiliæ neceßitatẽ inutiliter in puerili certamine uerſemur, ne uoces in aërem diſſolutæ, ad detrimentum ſonent potius quàm ad lucrum.

Amantes liberorũ patres.

Moleſta, ſed ſalutatis.

Neq; enim negociator è longinquo merces importans, uehementem uentorum incurſum, undarumq́; exorientium procellas ſuſtinens, fruſtra & incaſſum ſuſciperet eiuſmodi labores, uerum ideo maria plena ſunt, & audax eſt aduerſus pericula, locaq́; locis commutat, maria peragrat, totasq́; noctes ducit inſomnes, ut negociatione diteſcat. Quòd ſi non contingat, ſed cum lucro etiã ſortis iacturam faciat, ne ſoluere quidem ancoram poterit, nec illa uaria perferre diſcrimina. Hoc itaq; ſcientes, cum decente circunſpectione huc accedamus, ne pro peccatorum remißione, etiam acceßionem peccatis adiunctam domum referamus.

Negociator.

Cum decẽte circumſpectione adeundum templum.

Aßiſtit aliquis terreno regi, omnibusq́; modis molitur, ut

quàm

quàm plurimam erga illum reuerentiam exhibeat, quò per hoc maiorem illius erga ſe conciliet beneuolentiã. Cuius gratia non ſolum ſpecie capitis, uerum etiam ipſa uoce, ipſa manuum compoſitione, ipſa pedum coniunctione, totiusq; corporis contractione talem reuerentiam conatur oſtendere. Hoc & ab illis incorporalibus uirtutibus fit. Quum enim plurimam habeant erga conditorẽ reuerentiã, & hanc undiquaq; conentur præſtare: deinde quoniam non aſſequũtur quod appetunt, quod deeſt affectui, hoc uelo obtegunt.

Plurimam eſſe habendam erga conditorẽ reuerentiã

Cum rege terreno colloquens.

Atqui qui cum regẽ terreno colloquitur, de his tantũ uerba facit, de quibus ille uoluerit audire, & de quibus rex fuerit percontatus. Quòd ſi quis auſit inijcere ſecus q̃ ipſe uelit, extremo ſupplicio afficitur: Tu uerò cum rege regum colloquens, cui cum horrore ſeruiunt angeli, omiſſo cum illo ſermone, de luto, de puluere, de telis aranearum loqueris. Nihil enim aliud ſunt huius uitæ negotia. Et quomodo ſuſtinebis iſtius contemptus pœnam? Quis autem te ab hac uindicta liberabit?

Huius uitæ negocia

IDEM HOMILIA II. DE EO QVOD dixit Eſaias, Factum eſt anno quo mortuus eſt Oſias rex, Vidi dominum ſedentem, &c.

Quemadmodum enim eſurire corporis bonam ualetudinem declarat, ſic & ſermones appetere ſpirituales, animæ ſanitatem arguit. Gaudeo quidem igitur propter hoc, cæterũ uereor ne forte non poſsim adferre dignum iſto ueſtro deſiderio. Sic & mater amans quotiens lactentem habet puerũ, non poteſt illi largiter præbere lactis fontem, attamen quã quam lacte caret, mammam tamen dat. Ille uerò acceptam trahit, ſugitq;, ore uexatam papillam calfaciens, plus quàm

Eſuries. Animæ ſanitas.

erat

erat elicit alimenti: mater uerò dolet quidem dum ipſius diſtenditur ubera, nec tamẽ repellit puerũ, mater enim eſt, & omnia præoptat perpeti potius quã ut partum ſuum contriſtet. Itaq; ſi matres erga fœtus tanta charitate afficiuntur, multò magis oportet nos erga ueſtram charitatem ſimiliter affectos eſſe. Nam ſpiritus nixus calidiores uehementioresq́; ſunt, quàm naturæ.

Mater amans lactẽtem habẽs filium.

Singularis matrũ erga filios charitas.

Nã ſi homines ſcelerati dum choreas agunt in foro, in profunda caligine, noctéq; intempeſta meretricias cantilenas, mollesq́; canentes cantiones, totam ciuitatem nobis aperiũt, & ad ſeſe conuertunt: nos cœleſtiũ populorũ ſupernis choris regẽ uniuerſi celebrantibus nõ accurremus? nõ audiemus diuinam illam ac beatam uocem? Et quæ nobis dabitur uenia? Attamen quum tantã habeat celeritatem, & oculorũ aciem anima, non eſt ex ſeſe ſufficiens ad intelligentiam rerũ ſpiritualiũ, ſed opus habet, qui ipſam manu porrecta deducat. Faciamus igitur quod in regũ aulis facere ſolent, qui cupiunt eas uidere. Quid autem illi faciunt? Vbi quæſierint eum cui claues commiſſæ ſunt, illum adeunt, alloquuntur, ſupplicant: frequenter & pecuniam numerant, ut ipſis gratificetur: Adeamus ergo et nos unũ eorum quibus cœleſtes portæ cõmiſſæ ſunt, appellemus, ſupplicemus pro pecunia promptã uolũtatem, ſyncerumq́; affectũ exhibeamus. Et ſi ille mercedẽ hanc acceperit, manu noſtra apprehenſa per omnia circũducet, non iſtã ſupellectilem regiã, ſed ipſum regẽ in throno ſedentẽ, aſtãtibus exercitibus, exercituũq; ducibus, aſſiſtẽtibus innumerabiliũ angelorũ & archangelorum milibus, breuiter omnia diligenter nobis oſtẽdet quatenus nobis uidere fas eſt.

Spiritus nixus.

Etenim ſi hi qui fodiunt in terris metalla, ne mi-

nima

Fodientes metalla. nima quidem fruſtra prætereunt, uerum ubi nacti fuerint ali-
quam uenam auream, meatus omnes exacte circumſpiciunt:
multò magis hoc facere nos oportet in ſcripturis. Et tamẽ in
metallis difficile eſt inuenire quod uenantur. Etenim quum
Aurum. & metalla ſint terra, & aurum nihil aliud ſit quàm terra,
ipſa quoq; naturæ communio ſimilitudoq́; celat aſpectum eo-
rum quæ quæruntur. Attamen ne ſic quidem deſiſtunt illi, ſed
omnem adhibent diligentiam, quantumuis ſimul atq; uiderint
ſciant, quid uere ſit terra, quid uere ſit aurum. In ſcripturis
autem nõ eſt eadẽ ratio. Neq; enim proponitur aurũ terræ
Eloquia dei pura, argentum igni exploratum, probatũ terra. cõmixtum, ſed purũ eſt aurum. Eloquia, inquit, Dei pura, ar-
gẽtum igne exploratum, probatum terra. Siquidem ſcriptu-
ræ non ſunt metalla quæ indigent operarijs, ſed theſaurum
præbent paratum ijs qui quærunt opes in ipſis reconditas.

Teſtamẽta tabulæq;. Teſtamenta tabulæq; de nuptijs, de debitis, deq; reliquis
contractibus, niſi in frontiſpicio cõſulum annos habeant præ-
ſcriptos, nullam ex ſe uim habent. Hoc eſt enim quod illis ro-
bur addit, hoc eſt quod controuerſias dirimit, hoc quod à lite
liberat, hoc quod ex inimicis facit amicos. Proinde qui talia
Lucerna in cãdelabro deſcribunt, non aliter quàm lucerna in cãdelabro poni ſolet,
ſic in frontiſpicio literarum addũt conſulum nomina, ut om-
nibus quæ ſubijciuntur præluceant. Quæ ſi ſuſtuleris, lumen
ſuſtuleris, omniaq́; tenebris multaq́; turbatione compleueris.
Propterea, omne dati acceptiq́; negocium ſiue cum amicis, ſi-
ue cum inimicis, ſiue cum famulis, ſiue cum procuratoribus, et œco-
nomicis agatur, hac eget cautione, & ubiq; menſes, annos,
dies ſubſcribimus. Quod ſi tantum ualeat ea res in negotijs
temporalibus, in ſpiritualibus multo amplius profuerit: Si-
Prophetia quid. quidem hoc declarat prophetias eſſe prophetias. Neq; enim
aliud

aliud eſt prophetia, quàm rerũ futurarũ enarratio. Proinde qui neſcit tẽpora eorũ quæ dicta ſunt, quæue euenerunt, qui poterit homini cõtentioſo demõſtrare prophetiæ certitudinẽ?

Quemadmodum in agris termini columnæq; non ſinunt arua confundi, ſic tempora non ſinunt cõfundi res geſtas, ſed dum dirimunt alias ab alijs, & in ordinem congruentem digerunt, multa nos liberant turbatione. Agrorũ termini columniæq;. Temporũ obſeruatio.

Imò potius iã ſilendũ eſt, eò quòd neceſſe ſit in immẽſum hiſtoriarũ pelagus orationem ſoluere. Qui uerò per tale mare ſunt iter facturi, neceſſe eſt nõ fatigatis, ſed integris remigibus uiã capeſſant. Nã hãc ob cauſam paßim per mare portus inſulæq; poſitæ ſunt, ut & gubernator, & uector refocillẽtur, hic quidẽ remo depoſito, ille uerò exurgens à clauo. His de cauſis diuerſoria & cauponæ ubique per uias excogitatæ ſunt, ut iumẽta ſimul cũ uiatoribus à labore recreẽtur. Eoq́; et doctrinæ ſermoni, ſilẽtij tẽpus præfinitũ eſt, ut neq; nos ipſos deteramus uerborum multitudine, neq; uos delaſſemus. Quib. gubernator & uector refocillentur.

IDEM HOMILIA IIII. DE VERBIS Eſaiæ: Vidi dominum ſedentem, &c.

Etenim homo urinator nullã aliam ob cauſam audet ſeipſum in profundũ aquarũ demittere, quàm propter margaritas bellorũ cauſam. Quanquam non materiam reprehendo, ſed mentẽ intemperantem. Et tu, ut accipias theſaurũ deficere neſcium, plantesq́; uineã in anima tua, non ſuſtines æſtũ neq; ſudorẽ? Non uides iſtos qui ſedent in theatro, quomodo ſudent, nudoq́; capite ſolis radium excipiant, quò fiant captiui morti, quò ſcorti mancipia? Ad exitium illi laborant, & tu ad ſalutem ſegnis ac remiſſus es? Vrinator. Margaritæ. Sedentes in theatro.

Quemadmodum igitur fit in nauigijs, qui uacuam ha-

Piratæ. bet nauem, non metuunt piratarum inſultum: non enim ueniunt ut conterant nauem nihil uehentem: cæterum ij qui nauem habent onuſtam, metuunt piratas: Nam pirata illuc properat, ubi aurum, ubi argentum, ubi lapides precioſi: Sic & diabolus non facilè perſequitur peccatorem, ſed iuſtum potius, ubi multæ ſunt opes.

Diabolus nō peccatorē, ſed iuſtum perſeqtur.

IDEM DE VERBIS ESAIAE, VIDI DOminum ſedentem, Homelia quarta.

Itaq; cum uideris ſacerdotem indignum, ne traducas ſacerdotium. Non enim oportet damnare res, ſed eum qui re bona male utitur. Quandoquidem & Iudas proditor fuit, uerum ob id non accuſatur ordo Apoſtolicus, ſed illius animus: nec crimen eſt ſacerdotij, ſed malum animi: Et tu igitur ne ſacerdotium uituperes, ſed ſacerdotem re bona male utentem. Etenim ſi quis tecum diſputet, dicatq́;, Vidiſti illum Chriſtianum, reſpondeto, at ego non de perſonis, ſed de rebus tibi loquor. Alioqui quot medici facti ſunt carnifices, ac uenena, pro pharmacis dederunt? Non tamē artem uitupero, ſed male utentem arte. Quot nautæ male rexerunt nauigia? uerum non ars nauigandi mala eſt, ſed illorum animus. Si Chriſtianus fuerit improbus, ne incuſes profeſſionem ac ſacerdotium, ſed re bona utentem malè. Regi corpora cōmiſſa ſunt, ſacerdoti animæ: Rex maculas corporis remittit, ſacerdos autem maculas peccatorum. Ille cogit, hic exhortatur: Ille neceſſitate, hic conſilio: Ille habet arma ſenſibilia, hic ſpiritualia: Ille bellum gerit cum barbaris, mihi bellum eſt aduerſus dæmones.

Non damnandæ ſunt res, ſed is q re bona male utitur.

Aduerſus traducētes ſacerdotiū.

Iudas proditor.

Medici carnifices.

Nautæ.

Sacerdos maculas peccatorū remittit.

Et quemadmodum iure dānatos poſteaquàm funem acceperint, educunt funē ore geſtantes: Sic et hic abducebatur,

Funem ore geſtans.

pro ſune lepram in fronte geſtans, cò quòd ſacerdotium affèciſſet contumelia.

IDEM DE VERBIS ESAIAE, VIDI DOminum ſedentem, Homilia quinta.

Talis res eſt anima in arrogantiam ſublata: Semel enim deſperata ſalute, nequaquam deſinit furere: Verum habenas laxans irrationabilibus cupiditatibus quouis rapitur, nec aliter q̄ equus ferociens, ubi frenum ore, ſeſſorem tergo excuſſit, fertur quouis uēto uelocius, omnibus obuijs intolerabilis, diffugientibus cunctis, neq; quoquam audente cohibere: Sic et anima quæ Dei timorem ipſam refrenantem excuſſit, ubi rationem habenas moderantem ciecit, ad quæuis maliciæ loca decurrit, donec in exitij barathrum delata, præcipitat ſuam ipſius ſalutem.

Equus ferociens.

Irrationabiles cupiditates.

Anima timorē Dei excutiens.

Etenim ſapientes medici quoties membra putrefacta ſecturi ſunt, aut lapides in meatibus affixos extracturi, aut aliud aliquod naturæ uitiū correcturi, non id faciunt eo qui laborat in angulum abducto, ſed eo in medijs foris depoſito, cōglomeratoq; prætereuntiū ſpectaculo, ita demū admouēt manum. Hoc autem faciunt, non quòd uelint humanas traducere calamitates, ſed ut unicuiq; propriæ ſanitatis cōmendent curā. Itidē & ſcriptura facit, ubi quem arripuit peccantiū, proponit eum in ſublimi ſuggeſto, nō in medijs foris, ſed in media terra: & poſteaq̄ totius orbis circumſteterit theatrū, tum curationē adhibet, erudiēs nos, ut circa propriā ſalutem cautiores ſimus. Videamus igitur quo pacto ſacerdos tunc illū corrigere ſit aggreſſus: Nō dixit, ô impie, ô ſcelerate, omnia ſubuertiſti, cōfudiſtiq;, ad extremā impietatē prorupiſti: neq; ſermonem accuſatiōis in longū produxit: ſed quemadmodū hi qui ſecāt, hoc breuiter facere ſtudēt, celeritate ſectiōis cruciatus ſenſum

Sapientes medici.

Scripturæ mos in arripiendo peccatores.

fallentes: Itidem & hic aſperitatem cohibuit obiurgationis, paucis uerbis conſtringens regis iracundiam.

IDEM DE VERBIS ESAIAE, VIDI DOminum ſedentem, &c. Homilia quinta.

Præclara corpora.

Sãctorum animæ.

Quemadmodum enim præclara corpora etiam in aduerſa ualetudine, multa nobis formæ ueſtigia oſtendunt: Sic & ſanctorum animæ, in ipſis etiam erratis ſuæ uirtutis ſigna præ ſe ferunt.

IDEM CONTRA GENTILES, QVOD CHRISTVS ſit Deus.

Profana quãuis glorioſa ſimul concidunt omnia.

Et erit requies eius honor, licet diuerſo modo in rebus humanis contingere ſolet. Nam cum hi qui hic in magna gloria, rebusq; florentibus agunt, moriuntur, pereunt cum eis ſimul alia omnia: id quod non ſolum in diuite, ſed & in principe, atq; adeo id & in regibus ipſis quis uidet: Nam leges eorum iritantur, ſtatuæ obſcurantur, memoria extinguitur, nomen eorum in obliuionem uenit, à cognatis deſpiciuntur: licet pridem mouerint arma, concitarint ſeditiones populorum & urbium, reuocauerint proſcriptos, occiderint dominos, ſimul tamen conciderunt hæc omnia, quamuis glorioſa prius fuerint. At ſecus in cruce euenit. Ante crucem in luctu res erant: Iudas prodidit, Petrus negauit, reliqui profugerunt, IESVS ſolus inter inimicos comprehenſus eſt, multi qui crediderant retrorſum abierunt: Cæterum ubi occiſus eſt, & mortuus, ut diſcas, quòd non ſit purus homo, nõ ſolũ res eius non interciderunt, ſed multò clariores illuſtrioresq;, & ſublimiores ſunt redditæ.

Crux.

IDEM

IDEM IN OZIAM SERMONE.

Sicut ignis mox ut calamum apprehenderit, non expetans aliquanto tempore, attactam materiam ſua flamma accendit: Ita & concupiſcentiæ ignis, ut primum formoſitatem & uenuſtatem uiſu attigerit, animam ſtatim accendit.

Quemadmodum cerua telum corpore fixum ferens, licet uenatorum manus effugiat, perit tamen tandem: Sic & anima telo concupiſcētiæ, ob intemperatum, & curioſum uiſum, ſaucia: tametſi diſcedat, perit tamen & corrumpitur. Nam reiecto telo, ubique uidet impugnantem, & gerit ſe comitantem.

Sicut matres faciunt, quando in gremium pueri poma, uel ſecundarum menſarum tale aliquid mittunt, ſinus eius undiq; zona conſtringunt & ſecuros faciunt. Ita & nos faciamus, ſermonem prolixiorem in arctum contrahentes, & in memoriæ promptuario deponentes.

IDEM SERMONE DE MANSVETVDINE.

Quemadmodum & ſolis iubar ut primum apparet, fugat tenebras: Ita mãſuetus & benignus ſua præſentia, res turbulentas componit, quietasq; ac tranquilllas reddit. *Solis iubar Manſuetus & benignus.*

Sicut CHRISTVS *Deus & omnium dominus, in carne diuina nobis apparens, ſanctosq; angelos cum hominibus concordes effecit, qui quaſi bello quodam à nobis diſsidebant: Ita & manſuetus homo fratres & cognatos, qui inter ſe diſcordes ſunt, conciliat, & reuereri leges, & præceptum fidei, abiectisq; inimcitijs, in gratiam mutuam redire facit.* *Concordia angelorum cum hominibus. Manſuetus*

IDEM SERMONE DE ANATHEMATE.

Regia purpura. Anathema.

Sicut priuatus homo, regiam ſibijpſi purpuram circumponens, unà cum omnibus qui ſe iuuant punitur, ut tyrānus: Ita & qui Dominicam fert ſententiam, & hominē facit anathema eccleſiæ, abducit ſeipſum in extremam perniciē, uſurpando dignitatem filij Dei.

CHRYSOST. DE SACERDOTIO LIbro ſecundo.

Improuiſe amari.

Nam ſi quoties uidemus ſeruorum pecuariorumue noſtrorum curam à quibuſdam ſuſcipi, ex eo ſtudio aduerſus illa impenſo, colligimus ab ijs nos amari (etiamſi illa ipſa eiuſmodi eſſe ſolent, ut pecunià ueneant) qui neq; pecunia, neque alia re ulla, ſed morte propria armentum redemerit, ſuum ipſius ſanguinem gregis precium obtulerit, quanto quæſo præmio gregis huius paſtores ac rectores remuneraturū olim credimus?

Chriſtiano non uim afferre, ſed ſuadere tātum oportet. Oues perdens.

Porrò exteri quidem iudices cùm facinoroſos homines legis tranſgreſſores fuiſſe deprēhēderint, magna præditos autoritate ac poteſtate oſtendūt, eoſdemq; uel inuitos ſuos ipſorum mores mutare cogunt. Chriſtiano uerò non uim afferre, ſed ſuadere tantum oportet, atque hac ratione meliorem efficere, quæ emendandum ſuſceperit. Etenim qui oues perdiderit, uel lupis rapientibus, uel latronibus adorientibus, uel lue aliqua, aut alio id genus caſu ſæuiente, fortaßis ueniam nonnullam à domino gregis impetret, ſui & pœnas ille exiget, damnum ipſum niſi pecunia conſtat. At uerò cui homines ipſi, rationalis CHRISTI grex concrediti

diti ſunt, hunc primum ouibus perditis, non pecuniarum, ſed animæ propriæ iacturā facere oportet, tum uerò & certamen longè maius, ac multò moleſtius ſuſtinere. Animæ iactura.

Ouium paſtor gregem habet è ueſtigio ſubſequentem, quocunque præierit: quòd ſi quæ de recta uia oues deflectant, ac feraci pabulo poſthabito, ſterilia atque abrupta loca depaſcantur: ſatis habet paſtor altius aliquantulum inclamare, ut palantes atque diſperſas reducat, atque in gregem cogat. Sin uero à recto CHRISTIANAE fidei tramite aberrauerit quis, hic paſtori magnum certè onus incumbit, magnum negotium, magna tolerantia. Paſtor. A recto Chriſtianæ fidei tramite aberrās.

Quemadmodum qui corporum amore capti ſunt, donec propinquos eos habent quos amant, grauius quidem morbi ſui tormentum uimq́; ſuſtinent, quum autem quàm longiſſime ſeſe ab illorum conſpectu abduxerint, tum furorem ab animo excutiunt: Sic & qui honoris iſtius quem dico cupiditate titillantur, dum propius adſunt, malo ferendo impares ſunt: cæterum cum ſeſe illinc ſummouerint, honoremq́; deſperauerint, fit ut deſiderium unà cum expectatione extinguant. Corporum amore capti. Honoris cupiditas.

Cum & athleta tantiſper dum domi ſe continet, ac cum nemine manus conſerit, imbecillitatem infirmitatémque ſuam occultare alijs poteſt: ubi uerò nudato corpore in harenam decertaturus deſcenderit, tum facilè apparet, quid ille poſſit. Eadem ratione qui priuatam hanc & quietam uitam uiuunt homines, ſolitudinem habent ſuorum uitiorum Athleta. Priuatam & quietam

tam uitam uiuentes. *tanquam uelamen quoddam: ijdem rurſus cum in medium prodierint, ſolitudinem illam, ſicut ueſtem exuere, ac per externos aduentitiosq́; motus, ſuos ipſorum animos omnibus nudos exhibere coguntur.*

Filij principatum affectantes. *Quemadmodum qui principatum affectant filij, moleſto animo intuētur longā patrū ſuorum ſenectutem: Sic ex his nō nulli cum uiderint futurum, ut Epiſcopus ad longum aliquid tempus dignitatis ſuæ munere fungatur, quandoquidem interficere nefas, deturbare illum imperio ſatagunt: omnes in deturbati locum ſuffici cupientes, ac ſinguli honorem illum ad ſe deferri ſpectantes.* Epiſcopus. *Epiſcopus ſi rem recta ratione ac iudicio aggredi uolet, inimici protinus Epiſcopo aduerſantur, donec illum eiecerint, uel ſuos* Candidati. *candidatos intromiſerint. Perinde eſſe uideas, ut ſi qui* Gubernator. *gubernator, piratas habeat eadem naui unà ſecum nauigantes, qui quidem tum ipſi, tum nautis, tum uectoribus aſsidue horisq́; ſingulis inſidias ſtruant.* Piratæ.

IDEM DE SACERDOTIO LIbro tertio.

Sacerdotij optio. *Qui ſacerdotij optione propoſita (quod quidem regno tantò eſt excellentius, quantum ſpiritus & carnis interuallum eſſe poteſt) ſuſtinebit ne quiſquàm contemptus, ac faſtidij nos accerſere? Quì uerò id non abſurdum? eos prouincias paruas reſpuunt, ut deliros incuſare? at eas qui hoc idem in maximè excellentibus factitant, libere quidem amentiæ crimine, inſolentiæ autem ac ſuperbiæ reos agere? Perinde quaſi ſi quis eum, qui bouillum armentū deſpiceret, qui armentarius eſſe recuſaret, animi quidē inſolētia nequaā prædi-*

prædituſ eſſet, mentis autem alienatione prorſus laborare cõminaretur?

Rex aliquis ſi cui ex ſubditis ſuis honorem hunc impertitus fuerit, ut poteſtatem habeat quoſcunq; uelit in carcerem conijciendi, eoſdem rurſus relaxandi: Is nimirũ beatus ac mirandus iudicio omnium fuerit. At uerò qui à Deo tantò maiorem accepit poteſtatem, quantò cœlũ terra precioſius eſt, quantò etiam animæ corporibus præſtant: Hic ità ne uilem à Deo dignitatem accepiſſe nonnullis uideri debet? Beatus atq; mirandus omni iudicio.

Proinde naturales parentes ſi eorũ liberi principes quoſdam magnatéſue offenderint, opem certe nullam illis afferre poßunt: quomodo ſacerdotes, nõ principes, reges, ſed ipſum dominum nobis infenſum ſæpenumero concilient? Ciuitatum principatus.

Si uſu uenit, ut quibus ciuitatum principatus concreditus eſt, ij niſi ualde prudẽtes pariter ac uigilantes fuerint, tum ciuitates ipſas euertant, tum ſeipſos perditum eant: quanta illum uirtute non ſuæ tantum unius, ſed & cœleſti præditum eſſe conuenit, cui ſorte obtigit, ut CHRISTI *ſponſam colat ornetq;, ſi modo peccandi occaſionem uitare is uelit.*

Quemadmodũ in prælijs uidemus generoſißimos quoſq; milites alacriter manum cum hoſte conſerere, eoſdemq; ſi ita res ferat, fortiter occumbere: Ita oportere puto animatos eſſe, qui ad miniſterij iſtius functionem ſe conferunt: uidelicet ut & conſecrari, & ſummoueri iuxta parati ſint. Milites generoſißimi.

Quemadmodum ſæuientibus pugnantibusq; inter ſeſe aſperrimis uentis, derepente mare antea quietũ ac tranquillum furit, atque intumeſcit, eosq; omnes quos tum uela facere cõtigerit, perdit: Ita eccleſiæ trãquillitas, perditis hominibus admißis, turbulentia, ac naufragijs permultis infeſtatur. Eccleſiæ trãquillitas

Contumelia affectus

Quemadmodum neſcio quo pacto fit, ut quem contumelia affeceris, is non ſentiat pecuniarum acceptarum ſubſidium ob inflictam contumeliæ plagam: Sic quem blandè atq; humaniter appellaueris, quiq; idem donum aliquod unà cum ſui conſolatione à te acceperit, exultat magnopere, ac lætatur, tũ uerò donum ipſum donantis uultus geſtusq; conduplicat.

Virginis ac uiduæ delicta.

Quemadmodum non ex æquo ſe res habet, ſi puella liberalis, an illius ancilla peccet: Sic paria inter ſe non ſunt uirginis ac uiduæ delicta.

IDEM DE SACER. LIB. IIII.

Periculoſa epiſcopatus adminiſtratio.

Quamobrẽ enim fit, ut de militia, de mercatura, de agricultura, cæterarumq; ad humanũ uictum pertinẽtium rerum ratione deliberatio mouenda cum ſit, neq; agricultura nauigationẽ, neq; miles agriculturam, neq; gubernator militiam ſuſcipiat, etiam ſi mortem illius millies cõmineris. Nempe propterea illorũ unuſquiſq; proſpicit fore, ut periculum ſibi ab imperitia artis incognitæ immineat. Itáne ſi diuis placet, ubi modicis in rebus periclitamur, tanta ipſi utemur prouidentia, neque cogentium nos uiolentiæ parendum eſſe putabimus, ubi uerò æternum illos induit ſupplicium, qui epiſcopatus adminiſtrationem iuſtè præſtare neſcierit, temere, atque ut caſus tulerit, in tantum nos conijciemus malum periculum, alienæ uiolentiæ cauſam opponentes?

Faber.

Si quem ipſi ſuſpicemur fabrum eſſe, ad opus uocemus, ſequaturq; ipſe: deinde manus admouens materiæ ad ædificandum paratæ, ligna, item lapides auertet, opus autem ſic coaugmentet, ſicq; domum ædificet, ut ſtatim collapſura ea ſit: nunquid ille ſe abunde hac defenſione tutatus eſt, ſi dixerit, ab alijs ſe coactum, non etiam ultrò ad ædificandum

acceſ-

acceßiſſe? Certe nequaquàm. Idq; iuſtè ac meritò: oportebat enim uel alijs ad id uocantibus pedem retrahere, ac tergiuerſari. Itáne uerò qui ligna ac lapides ſubducit faber, huic prorſus nullus ſuffugij locus, quo minus pœnas pendat: Qui uerò animas negligenter ædificans perdiderit, hiccine alienam uim, abundans ſibi ſuffugium præſidiumq; putabit? Quiſquis animas negligenter ædificat, perdit.

Si qui ſuum ipſorum corpus ad athleticam habitudinem cura adhibita componunt, neceſſarius eſt uſus & medicorum, & pædrotribarum, & temperatæ dietæ, & exercitationis aßiduæ, & infinitæ adeo obſeruationis: Quibus ſorte obtigit CHRISTI corpus hoc quod dico curandum, ij quibus nam artibus conſeruare illud ſyncerũ atq; incolume poterũt, niſi omnifariam animæ curationem congruam, conueniẽtem, atq; humana uirtute longe ſuperiorem calluerint? Athletica habitudo. CHRISTI corpus quatenus curãdum.

Ciuitas quamdiu muro undique cincta eſt, eos irridet à quibus obſidetur, præſidio illo tutißima: ubi uerò quis murum diruerit, ad portulæ tantum magnitudinem, tum longè illi abeſt ſepti præſidium, etiam ſi firmum alioqui, ac tutum illud maneat. Haud aliter igitur & Dei ciuitas, dum ipſam undecunque pro muro paſtoris ſolertia atque prudentia cingit, aduerſarijs ſuæ omnes machinæ arteſq; in opprobrium riſumq; cedunt euaduntq;, qui eam incolunt indemnes atque illæſi: ſi eam autem parte aliqua demoliri quis poßit, ut uniuerſam non diruerit, à parte totum, ut ſic dicam, labefactatur. Dei ciuitas

IDEM DE SACER. LIB. V.

Quemdmodum quos diuites iuuat, ſi quando in paupertatem inciderint, mœrore afficiuntur, & qui delicijs aſſueue- Diuites

re, te-

re, tenuem ac ſimplicem uictum tolerare nunquam poßint: Ita qui laudum amore capti ſunt, non ſolum cum iniuſte uituperant, ſed etiam cum ab alijs aßidue non laudantur, quaſi fame aliqua animum conficiunt.

IDEM DE SACER. LIB. VI.

Quemadmodum qui intra portum ad gubernaculi regimen aßidet, is non continuo ſufficiens artis periculum præbet. At uerò qui in medio mari collocatus, nauem ſæuiente tempeſtate eripere potuit, hunc certe nemo eſt, qui non optimum gubernatorem eſſe dixerit. Proinde nec monachum ipſi magnopere ac ſupra modũ admirabimur, quòd is apud ſe uiuens neque commoueatur, neque in multa ac magna peccata prolabatur.

Optimus nauis gubernator. Monachus

Vt corporis uulnera attritu ipſo fiunt curatu difficilia: Sic natura comparatũ uidemus, ut animi morbi ſi irrites exaſperesq́;, magis ac magis rebellent, atq; incrudeſcant, dominorumq́; ſuorum peccata augeant.

Corporis uulnera. Morbi.

Quemadmodum fieri uidemus, ut qui fluctu rapiente aut alia ui, in caput præcipites feruntur, poßint quidem interitus ſui finem proſpicere, at ſalutis rationem inire non item: Sic & ipſe ſi in multum illum morborum tumultum irruero, potero quidem ſupplicium meum intueri, in dies magis ac magis ingraueſcens: mihi autem conſtare, quemadmodum & mihi nunc conſto, ac morbos huiuſmodi undecunque rabientes increpare, non perfacile atque antea.

In caput præcipitari.

IDEM DE ORANDO DEVM libro primo.

Quemadmodũ nullo pacto fieri poteſt, ut qui ſolis radijs fruitur, non effugiat tenebras: Ita nulla ratione fieri poteſt, quin

Solis radij.

quin qui cum Deo conſuetudinem agit, deſinit eſſe mortalis: ſiquidem ipſa dignitatis ſublimitas, nos ad immortalitatem transfert. Etenim ſi qui cum Cæſare miſcent ſermones, familiariterq; cum eo uerſantur, & hoc honoris ab illo ſunt adepti, non poſſunt eſſe pauperes: multò minus fieri poteſt, ut qui Deum deprecantur, cum eo familiariter colloquentes, animas habeant mortales. Cum Deo conſuetudinem agẽs, immortalis eſt.

Quemadmodum enim corpus hoc noſtrum, ſi non adſit anima, profectò mortuum eſt ac fœtidum: Sic anima niſi ſeipſam incitet ad orandum, mortua eſt ac miſera, & grauiter olens. Anima ſeipſam excitans ad orandum.

Quemadmodum enim ſi quis mulierem mendicam, ſordidis pannis ueſtiri ſolitam, poſt aureis ueſtibus ornatam uideret, nequaquam agniturus ſit mulierculam: Ita ſi quis eam ciuitatem prius nouiſſet mendicam, hoc eſt, uacuam omnibus theſauris ſpiritualibus, nimirum ignoraſſet quænam eſſet illa ciuitas, in qua tranſmutanda tantum ualuiſſet deprecatio, ut & mores, & uitam reduceret. Mulier mẽdica. Theſauri ſpirituales

Quemadmodum alij quidam reges incolumitatis ſuæ ſpẽ ponere conſueuerunt in militum peritia, & arte belli gerendi in ſagittarijs, in cataphractis, in equitibus: Ita magnus ille Dauid, ſanctis precibus mœnium uice ſuum cinxit exercitum, nequaquam reſpiciens imperatorũ, tribunorum, ac centurionum ferociam, neq; pecunias colligens, nec arma comparans, ſed orando diuinam armaturam è cœlo deportans. Sãctæ preces mœniũ uice ſunt.

IDEM DE PRECATIONE LIbro ſecundo.

Quemadmodum ciuitas quæ muris cincta non eſt, facile uenit in poteſtatem hoſtium, propterea quod prorſus abſit id quo Ciuitas muris cincta.

id quo fuerat hoſtium incurſus arcendus: Sic & animam non munitam precibus, diabolus facile in ſuam redigit ditionem, nec multo negocio omni genere ſcelerum implet.

Anima nō munita precibus.

Cum rege colloquētes

Etenim quemadmodum qui cum rege colloquuti ſunt, & ab hoc ſermones placidos honoremq; ſunt conſequuti, non dignantur in contubernium uenire mendicorum & abiectorum hominum: Ita qui cum Deo fabulatus eſt, eiq; ſua uota protulit, nequaquàm dignabitur mali & impij ſpiritus familiaritatem admittere. Nam uerè profectò quiſquis uoluptatibus ſeruit, cum dæmonibus habet familiaritatem, atq; eorum inſaniam imitatus eſt: Sicut ediuerſo, qui temperans eſt, ac iuſtitiam exercet, cum angelis habet commercium, & illorum æmulatur dignitatem.

Cum Deo fabulari.

Voluptatibus ſeruiēs

Tēperans.

CHRYSOSTOMVS IN GENESIN Homelia prima.

Agricola.

Quemadmodum agricola ubertim ſeminat, ſicubi uiderit agrum repurgatum, & ab herbarum nocumentis liberum: Ita & concionator ſpirituale aruum uidens, ſublatis ijs quæ impediunt, ſemen uerbi Dei faciat.

Concionator.

Medicus.

Valetudinarius.

Sicut qui corporali morbo laborant, quamuis ſexcenties medicus remedia adferat, & ualetudinarius medicinæ curam reſpuit, & medicus imponens pharmacum, infirmus autem impatiens doloris illud reijciat, nulla inde utilitate ſuſcepta: Ita nihil effecerit Eccleſiaſtes, niſi obtemperent auditores.

HOMELIA II.

Theſaurus

Sicut ex theſauro ſi quis uel paruum fructum capere ualet, multas ſibi parat diuitias: Ita in ſacra ſcriptura etiam in bre-

in breui dictione uariam ſententiarum uim, & indicibiles diuitias inuenire licet. Eadem ſimilis eſt fonti largis & perennibus ſcaturienti fluentis. Hæc eſt ſpiritualium fontium & fluminum natura, quò quis plus inde ſumpſerit, hoc magis ſcaturiant. Diuitiæ ſcripturæ ſacræ.

HOMELIA IIII.

Si qui in aurifodinis laborant, ubi quaſdam uenas diuites conſpicati fuerint, à fodiendo non deſiſtunt, donec quæ obſtant amouerint, & in profundum deſcendentes copiam inde auri perceperint: Multò magis nos non auri ramenta inquirentes, ſed inenarrabilem theſaurum inuenturos ſperantes, decet illum quotidie inueſtigare, ut multis diuitijs ſpiritualibus in ſinum collectis, domum redeamus. Aurifodinæ. Spirituales diuitiæ colligendæ.

HOMELIA VI.

Medici primum imponunt cataplaſmata magis efficacia, & dein rupto uulnere, ea quæ leniunt: Sic & patres filios ſuos uidentes incompoſitis moribus, prius uerberibus corripiunt, deinde admonent & ſolantur: Ita & concionator poſt increpationem conſoletur auditores. Medici. Cataplaſmata. Patres.

Sic meſſores falces acuunt, aream parant, boues nutriunt, &c. Sic ferè omnes artifices prius apparatum faciunt eorum, quæ rei gerendæ tempus exquirit, ut facilè conficiant peragenda: Sic & concionator. Artificum apparatus Concionator.

HOMELIA XII.

Sicut ad ſolis radios infirmi oculi non audent aſpicere: Ita uirtutem malitia contueri non audebit unquam, ſed dorſo obiecto diſcedet, uictamq́; ſe fatebitur. Infirmi oculi. Virtus. Malitia.

Sicut

Thimiamata. Sicut thimiamata quantò magis digitis atteruntur, tantò maiorem natura ſua fragrantiam reddunt: Ita in diuinis ſcripturis uſuuenit: quantò quis illis eſt familiarior, tantò magis uidere poteſt latentem in eis theſaurum, pluresq́ue percipere indicibilium eius diuitiarum fructus.

Latens ſcripturarum theſaurus.

HOMELIA XIII.

Medicus. Eccleſiaſtes ſiue cõcionator. Nemo prudens arguerit medicum, qui ſuum egit officium: Ita concionator medicamentum ex ſpirituali doctrina confectum imponit: auditorum poſthac erit curam adhibere, ut emendentur.

Pueri ſcholaſtici. Scholæ ſpirituales. Vt ſi quis puerum ſuum quotidie in ludum ire uidens, & nihil lucri facientem, multo tempore impatienter ferret: Ita & concionator, auditores ſpirituales habens filios in ſchola Dei, quæ conueniunt, ſi non profecerint: Si autem magiſter pueri egiſſet quod ſui eſt officij, ignauia autem pueri eſſet cauſa omniũ; nonne omnem culpã in puerum transferres?

Pretioſi lapides & gemmæ. Si ij qui pretioſos lapides & gemmas quærunt, in mari moleſtiam & laborem ferentes, quò deſideratis potiantur: Multò magis noſtrum fuerit animũ intendere, ut qui in profundo latent, lapides pretioſos comprehendamus.

HOMELIA XIIII.

Eſuries. Amor diuinorum eloquiorum. Sicut eſurire, ſignum eſt bonæ ualetudinis: Ita amare diuina eloquia, ſpiritualis ſanitatis indicium fuerit maximum.

HOMELIA XVI.

Flagriones & ingrati famuli. Sicut flagriones, & ingrati quidem famuli, cum nõ poſſunt à domino ſuo occultari, huc et illuc in angulos domus currere ſolent, metu illorum conſcientias concutiente: Ita & hi nullum inuenientes effugium in ipſa domo, paradiſo inquam uerſantur.

HOMELIA XX.

Si in ſcriptis ſecularibus, quæ ab hominibus conficiuntur de rebus caducis, ſæpè tempore corrumpuntur, tempore aſſignato, uel unam procemij ſyllabam deeſſe, multum momenti fuerit: Quantò magis id in diuinis ſcripturis à ſpiritu ſancto compoſitis inuenitur? Nō enim eſt apiculus uel ſyllaba, in quo non ſit theſaurus, modo intenta mente omnia conſuleremus.

In unoquolibet apiculo ſyllabaq; ſcripturæ ſacræ angulanis ineſt theſaurus.

Sicut qui ſenſibiles theſauros effodere conantur, non in ſuperficie ſolum fodiunt, ſed in profundum deſcendunt, penitiores terræ ſinus ſcrutantur, tametſi ſæpe poſt labores & ſudores uix paucas portiunculas afferunt. Non ſic in ſpiritualibus, ſed labor hic minor, & magna ubertas. Ita & nos ad ima ſcripturarum deſcendentes, uim in breuiculis uerbis latentem inueſtigemus.

Theſaurorum effoſſores.

In paucis uerbis latet uis ſcripturarum.

HOMELIA XXII.

Sicut gubernator aliquis mentem clauum magna uigilantia arrripiens, nauem ſuam ab irruentibus malitiæ procellis ſubmergi non eſt paſſus: Ita hic ſanctus N. uirtutis gubernaculum direxit.

Gubernator.

Sicuti is qui ſuper excelſam petram ſtat, fluctus ridet, quos uidet ad fluctus magno impetu rumpere, & protinus in ſpumam ſolui: Ita & ſanctus hic N. uirtuti uacuus, in ſecuro conſtitutus loco, nihil inſuaue fert à rebus turbulentis, ſed tranquillus animo, & quietus ſedet.

Excelſa petra.

Sancti N. encomion.

Quemadmodum marini fluctus uidentur nunc quidem in altum extolli, mox autem deprimi: Ita & uidemus qui uirtutem contemnunt, & malitiam operantur, nunc quidem ſublimia ſapere, & ſupercilia ſurrigere, nunc uerò ad profundum inferni deſcendere.

Marini fluctus.

Virtutis cōtemptus.

HOMELIA XXVII.

Sicut qui ſenſibilem curſum magna contentione peragit, nullum currentiū uidet, ſed animo ſuo ad curſum intento facilè omnia tranſit, feſtinans ad deſtinatum ſcopum: Eodem modo hic N. *ſanctus, uirtutis curſu ut currat, feſtinat, & à terra in cœlum redire concupiſcit.*

Fōs largis fluens riuis — *Quemadmodum à fonte fluenti riuis, etiamſi omnes hauriant, non ſolum non eminuuntur fluenta, ſed quantò plures hauſerunt, tantò magis natura aquarum ſcaturit:* Ita in N. *fieri uidemus.* Multi de N. *dixere, adhuc ſcaturigo* bonorum *operum eius eſt abundantior.*

HOMELIA XXIX.

Ieiunium preceſq;. Pura peccatorū confeſsio. — *Quemadmodū naucleri, athletæ et curſores, ubi ad finem ueniunt, magis enituntur & uigilant:* Eodem modo & nos *facere oportet, quia in magnam hanc hebdomadā peruenimus Dei gratia, nunc maximè & ieiunij curſus intendendus, ac magis continuandæ ſunt preces, faciendaq́; eſt diligentius pura peccatorum confeſsio.*

Incurabilia uulnera — *Quemadmodū incurabilia uulnera, neq; auſteris medicamentis cedunt: Ita anima ſemel captiua, ſi ſe peccato cuipiam fecerit obnoxiā, conſiderare non uult quæ ſibi utilia, etiam ſi innumera quis eius inculcet auribus, nihil proficiet, ſed quaſi mortuæ aures ſunt: non quia non poteſt, ſed quia non uult.* — *Anima captiua.*

HOMELIA XXX.

Agricola. — *Quemadmodū ſi agricola craſſum & pinguem agrū inueniat, nihil ſui officij intermittit, ſulcos ſecat, aratrū ducit, ſentes excindit, largiter ſeminat, ſpe paſcitur, quotidie agri fertilitatē conſiderans, ſementis geminæ ſegetem et meſſem expectat: Ita & ſimiliter concionatores, cum uiderint alacritatem* — *Concionatores.*

audi-

auditorum increſcere, deſiderium uigere, et ipſi quoq; maiori ſtudio, & promptitudine, quantum uires ſuppetunt, in ædificationem auditorum, & gloriam Dei aliquid adferre debēt.

Aegrotos ferūt medici, calcibus ferientes, inceſſentes cōtumelijs & conuitijs, nec offendūtur, quia nihil aliud q̃ ſalutem hominis ægroti quærētes, licet facientis indecora, (quoniam ſæpe lacerant medicorum ueſtes) nec ideo à cura deſiſtunt: Sic cōcionator licet mala perpetiatur ab auditoribus etc. Aegroti. Medici. Cōcionator.

HOMELIA XXXI.

Eſt Eccleſia Dei mercatus quidam ſpiritualis, medicorūq; officina animabus: & par eſt, ut ſicut qui ad nundinas ueniunt, inde multis mercibus conquæſitis, redeamus: uel quaſi è medici domo, receptis, quæ animabus noſtris congruent, medicamentis, exeamus. Eccleſia Dei. Medicorū officina. Nundinæ.

Sicut abſurdiſſimū eſt, ſi de puellis noſtris, quotidie à ſcholis redeuntibus, petentes, quid amplius diſcendo profecerint (non enim ſineremus eos fortuitò, & abſq; utilitate in ludum ire, niſi fructum inde conſequuturos eos uideremus) Quid nos, qui iuſtam ætatem habemus, in ſcholis ſpiritualibus ſumus, niſi nihil lucri ceperimus animarum? Puelli ſcholaſtici. Scholæ ſpirituales.

Sicut medicus, infirmum uidens ſuis mandatis non obtemperātem, ſed uacantem ijs quæ morbū faciunt incrudeſcere, ſæpenumero infirmum relinquit in ſua ægritudine: Ita & N. Medicus. Medicus fidelis.

Quemadmodum pictores modo hos, modo illos colores, abraſis prioribus imponunt, facturi formoſam imaginem: Sic & concionator, nunc de cœlo, gehenna, &c. Pictores. Concionatores.

Sicuti medici, qui non uno curationis modo utuntur, ſed cum uiderint primis remedijs non eſſe depreſſum morbum, alia, atque alia rurſus excogitant: Ita multis medendi

generibus utatur animarum medicus.

HOMELIA XXXVIII.

Ancilla petulans. *Quemadmodum aliquis ancillam habens petulantem uir prudẽs & lenis, mandata illi dat, ne unquàm extra ueſtibula prodeat, neq; cum prætereuntibus conueniat: Ita & miſericors Deus circunciſionis ſignum carni Iudæorum indidit, quaſi pedibus uinculum quoddam, ut domeſticum habentes ſignum, non ultrà doctrina aliorum opus habeant.* *Circũciſionis ſignum.*

Signum uice pignoris *Et ſicut in humanis negocijs fieri ſolet, quando non habemus aliquibus fidem, ab ipſis ſignum loco pignoris accipimus: ubi perfectum eſt negocium, tollit iterum ſignum: Ita dominus noſter ſciens mentium inconſtantiam, quando ad ueritatis lucem uentum eſt, tollit ſignum circunciſionis.*

HOMELIA XL.

Morbi ingraueſcentes. *Medicus fidelis.* *Sicuti moris eſt medicorum, quamuis uident morbos eſſe grauiores, quàm ut arte curari poſſint, non omittit tamen officium ſuum: ſed omnem ſuam artem profert, an fortè poſſit ægrum uel longo tempore reparare, ut ſi tamen nil profecerit, maiorem habet excuſationem: Itidem concionator nil prætermittit quod ſui officij eſt, &c.*

HOMELIA XLII.

Floridum pratum. *Iuſtorum uirtutes.* *Quemadmodũ floridum quoddam pratũ uarios & omnigenos flores oſtentat: Ita diuina ſcriptura iuſtorũ uirtutes nobis demonſtrat, nõ ut ſicut in illorũ florum flagrantia tẽpore paruo fruamur, ſed ut perpetuã inde utilitatẽ recipiamus. Illic manu tantũ accipimus flores, et protinus marceſcentes ſuã gratiam amittunt: Hic autem non ſic: ſed quando auribus iuſtorũ uirtutes accipimus, & eas in ſinus mẽtis reponimus, per omne tẽpus, ſi uoluerimus, eorum ſuaueolẽtia frui potuimus.*

Vt in humanis rebus, quando rerũ diademate coronatus literas mittit, tũc is qui adfert eas, per ſe nullius momẽti eſt, ſed humilis quidam, ſed ad illum non ſpectant, qui literas ſuſceptu ri ſunt: ſed propter regis literas, magna reuerentia & ſilẽtio eas ſuſcipiunt: Sic etiam auditores non ad dicentem reſpiciunt, neq; ad tenuitatem eius, ſed quia quæ dicit, à Deo affert, ea collecto animo & attento accipiunt. Legatus ſuſtinet perſonam legãtis. Attẽtiſsime audiendum uerbũ Dei.

HOMELIA XLIIII.

Sicut quum magna ſumptuoſaq; fercula apponũtur, conuiuarum ſatietas facit, ut aliquid ſplendori decedat appoſitorum, & magna nonnunquam nullius uideantur momenti, cò quòd conuiuæ abſq; edendi auiditate aduenerunt. Conuiuarũ ſacietas. Edendi auiditas.

Qui ſuſceperunt famelicos & eſurientes, licet tamẽ proponant menſam ſplendidam, tamen apparebit conuiuis propter appoſita auidè comedentibus: Sic concionator N. Famelici et eſurientes.

HOMELIA LIIII.

Iudæi legi ſtudentes, quaſi candelæ aſsiſtentes, obſeruabãt quæ legis ſunt: Sic & nos maiores his ueniėnte ſole iuſtitiæ, relicta umbra, ad ueritatem Euangelij manuducamur. Iudæi legi addicti. Vmbra. Veritas.

HOMELIA LXI.

Sicut oriente ſole tenebræ diſcutiuntur: Ita uirtute apparente, omnis è medio tollitur malitia. Virtus. Malitia.

HOMELIA LXII.

Quemadmodum ſi quis margaritam in luto conculcet, eius amplius demonſtrat pulchritudinem: Sic uirtus ſanctorum, quocunque eam proieceris, declarat ſuam uirtutem, in ſeruitute, in carcere, in proſperitate. Virtus ſanctorum.

HOMELIA LXIII.

Sicut ebrius quando multum uini ingurgitat, nullum ſen Ebrietas.

Vinum. tit à uino damnum, poſteà autem ſentit quantum ſit damnum: Peccatum. Ita & peccatum, donec conſummatur, obtenebrat mentem, & quaſi denſa nubes, ita mentem corrumpit. Deinde conſcientia inſurgit, & quouis accuſatore mentem grauius arrodit, monſtran. abſurditatem facti.

HOMELIA LXXIII.

Doctoris eccleſiaſtici officium. Sicut homo ubicunque fuerit, cæteris animantibus præſtat: Ita doctorem decet ſiue loquatur, ſiue ſileat, ſiue ubicunq; locorũ fuerit, omnibus alijs hominibus excellere, adeò ut aſpectu, inceſſu, habitu, & alijs, cæteris præſtantior uideatur.

EIVSDEM ITEM ALIA.

Theatrum. Præclarum nobis theatrum obtigit, id eſt, magnificus cõcurſus. Video enim agrum pinguem decliuem, qui ſtatim ariſtã exhibet, non ſterilem terram, nõ petroſam, non ſpinoſam, Frequens auditoriũ. ſed puram. Quia differtum nobis theatrum, mare poſitis undis tranquillum, & ſedata tempeſtate quietum, & placidum, age iam nauem detrahamus, ueli loco expandentes linguam, pro zephyro, ſpiritus gratiam inuocantes, pro temone clauoq;, cruce gubernatrice utentes.

Quemadmodum ſapientes medici putrefacta membra ſecturi, non id agunt in angulo, ſed apertè: ut omnibus commendent curam ſalutis: hi etiam ſecant celeriter, ſectionis cruciatus ſenſum fallentes: Itidem concionator non protra- Concionator. hat rem culpabilem multis uerbis.

Purpura. Vt qui purpuram tingunt, prius alijs coloribus præparant tincturam, ne flos dilutus & euanidus fiat: Eodem mo- Concionator. do prædicator præparat uas cordis mundum, ut dignum fiat hoc Eccleſia.

Sicut

Sicut corpus per neruos ſibiipſi cohæret, & compaginatum currit, & ſtat, firmum eſt, uiuit. Si autem quis neruos amputet, omnem harmoniam corporis ſoluit: Ita animæ perſtantes in orando, firmæ ſunt, curſum pietatis facile currunt. Si autem auferãtur eis precationes, perinde eſt, ac ſi piſcem ex aqua traxeris: ut illi uita, aqua: Ita animæ preces. Harmonia corporis. Piſcis ex aqua.

Templa CHRISTI *homines ſunt. Vt auro, argento, gemmis, domus regiæ extruuntur: Ita oratione tẽpla* CHRISTI, *ut inhabitet in cordibus ueſtris.* Orationũ cõmoditates.

Vt athleta à paleſtra ad coronam currit: Ita bonus ad orationem. Vt reginam ingredientem orbem, omnes diuitiæ comitantur: Ita oratio quæ in animam intrat, omnes uirtutes ſibi ſociat. Athleta.

Quod in domo fundamentum, hoc in anima oratio.

Hoc orationes ſanctorum hominum ſunt, quod uenatori cuſpis uel gladius. Non tam terribiles lupis gladij, quàm dæmonibus iuſtorum preces.

Vt arbores quæ radicẽ altius miſerint, quamuis ſummum uentorum excipiant impetum, non frangi aut euelli poſſunt: Sic orationes quas animus Deo ſuo reddiderit, perquàm tute affixæ, efferũt ſeſe in excelſum, nulloq́; peruertuntur aggreſſu cogitationum. Arbores.

Sicut hymber in ignem cadens, facilè flammas deprimit: Ita concupiſcentias facilè uaneſcere facit ſermo Dei in animam admiſſus. Hymber. Sermo Dei

Infirmitates corporum medicorum artes ſanant: Animam autem ægrotantem eloquia Dei. Eloqa Dei.

In alijs certaminibus laureas referunt qui uictores redeunt: At in diſputationibus diuinis ſolis debetur corona, qui ſe Victores. Diſputationes diuinæ

rei magnitudine uictos ingenuè fatentur.

Lanæ. Vt lanas, quæ ſubinde in tincturas immerguntur, crebra tinctio profundius operationẽ recipere facit: Ita opus eſt, ut animæ noſtræ continuò in diuinos ſermones intingantur, ut abluamur quidem à ueteri opprobrio, induamur autem nouam pulchritudinem. Lanæ cum intinguntur, nomen naturæ ſuæ amittunt: nõ ultrà uocatur lana, ſed purpura, praſinum, coccinum, uel ſimile aliquid. Si tinctio naturæ nomen transformat, cur Dei natura non hominem?

Animæ in diuinos ſermones tinctæ.

Tinctio. Vt is qui pictura imaginem portauit poſt tinctionem, fulgidam portat & cœleſtem.

Sicut corpus capite, arbor radice, flumen fonte indiget: Ita ſermo procemijs.

Nautæ. Sicut nautæ hanc potiſsimum maris amplectuntur partẽ, ob frequentes refocillationes: Sic ego hanc anni partẽ præcipuè amo. Non q̃ liberati ſumus hyeme, nec quòd æſtate perfruamur afflãte Zephyro: ſed q̃a crebri nos excipiũt ſpiritualis portus feſti ſanctorũ dies. Nõ eñ portus tã idonei ſunt ad refocillandos nautas, q̃ recreãtur fideles ſanctorũ memorijs.

Sanctorum memoria.

Nautæ. Nautas liberant littora ab inundatione aquarũ, multoq́; impetu marinorum fluctuum: Sanctorum autem memoria fideles ad ueſtrorum feſta confluẽtes, à malignis ſpiritibus, im mũdis cogitatibus magna animarũ reddãtur tranquillitatẽ.

Sanctorum memoria.

Nautæ cantantes. Sicuti nautæ nauigantes pelagus, cantant, cantu laborem mulcentes: Sic & nos donec ad illorum portum ueniamus, ſpirituales quoſdam inter nos conferamus ſermones.

Spirituales ſermones.

Mare portu carens. Nautæ eã maris partem amant, quæ frequentibus inſulis, et portubus diuiſa eſt. Mare portu carens, licet placidum, nauigantibus timorem incutit. Vbi autem portus littora obuiã

fuerint,

fuerint,ſecuri nauigant, licet mare tempeſtatibus ſæuiat,fa cile ab ijs liberari poſſunt,non longè abſente refugio.

Qui ægrũ uult reſtituere,nõ agit ira & uerberibus,ſed magis aptat pharmaca,magisq́; curat blanda exhortatiõe.

Hyrundinum pulli in nidulis ſedentes, parentum ſuorum qui ſibi alimenta adferunt,aduentum expectant:et cum illos uenire conſpexerint, leui ala mouent aërem,cantillantes, & ad illorum aduentum applaudentes: Sic & parentes nidulo appropinquantes cantillant: Similiter & uos in nidulo templi huius ſedentes,meum aduentum expectantes, leui mentis ala uolatis. Nec ego diſsimiliter ſpirituali huic nido appropiaturus, Deum uoce præmiſſa glorifico pro filijs me amantibus. Hyrundines alimenta ſua ab ore in os tradunt: Mens noſtra nõ ſic,ſed ab ore in aurem. Illæ corpus,nos animam: illæ corruptionẽ,nos incorruptionem. Vt apiculæ leuibus pennis arborum & herbarum floribus inſident, latentemq́; in floſculis liquorculum innocua deprædatione auchũt, ut tandem dulciſsimos mellis fauos inde confectos hominibus præſtent: Ita & Eccleſiæ doctores ſuper amœna,uernantiaq́; ſcripturarum uiridaria leui ala mẽtis reſidentes, & in ſitum literæ, ſuccum ſpiritus haurientes,ſoliciti ſunt,ut dulciſsimũ mel fidei auditorum cordibus placide inſtillent. Age & nos apiculæ mores imitemur ſpiritu ſolis iuſtitiæ radijs feruido in florulentum pſalmodiæ pratum prouolantes. Pulli hyrũdinum. Spiritualis nidus templum Dei. Apes. Eccleſiæ doctores.

Sicut fulgidam illam lucem,& fulguroſum iubar ſæpenumero ſuperuenientes tenebræ obtegunt: Ita intellectum noſtrum quaſi in meridie fulgentem,& perſpicuum,inconſiderantia obrepens tenebroſum reddit. Iubar. Inconſiderantia.

Sicut membrum apud ſeipſum cibos reſeruans uicino nõ

communicans, ſcipſum offendit, & reliquum corpus corrumpit.

Quemadmodum ſol lucem præbet corpori: Sic animæ lumen eſt precatio.

Cæcus. *Sicut cæco damnoſum eſt non intueri ſolem: Sic eſt et multo grauius dãnum Chriſtiano homini nõ aßidue deprecari.* Aßidue deprecandũ.

Nõ ſecus ac nauẽ, & domũ ea quæ ſubſtrata ſunt ualidam reddunt, ac ne ſoluantur continent: Ita noſtram uitam orandi ſtudium continet, & undiq; firmam reddit, adeo ut abſq; hoc nihil boni contingat ad ſalutem conducens. Nauis. Domus. Orandi ſtudium.

Arbores. *Sicut arbores nõ ualent fructus producere, niſi bibant humorem radicibus: Sic nec nos pietatis fructibus poterimus eſſe grauidi, niſi precibus irrigemur.*

Prædones. *Quemadmodum prædones, & facinoroſi conſpicientes gladium militis in caput ſuum uibrari, reſiliunt: Sic maligni ſpiritus conſpicientes communitos deprecatione, ilico reſiliunt.* Deprecationũ cõmoda.

Aßiſtens regi. *Vt quum aßiſtens terreno regi, omnibus modis molitur, ut plurimam erga illum reuerẽtiam exhibeat, non ſolum ſpecie capitis, ſed totius corporis cõpoſitione, quo per hoc maiorem erga eum illius beneuolẽtiam conciliet: Sic nos in oratione undiquaq; compoſiti, præſertim intus.* Intus compoſiti in oratione.

Si hic qui, loquitur cum terreno rege, de his tantũ mentionem facit, quæ uoluerit libenter audire dominus, multò magis coram omnium domino de ſalute animæ poſtulandũ, &c.

Timiama. *Sicut timiama bene confectum delectat hominem odorãtem: Ita oratio iuſti ſuauis ante dominum.* Oratio iuſti ſuauis.

Quod uenatori cuſpis uel gladius, hoc preces homini afflicto: nõ tam lupis terribiles gladij, quàm dæmonibus preces

iuſtorum

iuſtorum. Hominū quos ualde exulcerauimus, iræ quieſcunt, ſi diluculo, meridie, ueſperi, apud eos comparemus, & cum eis humili & continua conſuetudine conuerſemur: magis mul tò apud Deum ſi frequens fueris in oratione, licet indignus, dignus tamen eris diutina familiaritate.

Sicut qui uiſibili, corruptibili, temporali regi aßiſtunt, tanquam ſint immobiles, territi, non oculos huc illucq; mitten tes, ſed demißi: Sic aßiſtere regi cœlorum oportet.

Vt in uilißima concha precioſum latet margaritum: Sub friuola ſiliqua nobile tegitur granum: Sub arida minutaq; tunicula, tam miranda ſeminis uis latet: Ita in uerbis (ut apparet) ſyllabæ, in ſyllabis & literarum apices, ingentia diuinæ ſapientiæ myſteria condita ſunt. In his inuolucris tegere uoluit Deus ſapientiam. Concha. Margaritū Scripturæ diuinæ myſteria inuolucraq;

Vt gratius eſt pomum quod tuis manibus ex ipſa decerpſeris arbore: Vt dulcior aqua, quā ex ipſa uena ſubſcatentē hauſeris: Vt iucūdius uinū quod ex eo deprompſeris dolio, in quo primū fuerat cōditum: Ita diuinæ literæ, neſcio quid habent natiuæ fragrantiæ, neſcio quid ſpirant ſuum ac genuinum, ſi eo ſermone legantur quo ſcripſerunt ij, qui partim è ſacro hauſerunt ore, partim eiuſdem afflati ſpiritu nobis tradiderunt. Scripturæ lectæ quo ſunt prodi- tæ ſermone mirifice delectatur.

Sicut oculis captus ab omnibus offendi poteſt facile: Ita ſuperbus quoq; dominum neſciens, etiam ab hominibus facile capi poteſt, utpote lumine orbatus. Cæcus. Superbus.

Medici languentes inuiſentes, morborum origines inueſtigant ante morbos, ut à ſummo curare incipiant. Medici.

CHRYSOST. in Matthæum, in cap. I. Homel. prima.

Sicut egredietibus Iſrahelitis de Aegypto, exterminata eſt

Aegyptus: Sic & ſancti quum de iſto mundo defecerint, caſurus eſt iſte mundus.

Vnguentũ. Sicut unguentum & in hyeme floridum eſt, & boni odoris, & homines ſuo odore delectat, atq; impinguat, quum ex eo uncti fuerint: Sic & iuſtus & in hyeme tẽtationis immarceſsibilis eſt, & manet fidelis. Iuſtus.

Mare. Sicut mare ſi littora ſua ſupergreſſum fuerit: Ita & homo ſi tranſgreſſus fuerit licentiam maritalem. Maritalis licentia.

Medicus. Saluator. Si medicus, qui nullam poteſtatem habet ſalutis humanæ, propter ſolam confectionem herbarum, non erubeſcit medici nomen ſibi imponere: quantò dignius iſte uocatus eſt ſaluator, per quem totus mundus ſaluatus eſt?

HOMELIA ſecunda in caput ſecundum.

Cacumẽ arborum. Sicut cacumen arborũ in excelſo poſitarum, etiamſi leuis aura flauerit, mouetur: Sic et ſublimes homines in culmine dignitate exiſtentes, etiã leuis nuntij fama conturbat. Humiles autem ſicut in cõualle plerunq; in tranquillitate conſiſtunt. Sublimes. Humiles.

Venti. Quemadmodum certantibus uentis mare concutitur: Sic regibus aduerſantibus ſibi populus regni uexatur.

Oleum. Zelus Herodis. Quemadmodum ſi quis infundat oleum ſuper ignem ardentem, magis creſcit incendium: Sic ardentem zelum Herodis, deluſionis opprobrium amplius excitauit.

Suſpicax rex. Zelotypia. Rex quicquid aduerſus regnũ ſuũ putauerit, totũ uerum æſtimat. Animus eius ſemper ſuſpectus eſt, regni zelo repletus. Dũ omnia timet, omnia ſuſpicatur, facilè credit, q̃cquid fuerit ſuſpicatus. Sicut uir ſi zelet uxorẽ, aut uxor uirũ, omnem auditionẽ turpẽ credit de illo, etſi non ſit auditio digna, & idonea, ut credatur, tamẽ fidẽ auditionis zelus cõmendat.

HOMILIA tertia in caput tertium.

Sol exoriẽs. Sol appropinquans ad proceſſum, antequàm appareat

mittit

mittit radios ſuos, & facit albeſcere orientem, ut procedens aurora diei aduentum demonſtret: Sic dominus natus in mũdo, antequàm appareat, ſpiritus ſui fulgore tranſmiſſo illuminauit Ioannem, ut præcedens ille, aduentum Saluatoris annũtiet, ne fortè ſubito ueniens, & dicens ſe eſſe filium Dei, propter ipſam magnam atq; terribilem indicationem rei ipſius magis ſe incredibiliorem oſtenderet. Spiritus fulgor.

Solent reges nato ſibi filio indulgentiam in regno ſuo donare, ſed antè tranſmittunt acerbiſsimos exactores, qui omne quod inuenerint, exigant, ita ut indulgentia ipſa crudelior eſſe uideatur quàm ipſa exactio, ut nihil indulgentiæ habeat præter nomen, ut lugentes illam homines, & nudi ſuſcipiant. Deus autem & nato ſibi filio, uolens donare in ſeculo indulgentiam peccatorum, præmiſit quaſi exactorem Ioãnem exigentem, & dicentem: Facite fructus dignos pœnitentiæ. Indulgẽtia Cõdonatio peccatorũ.

Quemadmodum magnũ iudicẽ, aut regẽ aliquẽ in expeditione uenturã, præparatores præcedunt, ſordida abluunt, diruta componunt, ne forte indecorum aliquid uidens rex delicatus abhorrreat: Sic & domino noſtro ad peregrina loca huius ſeculi uenturi: præceſsit Ioannes, qui ab humanis cordibus pœnitentiæ ſcopis peccatorum ſordes eijceret. Rex delicatus. Ioannes Baptiſta.

Sicut omne artificium corporea uiſitatione ſeruatur, & additur: Sic & gratia omnis per exercitationem additur; & per deſidiam minoratur. Artificium Gratia.

Quemadmodum ſi uideris albam ueſtem, dicis, ſatis candida ueſtis eſt: ſi uerò poſueris eam iuxta niuem, incipit tibi ſordida apparere, & ſi uere ſordida non eſt, tamẽ quoniã ad ſimilitudinem niuis ſordida inuenitur: Sic quantum ad comparationem Ioannis omnis homo uidebatur immundus. Alba ueſtis Nix.

Sicut

Sicut artifex medicus, ſi uiderit ægrotãtis colorem, intelligit ſpeciẽ paſſionis ipſius: Sic & Ioãnes mox ut uidit phariſæos uenientes ad ſe, intellexit cogitationes eorum prauas.

Ioannes Baptiſta experiens medicus. Pone Ioannem medicum eſſe, uerbum autem ipſius quaſi ferrum medicinale, quo repletæ peccatis cõſcientiæ præcidũtur, confeſſionẽ puta eſſe impuritatis & ſpurcitiæ, quæ intus erat incluſa, baptiſmũ eſſe lotionem ſordiũ egreſſarum: numquid facta digeſtione impuritatis iã ſtatim ſanus factus eſt?

Lapis. Gentes. Lapis quidem durus eſt ad opus, ſed quum factum fuerit opus ex eo, deficere neſcit: Sic & gentes cum difficultate quidẽ crediderunt, tamẽ credentes permanent in æternũ in fine.

Focus. Tẽtationis ignes. Quẽadmodum ſi focũ poſueris ſuper terrã, cõburit ipſas radices herbarum, & ut in loco illo iam non facile naſcatur herba: Sic & tentationis ignis poſitus ſuper carnem, comburit radices concupiſcentiarum in ea, ut non facile cõcupiſcat.

Apoſtoli cæteriq; doctores meſſores ſunt. Sicut paterfamiliãs mittens meſſores, metit feſtucas de agro, & comportat eas in aream, ut illic trituret & uentilet, & diſcernat triticum à paleis: Sic & dominus mittens Apoſtolos, cæterosq; doctores, quaſi meſſores præcidit omnes gẽtes de mundo, & in aream Eccleſiæ congregat.

Granum tritici. Difficile egrediuntur uoluptuarij Sicut granum tritici incluſum in palea, foras non egreditur, niſi fuerit trituratum: Sic & homo de impedimentis mũdialibus, & de rebus carnalibus quaſi in palea inuolutus, difficile egreditur, niſi fuerit aliqua tribulatione uexatus.

Granum plenum & inane. Carnales. Sicut plenum granum mox ut leuiter percuſſum fuerit, de palea ſua exilit foras: ſi autem ſubtile fuerit, tardius egreditur, ſi uacuum, egreditur nunquam: ſed illic conteritur paleaſua, & ita cum paleis foras iactatur: Sic omnes homines in rebus carnalibus delectantur, ſicut grana in palea.

Sed qui fidelis eſt, & boni cordis habet medelam, mox ut leuiter tribulatus fuerit, negligens quæ ſunt carnalia, currit ad Deum. Si autem modice infidelior fuerit, cum grandi tribulatione uix recedit, & uadit ad Deum. Qui autem infidelis eſt, & uacuus, quantumuis contritus fuerit, ſicut granũ uacuũ de palea non egreditur: Sic nec ille de carnalibus rebus & impedimentis mundialibus unquam egreditur, nec tranſit ad Deum: ſed illic in malis conſtitutus conteritur, ut cum infidelibus quaſi cum paleis foras proijciatur.

Fidelis.

Infidelis.

Sicut triticũ primum quidem trituratur, & quum trituratũ fuerit, in uno loco iacet cum paleis confuſum, poſteà autẽ uẽtilatur, ut quæ fuerant iam diſiuncta corporibus, ſeparentur & locis: Sic & populus in Eccleſia aut motibus cõteritur carnaliũ, animam ſemper urgentiũ, aut caſtigationibus corporalibus quaſi uirgis quibuſdã, aut conculcationibus iniquorũ & ſuperborũ, quaſi calcibus irrationabiliũ iumentorũ, ut diſiũgãtur fideles ab infidelib. per diuerſas cõtritionũ ſpecies

Triticum.

Motus.

Caſtigationes.

Nunquid tu potes, quum ſit meſſis tua in agro, triticum à paleis ſeparare? Et ſi tentaueris, nec paleas à tritico ſeparas, & triticũ ſimiliter cum paleis perdis: Sic non poterat fieri, ut Deus de Iudæis, aut Gentibus iam electos ſine tentatione diſcerneret, & uocaret.

Iudæi.

Gentes.

Si palma poſita nõ ſit in ſtadio, athletã nolentem luctari, culpare nõ potes quaſi infirmum: Incertũ enim eſt, utrũ ideo luctari nõ uelit, quia infirmus eſt, aut quia nõ uidet propoſitã palmã. Quòd ſi palmam uiderit, & luctari noluerit, tunc eſt manifeſtum, quia propter deſidiam ſuã noluerit luctari: Sic & Gẽtilis qui reſurrectionis præmia neſcit, nec futurum eſſe iudiciũ credit, nõ poteſt cognoſci, utrũ ideò nõ faciat iuſtitiã,

Palma.

Athleta.

Gentilis factus Chriſtianus.

quia

Sicut dux contra tyrannum deputatus ad bellum, mox ut ſignum expeditionis & profectionis acceperit, feſtinat exire, ſciens, quia tarditas eſt perditio prouinciæ. Nam tyrannus ſciens aduerſus ſe principem deputatum, et ſi leuius acturus fuerat, crudelius agit: Sic & CHRISTVS, ex quo baptiſmatis ſignum accepit, feſtinabat accipere ſpiritum ſanctum, quaſi arma cœleſtia, & exire: ſciens quia tarditas eius interitus erat mūdi. Nā diabolus audito, quod filius Dei aſcēderat in hunc mundū, aduerſus ipſum uehementer feſtinabat omnium hominum corda in peccatis, & infidelitate concludere, putans ſe tantum poſſe perdere, quantum non poſſet CHRISTVS ſaluare. Baptiſma Chriſti. Spiritus ſanctus. Diabolus.

Si quærat homo ab imperatore aliquod beneficiū dignitatis, & ipſe non habet tantummodo fiduciā petendi, neq; amicitiā impetrandi, uadit ad fratrē imperatoris, aut ad amicum chariſſimū, ut intercedat ad illum. Sic dicit illi imperator, Ecce ego hoc beneficium non illi do, ſed tibi, hoc eſt, propter te illi do. Nam non illi donatur, cui datur; ſed illi propter quem datur: Sic & hic dicit, Et aperti ſunt, id eſt, propter CHRISTVM nobis cœli ſunt aperti. Beneficium ambiens. Cœli aperti.

Sicut in cœlo celatur Deus, ſic in ſcripturis abſconditur. Et ſicut hoc cœlum corporale omnes homines uident, non autem aſpiciunt Deum inhabitantem in eo: Sic & ſcripturas diuinas omnes quidem homines legunt, non tamen omnes intelligūt Deum ueritatis poſitum in ſcripturis, niſi qui fuerit ſic baptizatus, ut accipiat ſpiritum ſanctum. Non cuiuis cōtingit intellectus ſcripturæ ſacræ.

HOMILIA V. in caput IIII.

Quemadmodum ſi magiſter militum uideat dominantem tyrannum, & det conſilium regi, dicens: Exi obuiam illi,

quia tota perit prouincia: nam fortior eſt tua fama, quàm mea uirtus Et ecce rex à magiſtro militum ducitur, et tamē non eſt minor eo qui ducit. Ita Ieſus ductus eſt à ſpiritu in deſertum. &c.

Ieſus ductus à ſpiritu.

Sicut aurum & argētum combuſtum in fornace ſordibus colatur: Sic homo in fornace tentationis miſſus, depoſitis peccatis ſanctificatur.

Fornax tētationis.

Vt athleta ante certamen ungitur, ut luctetur: Sic & homo ſpiritualiter ideo oleo chriſmatis ungitur, ut contra diabolum quaſi ſpiritualis athleta luctetur.

Oleū chriſmatis.

Quēadmodum ſi laterem aqua laues, nunquàm mundetur, ſed potius commoto luto, amplius ſordidetur: Ita fieri non poteſt, ut depoſitis ſordibus emundetur, qui totus eſt ſordidus.

Totus ſordidus.

Sicut difficile aliquem ſuſpicatur malum, qui ipſe eſt bonus: Ita difficile aliquem ſuſpicatur bonum, qui ipſe eſt malus.

Malus. Bonus.

Si nautæ unam ſtellam aſpicientes, non dicam ad unam quanq; prouinciā, uel inſulam, ſed ad unamquanq; ciuitatē; & ad ſingula loca quæ petunt, ſine aliquo errore, aut deuagatione dirigunt curſum: Quanto magis diabolus, qui princeps aēris cōſtitutus, totam terrā non ſolum ſciebat, ſed etiā uidebat, poterat Chriſto ergo ſingula loca digito demōſtrare, et uniuſcuiuſq; regni honores et ſtatum uerbis exponere?

Stellæ aſpectus.

Diabolus coſmographus longe callentiſſimus.

HOMILIA VI. in caput quartum.

Sicut beſtia, quamuis ſit naturaliter ſæua, tamen ſi excitata non fuerit, non ſe facile ſuper hominē iactat: Si autē homine occiſo, uel aliqua beſtia, ſanguinis acceperit guſtum, iā

Beſtia natura ferociēs

ſiui

ſi uiderit hominem, ſine mora aliqua irruit ſuper eum: Sic et Herodes, etſi propoſito erat iniquus, tamen poſtquàm propter correptionem adulterij eſt exaſperatus, opus peßimum auſus eſt facere, & Ioannem recludere in carcerem, ſeipſo iniquior, & audacior quidem fuerat ſemetipſi factus, cum omnibus Iudæis in mortem Ioannis conſentientibus. Herodes. Ioan. Bap.

Sicut qui uiuunt in agnitione Dei & CHRISTI, quamuis agnitio ipſa ſit uita, tamen donec ſunt in ſeculo iſto, non ſunt in uera uita, ſed in umbra uitæ, quoniam per fidem ambulant, & nõ per ſpeciẽ: & per ſpeculum in ænigmate uidẽt, non facie ad faciẽ: Sic qui in erroribus idolorum uiuũt, licet ipſe error ſit mors, tamen nondum ſunt in uera morte, ſed in umbra mortis, donec in iſto ſeculo ſunt. Agnitio dei & chriſti. Error idolorum.

Quemadmodum ſi in uno tempore lux cum lucifero orietur, gratiam luciferi celat: Ita ſi uiuo Ioanne prædicare cœpiſſet CHRISTVS, ſine dubio uilem feciſſet Ioannem, & inuenta fuiſſet prædicatio eius ſuperflua, quantum ad iſtius doctrinam. Lux ſimul unà cum lucifero oriẽs.

HOMILIA VII. in caput quartum.

Sicut artifex ſi uiderit gemmas pretioſas, & non dolatas, eligit illas non quòd ſint, ſed quòd fieri poßint: habens enim ſcientiam artis, bonum incompoſitũ non contemnit: Sic & dominus uidens Apoſtolos, nõ opera eorũ elegit, ſed corda, nec quaſi Apoſtolos elegit eos, ſed quia Apoſtoli poterãt fieri. Gẽmæ pretioſæ. Apoſtoli Piſcator.

Sicut qui retia iactat in aquam, neſcit quos piſces comprehenſurus eſt, ſed quos Deus illi tranſmiſerit, illi intrant in retia: Sic & doctor quando diuini ſermonis retia ſuper populum iactat, neſcit qui ſunt acceſſuri ad Deum, ſed quoſcunque Deus excitauerit, illi adhærent doctrinæ. Doctor euãgelicus.

Piſces. *Sicut piſces fortiores ſemper deuorant infirmiores: Ita diabolus cum delectatione compellit homines in mala opera, ut alterutrum ſe comedant.*

Quomodo inter cœlum & terram aër medius conſtitutus ſeparat creaturam utranq;, ut oſtẽdat quia inter cœleſtia & terrena nulla poteſt eſſe commixtio: Ita nec inter ſpiritualia & carnalia, ulla eſſe coniunctio poteſt. Spiritualia Carnalia.

Corporale ædificium. Charitas. *Sicut in corporali ædificio lapis ad lapidem cemento mediante conſtringitur: Sic in ædificio Eccleſiæ Chriſtianus ad Chriſtianum mediante charitate connectitur.*

HOMILIA VIII. in caput IIII.

Omnis rex pugnaturus cõtra aduerſarium regem, prius cõgregat exercitum, & ſic uadit ad pugnam: Sic & dominus contra diabolum pugnaturus, prius congregauit Apoſtolos: & ſic cœpit per totam Galilæam prædicare. Anteſignani Chriſti, Apoſtoli.

Coactus exercitus. Apoſtoli. *Rex quidem terrenus congregat exercitum, ut illorum laboribus ipſe gloriam conſequatur.* CHRISTVS *uerò cõgregauit Apoſtolos, non ut illorum laboribus ipſe gloriam conſequatur, ſed ut ſuo labore ipſis uictoriam præſtet.*

Paterfamiliâs. Sacerdotũ functio. *Quemadmodũ paterfamiliâs ſtudioſus, ſcit in domo ſua, quid unuſquiſq; neceſſarium habet: Ita & ſacerdos ſingulorũ mores & actus, & conuerſationẽ debet diſcere: ut quale quibuſq; medicamentum neceſſarium fuerit, ſubminiſtret, cui cõſolatio, conſolationem, cui increpatio, increpationem.*

Peccator. *Sicut infirmus, qui ipſe uenit ad medicum, ex parte iam ſanus eſt: Sic & ipſe peccator, qui uenit ad ſacerdotem, & doctrinæ aut pœnitentiæ medicinam quærit, ex parte iam iuſtus eſt.*

Sicut

Sicut gladius carnes præcidit: Sic & ſermo diuinus concupiſcentias carnales. Sermo diuinus.

Sicut medicina languenti corpori: Sic uerbum Dei prodeſt animæ ægrotanti. Verbũ Dei

Sicut nouitius medicus intrans in ciuitatẽ, & uolens oſtẽtationem dare artificij ſui, omnes uenientes ad ſe curat, et nõ tantũ curat de mercede accipienda, quã de opinione ſua commendanda: Quum autẽ manifeſte fuerit fama eius bona, tũc ſecundũ laborem ſuũ incipit exigere & mercedem: Sic & dominus incipiẽs prædicare, non ſecundum iudicium quoſdam, ſed omnes indifferẽter ſanabat. Poſtq̃ uerò omnis Iudæa cognouit, beneficia ſanitatum digno pretio fidei uenundabat. Nouitius medicus oſtentator. Chriſtus ſanat omnes.

HOMILIA X. *in caput V.*

Omnis artifex ſecundum profeßionem ſuã oportunitatẽ operis uidens, gaudet. Carpentarius, ſi uiderit arborẽ bonã, concupiſcit præſcindere eam ad opus artificij ſui: Agricola ſi uiderit terrã pinguem, deſyderat eã arare. Et quid dico de rationabilibus hominibus? ipſe irrationalis equus de ſtabulo exiliẽs, ſi uiderit cãpos patentes, rapit frenũ, & excitatur ad curſum: Sic & dominus uidẽs magnã congregationẽ populi, excitatus eſt ad docendũ: Sic & omnis ſacerdos, ſi uiderit Eccleſiam plenam, gaudet animus eius, & delectatur ut doceat. Artifex. Carpentarius. Agricola. Equus. Fax dicẽdi, auditorum corona.

Sicut zizaniæ nunquam ſunt minus in agro: Sic non ſunt minus irritatores in mundo. Irritatores

Sicut ignis de modica ſcintilla magnum conflat incendium: Ita & ſermo malus de leui occaſione magnam ſuccendit inimicitiam. Sermo malus.

Si miles periculum belli ſuſtinet, dũ ſperat uictoriæ prædam:

Opprobria non timeda. dam. Quantò magis uos opprobria mundi non debetis timere, qui regni cœleſtis præmium expectatis?

HOMILIA X. in caput quintum.

Sicut oculus, quantò mundior fuerit, tantò longius uidet. Sic & anima, quantò longior fuerit à ſolicitudine mundiali, tantò amplius Deo proximior eſt.

Anima Deo proxima.

Sicut de turribus iacula cōtra omnes hoſtes iactantur: Sic de Propheticis libris contra uanas gentilium fabulas, et contra inſanas hæreticorū diſputationes, ſalutaria ueritatis proponuntur exempla.

Prophetici libri.

Sicut in modio ſi uolueris reponere, neceſſe eſt, ut cadat deorſum ad inferiora eius, & tenebroſa: Sic homini carnali, & mundiali, & uacuo, ſi dixeris quod eſt Dei, non illud tenet in ſuperiore parte mentis ſuæ, aut cordis, nec portat illud in ore, ſed confeſtim cadet de mente eius, & condet deorſum in terrena, & tenebroſa, ut nec illi proſit, nec aliis.

Animalis atq; mundanus.

Vir ſapiens uerbū ſuū, quod dixerit, nō relinquit uacuū, et quomodo uerba diuina ſine exitu uacua poterunt remanere?

Verba diuina.

HOMILIA XI. in caput quintum.

Quicquid non eſt lumen, tenebra eſt: Sic et quicquid bonū non eſt, malū eſt.

Aut bonū aut malū.

HOMILIA XII. in V.

Qui facit conſuetudinem frequēter manu ſua percutere, neceſſe eſt, ut aliquando & iniuſtè percutiat: Sic qui facit conſuetudinem iurare in rebus idoneis, frequenter & in rebus ſuperfluis etiam nolens, conſuetudine trahente, periurat.

Aßidue iurans.

Nunquid qui ignem portat, unde conflatur incendiū, alienus eſt ab illo incendio? Aut qui gladium porrigit, unde homicidium committitur, nōnne eſt ſocius homicidij illius? Sic

& qui occaſionem periurij præſtat, collega ſit periurij eius. Occaſio periurij.

Quemadmodum ſi ignem cum igne coniungas, maior flã ma ſuccenditur: Ita iracundia per iracundiam non compeſcitur, ſed amplius irritatur. Iracundia.

Sicut Ioſeph dimiſit pallium in manu meretricis, & fugit cum meliore pallio caſtitatis: Ita & tu proijce pallium in ma nus calumniatoris, & fuge cum meliore uelamento iuſtitiæ, ne forte dum uis uendicare ueſtem corporis, pretioſiſſimum animæ ueſtimentum perdas. Ioſephi caſtitas. Animæ ueſtimentum.

Sic ulmus infructuoſa dat humorem uiti, ut uitis pro ſe, & pro ulmo proferat fructum: Ita tuæ res proficiant ad pau peris ſuſtentationem in hoc ſeculo, ut & illius ſanctitas profi ciat ad tuam ſuſtentationem in illo. Pauperum ſanctimonia.

Sicut qui ab aſpide percutitur, quaſi delectatus uadit in ſo mnũ, & ſic per ſuauitatẽ ſoporis moritur: Sic et q accipit ſub uſuris, pro tẽpore delectatur, quaſi q beneficiũ accipit, & ſic per ſuauitatẽ beneficij nõ ſentit, quomodo captiuus efficitur.

Sicut uenenum aſpidis latenter per omnia membra diſcurrit, & corrumpit: Sic uſura per totas facultates eius diſcurrit, & conuertit eas in debitum. Aſpidis uenenum. Vſura.

Sicut fermentũ modicũ, quod mittitur in multã farinã, totã conſperſionem corrũpit, et trahit illã & facit illam totam fermentum: Sic quum uſura in domum alicuius intrauerit, totam ſubſtantiam eius ad ſe trahit, & conuertit in debitum. Vſura.

HOMILIA XIII. in caput V.

Quãdo quis corporalibus quidẽ motibus excitatur, uolũtas aũt illius nõ inclinatur, ut faciat opus, quod facere inſtigatur ſed ſtabili propoſito cõtinentiæ, et ratiõe iuſtitiæ irrationabiles motus corporis frangit: et ſi corpore concupiſcit, anima Corporalis motus.

Animo concupiſcens. cius non concupiuit. ſi autem conſenſerit explere quod cogitat, tunc uere dicitur animo concupiſcere: Sic & caro inimicum ſuum diligere non poteſt, quemadmodum nec poßibile, ut iniuriam non ſentiat ſibi illatam. Anima aũt inimicum diligere poteſt, quia dilectio, uel odiũ carnis in ſenſu eſt, animæ autem in intellectu.

Anima inimicum diligens.

Filij carnales atq; ſpirituales. Filij carnales ſimulantur carnalibus patribus in facie, aut in loquela, aut in riſu, aut in aliquo corporis ſigno: Filij autem ſpirituales in ſanctitate.

Filij Dei. Filij quidem carnales & ſi ſimiles fuerint patribus, laudẽ nullam merentur: & ſi diſsimiles, nullam uituperationẽ: quia non eſt in poteſtate hominis, qualem accipiat corporis qualitatem. Filij autem Dei, ſiquidem Deo ſimiles fuerint, laudandi ſunt: ſi autem diſsimiles, nimis uituperandi, quia in poteſtate uniuſcuiuſq; eſt menſura faciendæ iuſtitiæ.

HOMILIA XIII. in caput VI.

Sicut in loco mundo & ſpecioſo, ſi modica ſordes fuerit, de longe apparet: ſi autem ipſe locus ſordidus fuerit, quantumuis ſtercoris iaceat ibi, non apparet: nec enim poteſt requiri ſi eſt aliquid ſtercoris, ubi totum eſt ſtercus.

Cãdida & nigra ueſtis. Et quẽadmodum in candida ueſte macula cito apparet, nigra autem ueſtis, et ſi tota ſordidata fuerit, non cito apparet: Sic & cordi mundo ſi ſurreptio inimici ſucceſſerit, mox cor ſuũ rectus homo diſcernit, quia à ſpiritu alieno pulſatur: ſi autem cor fuerit iniquitatibus plenum, ſuggeſtionem diaboli in ſe facile non intelligit.

Cor mundum & impurũ.

Incenſa lãpas. Sicut incenſa lampas abſcondi non poteſt: Sic nec opus iuſtitiæ poteſt celari.

Opus iuſtitiæ. Omnis homo, qui aliquod opus facit, cuius cauſa facit id, quod

quod facit, in corde ſuo illius aſpicit & perſonam. Ecce facis epiſtolam, ut aliquē ſalutes amicum, quamdiu ſcribis, ſemper in corde tuo uides illius perſonam amici, propter quem ſcribis epiſtolam. Item artifex tenens opus in manu, ſemper cū præ oculis ſuis habet, qui ei opus commiſit faciendum, dum cogitat quomodo illud facere mandauit: Sic et qui propter Deum eleemoſynam facit, neminem uidet in corde ſuo, niſi perſonam Dei tantummodo, propter quem facit. Artifex. Reſpectu Dei facienda eſt eleemoſyna..

Sicut ubicunque fuerit triticum, neceſſe eſt ut inueniatur illic & zizania: Sic ubicunque fuerit bonum Dei, illic erit & ſcandalum inimici. Bonū Dei.

Quemadmodum mercenarius malus, qui intra tempus locationis ſuæ comedit omnes mercedes, quum autem tempore cōpleto receſſerit, nudus egreditur: Sic & homo, qui propter homines facit bonum, uacuus uadit ad Deum. Ambitioſus.

Sicut thymiama bene confectum, delectat hominem odorantem: Sic oratio iuſti ſuauis eſt ante Deum. Oratio iuſti.

HOMILIA XIIII. in caput VI.

Sicut nec terra ſine ſemine, nec ſemen ſine terra fructificat: Sic nec homo ſine Deo, nec Deus ſine homine iuſtitiam operatur in homine. Terra. Semen. Homo. Deus.

HOMILIA XV. in caput VI.

Sicut oleum accendit lumen lucernæ: Ita & bona opera excitant fidem cordis, & dant confidentiam animæ. Oleum lucernæ.

Sicut nec miles ſine armis eſt aliquid, nec arma ſine milite: Sic nec oratio ſine ieiunio, nec ieiunium ſine oratione. Miles.

Quemadmodum ſi quis homo in os ſuum aliquid dulce dimittat cum amaro permixtum, dulcedo illa non dat ſuum ſaporem: Dulce amaro dilutum

porem: Ita qui mala non dimittit, & bona ſuſcipit, bonorum ſuorum gratiam perdit.

Pulchra facies. Sicut in conſpectu hominum gratioſa facta eſt facies pulchra: ſic in oculis Dei ſpecioſa eſt conſcientia munda.

Graues oculos habens. Inſipientiſſime ſapiens, & ſapientiſſime inſipiens. Sicut qui graues oculos habet, ſi ponas eum in aliquo obſcuro, tenebroſoq; loco, melius uidet: ſi autem ponas eum in ſole, nihil uidet, quia oculus eius non ſuffert ſolis candorem: Sic homo mundialis, qui oculum, id eſt, mentem terrenis deſiderijs ſordidam habet, & turbulentam, ſi ponas eum in rebus mundialibus, ſapit & aſtutus eſt: ſi autem trahas eum ad res ſpirituales, tenebreſcit, ac nihil ſapit, quiã mens illius deſiderijs corrupta terrenis, iuſtitiæ bonum non ſentit.

HOMILIA XVII. in caput VII.

Mẽſura ſuperflua, cõmota, bona & iuſta. Sicut maior eſt ſuperflua menſura, q̃ commota, & cõmota maior eſt, q̃ bona & iuſta: Sic perfectior eſt ille, qui nec iudicat, q̃ ille qui iudicat & non condemnat: & ille qui iudicat, & non condemnat, melior eſt illo, qui condemnat & dimittit.

Medice cura teipſum. Si medico opprobrium eſt, qui nec alterius habet ſanitatem in manu, nec ſuam: ſi uelit alios curare, & ipſe debilis ſit, quaſi teſtimonium imperitiæ ſuæ portat in corpore ſuo propriam paſſionem: Quomodo doctori ſit opprobriũ, alios uel le eruere à peccato, & ipſum in maioribus eſſe peccatis, dum poſſit amplius ſeipſum eruere à peccatis, quàm alios?

Turpe eſt doctori &c.

Canibus ſanctũ dãs & porcis margaritas. Sicut ſi canibus dederis ſanctum, aut porcis margaritas, nec ſanctũ canes ſanctificat, nec margaritæ nutriunt porcos: ſed econtrà canes coinquinant ſanctum, & porci margaritas ſordidant, uel confringunt: Sic ſi hominibus caninos, uel porcinos mores habentibus ſanctum dederis, aut myſteria ſecreta tradideris, nec ſanctum illos ſanctificat, nec myſteria ueritatis il-

Canini & porcini mores.

tis illos illuminant: ſed econtrà ipſi ſanctum coinquinant, & myſteria ueritatis blaſphemant.

Sicut margaritæ incluſæ cochleis poſitæ ſunt in profundũ maris: Sic & diuina myſteria in uerbis incluſa, poſita ſunt intus in altitudine ſenſus ſcripturarum ſacrarum. Margaritæ Diuina myſteria.

Sicut nõ omnis poteſt ſe mergere, & de profundo tollere margaritas, niſi artifex qui habet uſum rei illius: Sic nõ omnis homo poteſt deſcendere in altitudinem ſenſuum, & inuenire myſteriorum abſconditas margaritas, niſi uir ſpiritualis, qui habet exercitationem ſpiritualium narrationum Dei. E profundo eruta margarita Myſteria ſcripturarum.

HOMILIA XVIII. in caput VII.

Sicut in bello non omnis qui pugnat, uincit, nemo tamen uincere poteſt, niſi pugnauerit: Sic non omnes qui ſtudent, & legunt, acquirunt ſcientiam ſpiritualem, nemo tamen acquirere poteſt, niſi aut qui ſtudioſus fuerit ad legendum, aut aſſiduus ad audiendum. Pugna. Victoria. Spiritualis ſcientia.

Sicut q pulſat oſtiũ, nõ tantum uoce clamat, ſed manu: Sic qui bona opera facit, quaſi manu pulſat Deũ operibus bonis. Pulſans oſtium.

Vt quum operaris uineam, colligis fructus eius, & delectatus in eis melius operaris. Vides quia ipſa ſe colit fructificando tibi dum colitur? Sic qui opus peccati exequitur, ipſum quũ peccatũ ſit ſpiritus immundus, operatur in eo delectatione peccãdi, ut dum delectatur circa peccatũ, amplius peccet. Cultura uineæ. Peccatum. Spiritus immundus.

Sicut qui peccat, dũ peccat, magis atq; magis tenebreſcit mens eius, & à luce ueritatis recedit: Sic & qui iuſtitiam operatur, dum operatur, magis atq; magis clareſcit mens ipſius, & ad notitiam ſapientiæ maioris aſcendit. Peccati acceſſio. Iuſtitiæ incrementum

Sicut res aliqua ſine odore poteſt eſſe, odor autem ſine re aliqua eſſe non poteſt: Sic opus ſine oratione aliquid eſt, ora- Odor. Opus.

Oratio. tio autem ſine opere bono nihil eſt, etſi oras, nō ex fide oras.

Lucerna. Oleum. Fides. Sicut lucerna non quidem ex oleo accenditur, ſed per oleum nutritur: Sic fides non quidem ex opere naſcitur, ſed per opera enutritur.

Nix, Sol. Deus ſolus unice bous. Sicut ad comparationem niuis & ſolis, omne mundum ſordidum uidetur, & omne lucidum obſcurum: Ita quantum ad comparationem Dei, qui ſolus ſingulariter eſt bonus, omnes homines mali uidentur.

Rami. Radix. Lex prophetæ. Quemadmodum innumerabiles rami in una radice: Ita quæcunq; lex & prophetæ ſparſim in omnib. præceperūt ſcripturis, in hoc cōpendioſo comprehendūtur mandato: Omnia quæcunque uultis ut faciant uobis homines, & uos facite eis.

Via. Porta. Iuſtitia. CHRISTVS Quemadmodum quum uia ducit ad portam, niſi quis ambulauerit per uiam, non poteſt peruenire ad portam: Sic & qui iuſtitiam faciunt, ipſi ſoli poſſunt cognoſcere CHRISTVM, & intrare per ipſum.

Mel dulce. CHRISTVS Dei iuſtitia Sicut qui audit, quia mel dulce eſt, nec guſtat de illo, nomen quidem mellis cognoſcit, gratiam autem eius naturæ ignorat: Sic & qui audit, quia CHRISTVS filius Dei eſt, iuſtitia autem eius non fuerit uſus, tantūmodo nomen CHRISTI cognoſcit, gratiam autem naturæ eius ignorat.

HOMILIA XIX. in caput VII.

Simia. Hæreſ. Quoniam & ſimia hominis habet membra, & per omnia hominem imitatur, nunquid propterea dicenda eſt homo? Sic hæreſis omnia eccleſiæ habet, & imitatur myſteria, ſed [illegible]nt eccleſiæ.

Lupu[s] Ouis. Si quis lupum cooperiat pelle ouina, quomodo cognoſcet illum, niſi aut per uocem, aut per actum? Ouis inclinata deorſum balat, lupus in aëra conuertit caput ſuum contra cœlum, & ſic

& ſicululat. Qui ergo ſecundum Deum uocem humilitatis & confeſsionis emittit, ouis eſt, qui uerò aduerſus ueritatem turpiter blaſphemijs ululat contra Deum, lupus eſt.

Sicut botrus multa in ſe grana ligno mediante ſuſpendit: Sic & CHRISTVS multos ſibi fideles per lignum crucis tenet adiunctos. Botrus. Lignum crucis.

Sub arbore bona & beſtiæ & animalia requieſcũt, ſub ſpinis autem nullum animal requieſcere poteſt, niſi tantummodo ſerpentes: Sic iuxta fidelem hominem & boni & mali homines pacem habere, ac ſe capere poſſunt: iuxta autem infideles homines nemo pacem poteſt habere, neque requieſcere in eis, niſi tantummodo ſerpentes, id eſt, dæmones, qui cubilia habent in pectoribus eorum. Arbor. Spinæ. Serpentes. Fidelis. Infidelis. Dæmones.

Sicut in horto ſunt multæ arbores fructum inutilem facientes: in ſyluis autẽ non inuenitur bonũ faciens: Si autem faciũt, aut inſipidum faciunt, aut acerbũ: Sic in eccleſia, quæ hortus eſt CHRISTI, multi ſunt boni. In eccleſijs autem hæreſum, quæ ſunt ſyluæ deſertæ, nemo eſt bonus: quia etſi aliquis eſt bonus, propter homines eſt bonus, & propter Deum. Arbores frugiferæ ac ſteriles. Eccleſia hortus CHRISTI.

Sicut nihil poteſt ſine radice naſci: Sic nihil poteſt fieri ſine cauſſa. Radix. Cauſa.

Vt agonem nemo ſuſcipit ſic periculoſum, unde nullam ſperat palmam: Ita nec infidelis facit bonum, nullam ſpem retributionis præ oculis habens. Agon. Infidelis.

Sicut omnes homines naturaliter cognoſcunt Deũ, non autem uidentur uerè cognoſcere: quia nõ digne colunt, ſicut ſerui dominum, ſicut factura factorẽ: Sic & Deus naturaliter omnes cognoſcit, ſed nõ eos uidetur uère cognoſcere, quia nõ eos diligit, quaſi factor facturam, quaſi dñs proprios ſeruos. Natura Dei. Sunt quos nõ uere cognoſcit Deus.

HO-

HOMILIA XX. in caput VII.

Pluuia. Doctrina.

Sicut pluuia irrigat terram, ut fructum proferat: Sic doctrina hominem irrigat, ut iuſtitiam operetur.

Nubes. Prophetæ & apoſtoli.

Sicut nubes baiulant pluuiam, & effundũt eam ſuper terram: Ita & prophetæ, & apoſtoli accipiunt uerba à Deo, & effundunt ſuper rationabilem terram.

Pluuia. Ventus. Spiritus ſanctus.

Sicut non eſt poſsibile, ut ex ſola pluuia fructificetur terra, niſi flauerit ſuper eam uentus: Sic non eſt poſsibile ut ſola doctrina corrigat hominem, niſi cooperatus fuerit ſpiritus ſanctus in corde ipſius.

Grana arenæ. Verba audita.

Sicut grana arenæ non conueniunt in unum, neque adhærent adinuicem, ſed ſemper ſunt ſeparata: Sic uerba quæ audiuntur, & non conuertuntur in unam iuſtitiæ maſſam per opus, ſeparata ſunt, & diſperſa.

Validũ fundamẽtum. Ruina magna.

Sicut domus quæ habet ualidum fundamentum, ſi pars aliqua parietis, uel tecti ceciderit, ruina eius magna nõ erit, quia poteſt fieri, ut iterum reparetur: Si autem fundamentum eius caſum fuerit paſſum, tunc eſt ruina eius magna, quia tota uenit deorſum: Sic & Chriſtianus ſi aut fornicatus fuerit, aut adulteratus, aut homicidium fecerit, cecidit quidem, tamen ruina eius magna non eſt, quia pœnitentia iterum poteſt ſurgere, ſicut Dauid. Si autem de fundamento fidei aliquid fuerit paſſus, id eſt, ſi præuaricatus fuerit, & ad gentiles, aut hæreticos tranſierit, tunc eſt ruina eius magna, quia totus funditus ruit.

Fundamentũ fidei.

HOMILIA XXI. in caput VIII. 3

Sapor bonarũ rerũ. Spiritualis doctrina.

Vt nemo bonarum rerum poteſt ſentire ſaporem, quandiu delectatur in malis: Sic etſi quiſpiam ſpiritualem doctrinam audit, non intelligit, quia ſenſus eius carnalium uitiorum

ſtiorum lepra corruptus eſt.

Omnes medici pecunijs: Deus autẽ ſola oratione placatur. Medici. Oratio.

HOMILIA XXIIII. in caput X.

Sicut homo ſine armis non poteſt aliquid facere contra hoſtem: Ita diabolus ſine homine non ualet aliquid contra hoſtes. Arma. Diabolus.

HOMILIA XXV. in caput X.

Sicut nullus eſt locus, ubi non appareat ſol, aut non ſentiatur calor eius: Sic nullus erit locus ubi non cognoſcatur CHRISTVS, aut non intelligatur diuinitas eius. Sol. Diuinitas.

Quemadmodum ſi princeps aliquis imperatoris, uidens ciuitatem Romanam ab hoſtibus expugnari, quum poßit liberare eam, & neglexit defendere, ipſe uidebitur tradidiſſe, quam potuiſſet liberare, ſi uoluiſſet: Ita & tu uidens ueritatem ab impijs expugnari, quum eam potuiſſes defendere, ſi loqui uoluiſſes, tacens expugnaſti, per hoc ipſum, quod com paſſus es expugnari. Roma expugnata. Veritas profligata.

Sicut ueſtimentum ſuper homines poſitum, ſi quis furibundus ſcindat, illatorem quidem iniuriæ ſentit homo, damnum autem non patitur in natura: Sic corpus ſuper animam poſitum ſi occidatur ab impijs, anima quidem occiſionis eius ſentit dolorem, damnum autem ſuæ naturæ non patitur. Furibũdus Veſtimentum. Corpus. Anima.

Sicut ungues quum ſummitatem ueſtiunt digitorum, quandiu præcidantur, dolorem faciunt corpori, quum uero præciſæ fuerint, nullus ſenſus corporis inuenitur in eis, ſed ex ipſa natura alteræ nouæ procedunt, ut nullum uideatur natura ſuſtinuiſſe diſpendium: Sic corpus donec cæditur, ſentit anima: quum autem occiſum fuerit, nullus Vngues. Corpus.

Anima. ſenſus, aut dolor animæ inuenitur in corpore illo, ſed iterum ſuper animam in tempore opportuno glorioſius illud retexet corpus, ut nullum detrimentum uideatur anima perpeſſa, ſed augmentata.

Bos aut equus uſurarius acceptus. Si mutuo accipis ut puta bouem, uel equum, nonne aſſiduè operaris opus tuum in eum? Dicis enim apud te: Hodie, aut cras tollendus eſt à me, quia non eſt meus: Etiam tu in corpore corruptibili natus, quare non ad utilitatem animæ tuæ uteris temporali corpore tuo, ſciens quia poſt modicum tollendum eſt à te, quia non eſt tuum. Corpus. Anima.

Paſſeres. Sicut Dei uoluntas eſt, ut paſſeres comprehendantur, & ad uſum hominum procedant, quia ad hoc creati ſunt: Sic uoluntas Dei eſt, ut homo, qui ſine lege uixit, ſine lege et pereat, & qui Deum non aſpexit, non aſpiciat illum Deus. Exlex.

HOMILIA XXVII. in caput XI.

Frugi ſeruus. Sicut ſeruus poſtquàm commiſsi operis impleuerit penſum, gaudet ante faciem domini ſui apparere: Sic & Ioannes commiſſæ prædicationis myſterio conſummato, lætabatur ad Deum tranſire. Ioan. Bap.

Prouidus pater. Quemadmodum prouidus pater moriens, filios ſuos conſignat fideli tutori: Ita Ioannes ſciens ſe iam in exitu conſtitutum, uolebat diſcipulos ſuos CHRISTO adiungere.

Pater moriens. Sicut pater moriens, ſi uiderit filios ſuos bonis moribus ornatos, & omni ſapientia perfectos, quaſi ſecurus moritur, nihil de cætero timens de illis: Sic & Ioannes uolebat diſcipulos ſuos perfectos uidere in CHRISTO, ut iucundius moreretur. Ioan. Bap. diſcipuli.

Homo malignus. Sicut homo malignus, ſi uiderit aliquem orphanum habere ſubſtantiam paternam, ducit eum frequenter ad prandium,

dium, donat illi interdum aliquod ſpecioſum ueſtimentum, loquitur illi dulces ſermones, donec tollat facultates eius: Sic & diabolus uidens hominem habentem in ſe theſaurum cœleſtem, id eſt, animam immortalem à Deo creatam, ſapientiam cœleſtem in arca terrena poſitam, ideo oſtendit illi aurum & argentum, & concupiſcibilia ornamenta, oſtendit illi ueſtes pretioſas, & delitioſos cibos, & glorioſos honores, ut per hoc ſubiugans eum uoluptatibus ſuis, auferat ſalutem animæ eius, & corrumpat gratiam cordis ipſius. Diabolus ſuas cuiq; dotes inſidiet.

Vt multæ quidem ſtellæ ante lucem præcedunt nunciantes lucis aduentum, nulla tamen earum luciferi nomen habere meruit, niſi una, quæ cum ipſa luce procedit: Sic omnes prophetæ ante faciem CHRISTI præcedunt, nuncian tes aduentum eius, ſolus autem Ioannes præcurſor eſt appellatus: quia non ſolum aduentum eius annunciat, ſed ipſum illum digito ſuo oſtendit. Stellæ. Heſperus ſiue Lucifer prophetæ. Ioan. Bap. præcurſor.

HOMILIA XXVIII. in caput XI.

Sicut qui innauigabilem Oceanum nauigare ſe uſurpat, dum non poteſt eum tranſire, neceſſe eſt ut per eandem uiam reuertatur, unde ingreſſus eſt: Sic & antiqui philoſophi & oratores de Dei natura quærere contendentes, uicti ſunt ingenio, defecerunt ſermone, in ultimo nihil ſe amplius inuenire potuiſſe confeſſi, niſi quia Deus incognoſcibilis. Innauigabilis Oceanus. Dei natura.

Vt ſi ante uideris aliquem ponderis faſcem, ſiquidem contendiſti eum tollere ſuper te, laboras: ſi autem nec tentas, nullum ſentis laborem de pondere: Ita qui feſtinat adimplere iuſtitiam, & non præualet, is demum laborat. Qui autem non uult facere iuſtitiam, ille non laborat ſub pondere legis. Pōderis faſcis. Eſuriens et ſitiens iuſtitiam.

Sicut qui iugum ſuſcipiunt CHRISTI, CHRISTVS Iugū Chri

ſti & diaboli. eos delectat in ſpiritu, ne fatigentur in bonis operibus: Sic & qui iugum ſuſcipiūt diaboli, diabolus eos delectat, & decipit, ne diſcedant à malo impij uſque ad mortem ſuam.

Pondus. Pondus terreſtrium dominorū atterit paulatim uires miniſtrantiū: Pondus autem CHRISTI magis adiuuat baiulantem, quia non nos portamus gratiam, ſed gratia nos.

HOMILIA XXIX. in caput XXI.

Aurora. Obſcuritas Prophetæ. Apoſtoli. Vt ante lucem aurora exit, ante noctem autem obſcuritas: Ita in aduentu CHRISTI ante illum prophetæ, & cum illo apoſtoli in ſpiritu ſancto faciebant uirtutes. In aduētu uero Antichriſti pſeudochriſtiani, & ante illum, & cum illo in ſpiritu maligno facient uirtutes.

HOMILIA XXX. in caput XII.

Febricitantes. Malignitas infidelitas. Quantumuis biberint febricitantes, calore tantum cōſummante, quod biberint, ſemper adhuc ſitiūt: Ita & maligni homines, quicquid boni uiderint, aut audierint, infidelitate totum conſummante quod uident, & audiunt, ſemper uacui ſunt, tanquàm qui nihil uiderint, aut audierint.

Nequicq̃ ingrata recenſens. Vt ſi quis exponat tibi res quas non libenter audis, ſi tota die audieris, nihil eorum retines, quæ audiuiſti: Aut ambulans in uia, ſi mens tua aliquo cogitatu fuerit occupata, quãuis omnes uideas tranſeuntes, tamen neminem uides: Sic et Iu-

Iudæi. dæi frequenter ſigna uidentes, adhuc ſignum petebant, quia hoc uidebant, quod uidere nolebant.

Meretrix uxor. Iudæi. Sicut meretrix uxor uirum ſuum ſe fingit amare, uere autem amat adulterum, & in facie iſtius quidem eſt, in corde autem alterius: Sic & Iudæi uidebantur eſſe Dei cultores, erant autem diaboli amatores.

Sicut ex parte Dei, quamuis plures ſint ſpiritus uirtutum,

tamen ſeptem dicuntur, quia ex illis ſeptem omnes ſpecies uirtutum procedunt, quos ſpiritus enumerat Eſaias, & Salomon ſignat dicens: Sapientia ædificauit ſibi domum, & ſubdidit columnas ſeptem: Sic ex parte diaboli quamuis multi ſint ſpiritus uitiorum, tamē ſeptem dicuntur, quoniam ex illis principalibus uitijs, uitia uniuerſa naſcuntur.

Septē uirtutū ſpecies

Vitia uniuerſa conſtant ex ſeptem generibus.

HOMILIA XXXI. in caput XIII.

Sicut uiator in uia nihil ſolicitus eſt, niſi quod neceſſarium habet ad uſum: Ita & homo in hoc tranſitu mundi, nihil debet eſſe ſolicitus, niſi quod opus habet ad uſum. Viator. Chriſtiana ſolicitudo.

Sicut qui in magno uaſe aceti modicam guttā mellis immiſceat, etiam mel perdit, & acerbitas aceti non mutatur: Sic homini in hac malorum multitudine conſtituto, ſi colloquutus fueris iuſtitiæ uerbum, & uerbum perdis, & ille non temperatur in concupiſcentia mundialium rerum. Acetum. Mel. Lerna malorum.

Si oſtendis leoni uiridem herbam, aut campum bene florentem, non excitas eum in concupiſcentia, quia nō habet hoc in natura, ut herbas manducet: & econtra ſi oſtendas boui carnes, non concupiſcit, quia non bouis natura eſt, ut manducet carnem: Sic & homini mundiali ſi de bono cœleſti loquaris, non excitatur in concupiſcentia boni. Leo. Bos. Mūdanus

Quemadmodum ſi pluuia ſuper lapidem cadat, deſuper quidem ſudat, ab intus autem ſiccus eſt, quia non deſcendit humor in eum: Sic & homini mundiali quando loqueris uerbū Dei, tantummodo ſonus uerbi deſuper percutit aures eius carnales, in cor autem eius nihil deſcendit. Pluuia. Animalis homo.

Vt ille latro culpādus, q pariete perforat, in ſecreta domus parte ingreditur: q autē inuenit foris expoſitū et proiectum, quomodo quaſi latro culpetur? Sic et diabolus ſi poterat intro Latro. Diabolus.

ire in ſecreta pectoris tui,ut à te nolente raperet uerbũ Dei, bene culparent:nunc autẽ q̃ à te neglectũ eſt et contemptum,

Bellum. Tentatio. Vt qui ad bellũ tranſmittitur,ad gloriã (hoc ille diripit, paratur: Ita cui tentatio imponitur, correctio oſtenditur ei.

Paterfamiliâs. Sicut paterfamiliâs multa mancipia habens,omnibus quidem mediocrem ueſtem dat, mediocrem annonam dat, pro debito dominij ſui,quia nec poteſt eſſe ſeruus eius,niſi ab illo ueſtitus fuerit,& nutritus:quibuſdam autẽ fidelioribus circa ſe,dat meliorem ueſtem,et delicatiorem annonã,non propter debitum dominij ſui,ſed propter bonos mores eorũ:Sic et dominus generalem gratiam,id eſt,intellectum boni & mali omnibus dat pro neceßitate naturæ,quia nec uidemur eſſe homines ad imaginem Dei creati,niſi habuerimus diuinum intellectum:Dignioribus autem dat ſpecialem gratiam, utputa cognoſcendi myſteria, non pro neceßitate naturæ, ſed pro remuneratione bonæ uoluntatis,aut bonorum operum.

Intellectus boni & mali.

Myſteriorum cognitio.

Videns, & non uidẽs. Viuẽs mortuus. Intellectus

Sicut homo, cuius oculi iniquitatem uident,non æquitatem,quantum ad Deum,uidens,cæcus dicitur eſſe:et ſicut peccatis uiuens mortuus dicitur,quia ille non Deo,ſed diabolo uiuit:Sic qui habet intellectum,et bonum non operatur cum eo, quantum ad Deum nec habet.

HOMILIA XXXII. in caput XIX.

Quemadmodum ſi uideas hominem aßiduè amicitias medicorum colentem,ex ipſa re ſtatim intelligis, quia infirmus eſt:Sic & quum uideas ſiue uirum,ſiue mulierem de dimittendis uxoribus aut uiris legem interrogãtes, cognoſce quia uir ille laſciuus eſt,& mulier illa meretrix eſt.

Infirmus. Vir laſciuus.

Herbæ. Amor. Sicut herbæ ex humore naſcuntur & creſcunt:Sic homines per amorem incipiunt,& augentur.

Vt hu-

Vt humor quidem de radicibus aſcendit in herbã, de herba autem non reuertitur in radices, ſed ſurſum tranſmittitur in ſemen: Sic & charitas de parẽtibus aſcendit in filios, de filijs autẽ non reuertitur ad parentes. Ideo parẽtes quidẽ diligũt filios, ſed nõ ſic diligũtur à filijs: quia ſicut herba nõ deorſum, ſed ſurſum ad ſemẽ tranſmittit humorẽ: Sic & homo non ad parentes, ſed ad procreandos filios tranſmittit affectum. Humor. Charitas. Parentes. Herba.

Vt ſi quis habeat ſeruũ, qui furatur, & inebriat ſe, cõſyderans dominus, quia ſi utrũq; ſibi inſimul mandauerat obſeruare, nihil proficit. mandat illi quidẽ, ut bibat quantum uult, ſed publicè bibat, ut hoc quidem quod bibit, ſit ſecum nouum bonũ, ut paulatim diſcat obedire præceptis: Sic permiſſum eſt dari repudium, malum quidem, ſed permiſſum à creatione. Seruus furax & ebrius. Repudium

Sicut uxorem quocunque modo contra uoluntatem uiri agentem, dignum eſt repellere, non autem eſt iuſtum quantum ad grauitatem uiri, niſi ob cauſſam fornicationis: Sic & eccleſia quocunq; modo contra uoluntatem egerit CHRISTI, digna eſt abijci, non autem abijcitur propter longanimitatem CHRISTI, niſi ſola cauſſa tranſgreßionis. Vxor oblatratrix. Fornicatio Eccleſia. Præuaricatio.

Sicut quidam in pugna cadentes non exanimant cæteros, ſed dicunt illis ſic datum fuiſſe, rem nõ applicant pugnæ ſed homini: Quanto magis nos à propoſito continentiæ cadentiũ negligentiæ imputare debemus, nõ difficultati uirginitatis. Pugna. Continẽtia

Vt terra non germinat, niſi pluuias ſuſceperit, nec pluuia fructificat ſine terra: Ita nec gratia ſine uoluntate aliquid operatur, nec uoluntas ſine gratia poteſt. Terra. Pluuia. Gratia. Voluntas

HOMILIA XXXII. in caput XIX.

Sicut præ omni iuſtitia operũ, maior eſt iuſtitia cognoſcere Deũ: Ita præ oĩ peccato, magis peccatũ eſt idola adorare. Cognoſcẽs Deum.

Quemadmodum ſupra dorſum omnium iumentorum non
Sarcina. ſtat ſarcina, niſi fortiter fuerit colligata ad ipſum: ſupra ca-
Camelus. melum autem ſine recolligatione etiam repauſat: nã ipſe gib-
bus ſarcinam tenet in ſe: aptus eſt enim ad pondera baiulan-
Cognitio Dei. da: Ita in cæteris quidem peccatoribus non cognoſcentibus
Deũ, non ſtat ſarcina peccatorũ in corde ipſorum, niſi cũ ma-
gna uiolẽtia & uirtute diabolus tenuerit in corde ipſorũ, alli
gãs eam delectationibus: ipſa enim cognitio Dei excutit à ſe
Gentes. põdera peccatorũ. In gẽtibus autẽ ſine labore diabolus tenet
Idololatria peccata, qa idololatria ipſa quaſi gibbus retinet in ſe uniuer
ſa peccata: apta eſt enim ad baiulanda põdera peccatorum.

Animantia prona terram ſpectantia. Vt omnia animalia quamuis libenter terrã aſpiciant, ſem
per tamẽ quando uolunt, poſſunt tollere collũ ſuũ ad cœlũ: ſo
lus camelus autẽ nunquã poteſt ſurſum tollere collũ ſuum gibbo
Camelus. depreſſus: Sic omnes peccatores libẽtius quidẽ terrena adeũt,
Peccatores tamen quandocunq; uolunt, poſſunt conuertere ſe ad cœle-
Gentes. ſtem iuſtitiam: Gentes autẽ nullo modo poſſunt explicare ſe,
& ad diuina cõuertere, idololatria ſua curuati, & excæcati.

Camelus. Sicut camelus neq; deorſum recto collo aſpicere poteſt,
ſicut cætera animalia: neque ſurſum recto collo aſpicere po-
teſt, ſicut homo, ſed inter ſurſum & deorſum caput eius pẽdet
Gentiles. in medio: Ita & Gentiles neque animalibus aſsimulantur ad
plenum, neq; hominibus ſimiles ſunt propter humanum, &
rationabilem intellectum ſuum. Hominibus non ſunt ſimiles,
quia nunquàm cœleſtia, ſed terrena ſemper attendunt.

Camelus. Quemadmodũ camelus nec ad plenum immundus eſt, nec
ad plenũ mundus. Mundus quidem eſt, quia reuocat & rumi
nat: immundus autẽ, quia nõ habet duas ungulas fiſſas: Sic et
Gentes. Gentes: quoniam uacuæ ſunt, nec mundæ ad plenum. Mũdæ
quidem

quidem fuerant, quia & tractabant, quæ Dei erant, id eſt, ruminabant, & conuerſabantur rationabiliter pene ſecundum Deum: ſed conuerſationem, quæ pes eſt, nō habēt diuiſam in duo, id eſt, in fidem, & in opera, ſed habent opera tantum. Fides. Opera.

Sicut cameli pes ambulantis nō diſsipat terram, ſed quum ſit mollis, concordat ei, & complectitur eam: Sic & conuerſatio Gentium, quamuis non eſſet bona, non erat diſsipans terram, hoc eſt, carnalem naturam, ſed conueniens erat naturæ carnali, & ſecundum uoluntatem ipſius erat. Cameli pes. Conuerſatio gentiū. Filij carnales & ſpirituales.

HOMILIA XXXIII. in caput XIX.

Filij carnales ſi modicū pater eorum fuerit ſenex, tædiantur de uita ipſius, deſiderant cū mori: et ſi citò mortuus nō fuerit, contemnunt eū quaſi delirū. Filij autē ſpirituales quanto perfectiores fuerint in fide, tanto amplius diligunt doctorem ſuum. Pater ſenex. Doctor eccleſiaſticus.

HOMILIA XXXIIII. in caput XX.

Sicut mercenarius poſitus in uinea, ſi neglexerit eam, non ſolam mercedem perdet, ſed etiam deſertæ uineæ exigetur ab eo damnum: Sic & nos ſi neglexerimus iuſtitiam nobis cōmiſſam, non ſolum nullam mercedem habebimus, ſed etiam diſsipatæ iuſtitiæ dabimus rationem. Mercenarius. Vinea. Iuſtitia.

Qui uineam alicui operandam conſignat, non tantum propter illius utilitatem conſignat, quantum propter ſuam: Deus autem iuſtitiam ſuam dans in ſenſibus noſtris, non propter ſuam utilitatem dedit eam, ſed propter noſtram. Iuſtitia Dei.

Sicut nemo ideo conducit mercenarium, ut hoc ſolum faciat, quod manducet: Sic & nos non ideo uocati ſumus à CHRISTO, ut hæc ſola operemur, quæ ad noſtrum pertinent uſum, ſed ad gloriam Dei. Mercenarius. Gloria Dei.

Sicut mercenarius, qui hoc ſolum facit, quod manducat

Propria cõmoditas. ſine cauſſa ambulat in domo: Sic & nos ſi ſola hæc facimus, quæ ad noſtram pertinent utilitatem, ſine cauſſa uiuimus ſuper terram.

Mercenarius. Gloria Dei Proximi profectus. Sicut mercenarius ſuus prius aſpicit opus, deinde diaria ſua: Sic & nos ſi mercenarij CHRISTI ſumus, primum debemus aſpicere, quæ ad gloriam Dei pertinent, proximiq́ profectum, deinde quæ ad noſtram utilitatem.

Mercenarius. Opus domini. Sicut mercenarius totum diem circa domini opus impendit, unam autem horam circa ſuum cibum: Sic et nos omne tẽpus uitæ noſtræ debemus impendere circa opus gloriæ Dei, modicam autem partem circa uſus noſtros terrenos.

Mercenarius. Panis. Eccleſia. Sicut ſi mercenarius qua die opus non fecerit, erubeſcit intrare in domum, & petere ſibi panem: quomodo tu non confunderis intrare in eccleſiam, & ſtare ante conſpectum Dei, quando nihil boni in conſpectu Dei egeris?

Vallis. Obſcuritas Nox. Laici Chriſtiani. ſacerdotũ iniquitas. Prius in uallibus fit obſcuritas, die declinãte ad occaſum. Quando ergo colles uideris obſcurari, quis dubitat, quin iam nox eſt? Sic primũ in ſecularibus, & laicis Chriſtianis incipit præualere obſcuritas peccatorũ. Nunc autẽ quando iã uides, quòd ſacerdotes poſitos in ſummo uertice ſpiritualiũ dignitatum, qui montes & colles dicuntur, apprehenderit iniquitas tenebroſa, quomodo dubitetur quia finis eſt mundi?

Cõceptio. Omne animal conceptionis ſuæ ſeruat honorem, & tempus: homo autem ſolus contemnit.

Forum. Impoſturæ Sicut fori eſt propriũ, ut illic omnia uenundentur, & emantur, & inuicem ſe circumueniant ementes & uendentes: Sic in hoc mundo omnes uendendo & emẽdo uiuunt, & inuicem ſibi fraudem facientes, uitam ſuam ſuſtentant.

Sicut quis in itinere cõſtitutus, aut in opere quodam, ante

ſextam

ſextam quidem non operatur, aut urgetur, aut ambulat, ſciens quia ei longus adhuc dies ſupereſt: tranſacta autem ſexta, quum cœperit eſſe octaua & nona, incipit properantius agere, ut opus ſuum, uel iter tempore definito concludat: Sic & Deus uſque ad Abraham, qui fuit in ſexta hora, uenit ad homines diſponere teſtamentum: poſt Abraham autem uſq; ad tranſmigrationem frequenter properans, ut aduentum ſuum in hunc mundum, & uocationem gentium definito tempore conſummaret, quaſi ueſpere iam propinquante.

Sicut facilius eſt homini pauperi, & in anguſtijs conſtituto diſciplinam tenere: diuiti autẽ & abundanti difficile: Sic illis inter gaudia mundi difficile fuit tenere iuſtitiam, nobis autem inter tribulationes mundi facile. Diſciplina. Iuſtitia.

Sicut in corona, quum ſit rotunda, nihil inuenis, quod uideatur initium aut finis: Sic inter ſanctos, quantum ad tempus in illo ſeculo, nemo nouiſſimus dicitur, nemo primus. Corona. Sancti.

HOMILIA XXXV. in caput XX.

Vt ſemper pretioſior theſaurus in uaſis melioribus includitur: Sic CHRISTVS Apoſtolis tantummodo mortis ſuæ annunciauit myſterium. Precioſior theſaurus. Mortis Chriſti myſteriũ.

Vt in ſeculari bello uidemus, quia qui uadens ad pugnam, de præda uictoriæ cogitat, difficile uincit: qui autem ſic uadit, quaſi ad mortem, facile uincit: Sic & nos in hoc certamine ſpirituali uiuentes, non debemus cogitare, qualem gloriã conſequamur, ſed quomodo euadamus ruinam peccati. Pugna. Ruina peccati.

Sicut miles ſi toto corpore fuerit armis ueſtitus, & unam partem habuerit nudam, nihil ei prodeſt, quòd totus fuerit ferro ueſtitus, ſi per illam unam partem eum ſagitta percuſſerit, ſed ſic cadit, quemadmodum ſi totus fuiſſet nudus: Sic & Miles armatus.

Chriſtianus,ſi iuſtitiam fecerit,& ſi in uno peccauerit,ſimiliter peccator ſtatuitur, quemadmodum ſi ſemper peccaſſet.

Lanæ intinctio. Sicut quum lana intingitur naturalem habens colorem, ut coloretur purpurea, aut alicuius coloris accipiat dignita-

Mors. tem:Sic & nos in mortem deſcendimus corporales, & reſurgimus ſpirituales.

Occupata ciuitas. Si rex terrenus uideret, quod ciuitatem illius occupatam teneat hoſtis,quid facere poteſt?nihil, niſi ut ponat arietes, circunducat exercitum,deſtruat mœnia,quæ forte ipſe ædificauit,ut tantummodo hoſtem expellat.Sed uideamus ſapien-

Caſtra Chriſti. tiam noſtri regis. Poſtquàm uidit caſtra ſua occupari à ſpiritu alieno,ſic hoſtem expulit,ut caſtra ſua non læderet.

Pes, oculus Sicut pes libenter ſeruit oculo, quaſi ſibi ſeruienti, ſciens quia niſi oculus ſuo miniſterio fuerit uſus,nec ipſe ſuo poterit uti:& oculus libenter ſeruit pedi, quaſi ſibi ſeruienti, ſciens quia niſi pes ſuo officio fuerit uſus, nec ipſe ſuo poterit uti: Sic & ſancti inuicem ſibi debent eſſe ſubiecti, ut minori ma-

Mutuum obſequium. ior non inuideat, quaſi maiori, ſed libenter obſequatur ei, quaſi ſibi ſeruienti,in eo ipſo quod maior:& maior non contemnat minorem,quia maior eſt,ſed libenter ei obſequatur, quaſi ſibi ſeruienti.

HOMILIA XXXVI. in caput XX.

Meſſis fœcunda. Teſtimonium ſtudioſi agricolæ eſt meſſis fœcunda: aſſidui autem doctoris documentum, eccleſia plenâ.

Eccleſia. Pretioſus cibus. Sicut qui pretioſum guſtauerit cibum,poſtmodum ei hæc eſca communis ingrata uidetur: Sic & qui de dulcedine

Chriſti dulcedo. CHRISTI bene guſtauerit, terrenorum bonorum de cætero non multum ſentit ſaporem.

Sicut roſa anteq̃ uideatur,ſentitur,& anteq̃ inueniatur,te

netur

natur in odoribus ſuis:Sic & dominũ tranſeuntẽ de lõge,duo cæci anteq̃ uiderent, diuinitatis eius fragrantiam ſenſerũt.

Sicut qui in tenebris ambulat,ſi ſemel uiã perdiderit,interdũ tota nocte ambulat iuxta uiã errans,& nõ inuenit uiã,donec ſuperueniat dies: Sic & homines ambulãtes in erroribus uel peccatis,poſtq̃ Dei cognitionẽ ſemel perdiderũt,ad perfectam notitiam ueritatis redire nõ poterãt,niſi dies ſcilicet CHRISTVS ueniſſet, quamuis circa ueritatem uiuebant. In tenebris ambulans.

HOMILIA XXXVII. in caput XXI.

Sicut nauis fracto gubernaculo illuc ducitur,ubi tẽpeſtas uoluerit:Sic et homo diuinæ gratiæ auxilio perdito,per peccatum agit quod non uult,ſed quod diabolus uult. Naufragiũ Peccatum.

Sicut in mundialibus regnis nemo poteſt ſeipſum facere regem,ſed populus creat ſibi regem quem elegerit: quũ rex ille fuerit factus,& confirmatus in regno, iam habet poteſtatem in hominibus, & nõ poteſt populus iugũ eius de ceruice ſua depellere,et ſic uolũtas populi poſtea in neceßitatem uertitur:Sic et homo priusq̃ peccet,liberũ habet arbitrium, utrũ uelit ſub regno eſſe diaboli:quum autem peccãdo tradiderit ſub regno ipſius, iã non poteſt de poteſtate eius exire: & ſic prima uoluntas eius in neceßitatem uertitur. Populus regem eligẽs Liberum arbitrium.

Sicut aſinus,ſi quid errat,in ſimplicitate errat,& non aſperitate:Ita & homines qui crediderũt in IESVM CHRISTVM ſiue ex Iudæis,ſiue ex Gẽtibus,ante CHRISTVM non in malitia,ſed in ignorantia peccauerunt. Aſini lapſus

Sicut peccatores,e qui ſunt diaboli: Ita & ſancti,e qui dicuntur CHRISTI. E qui diaboli & chriſti

Sicut turpitudo nuditatis ueſtimento tegitur:Sic naturalia mala carnis noſtræ præceptis & gratia diuina tegũtur. Nuditas.

HOMI-

HOMILIA XXXVIII. in caput XXI.

Quemadmodum medicus quando primo ingreditur ad infirmum, ſtatim de ſtomacho eius interrogat, & eum componere primum feſtinat: quia ſi ſtomachus ſanus eſt, totũ corpus ualidũ eſt: Ita ſi ſacerdotiũ integrum fuerit, tota Eccleſia floret: ſi aũt corruptum fuerit, tota Eccleſia marcida eſt.

Stomachus ſacerdotiũ

Sicut cor ſapientiæ locus eſt: Ita ſacerdotes ſunt receptacula ſapientiæ ſpiritualis.

Cor. Sacerdotes Stomachus

Sicut ſtomacho miniſtrante unumquodque membrum ſuſcipit nutrimentum, & conuertit ipſum in ſe, ſecundum ſuã naturam: utputa quod ſuſcipit iecur, totum fit ſanguis, quod autem ſuſcipit fel, bilis efficitur totum, quod uero in pulmonẽ, phlegmata fiunt, quod autem in mãmillas, totũ efficitur lac: Sic ſacerdotibus in Eccleſia loquentibus uerbum omnes ſuſcipiunt, unuſquiſq; autem conuertit illud ſecundum ſuum cor: ita ut unũ idipſum uerbum in cordibus quidem rectis procedat ad uitam, in cordibus autem peruerſis ſuſcitet iracundiã, quaſi bilis: in alijs autem operatur dilectionem dulciſſimam, quaſi lac: in alijs autem odium, quaſi phlegma nociuum, & expuendum.

Sacerdotes in Eccleſia loquentes.

Sicut in corpore ſi aliquod membrum infirmatum fuerit, non omnino languet ſtomachus, ſi autem ſtomachus languerit, omnia membra inueniuntur infirma: Sic ſi aliquis Chriſtianorum peccauerit, non omnino peccant & ſacerdotes: ſi autem & ſacerdotes fuerint in peccatis, totus populus conuertitur ad peccandum.

Languens ſtomachus. Sacerdotes

Quemadmodum quum uideris arborem pallentibus folijs, marcidam intelligis, quia aliquam culpam habet circa radicem: Ita quum uideris populum indiſciplinatum, & irreligioſum,

Arbor.

ligioſum, ſine dubio cognoſce, quia ſacerdotium eius non eſt ſanum.

Quemadmodum qui ambulat inter duos inimicos, ambobus placere uolens, & ſe commendare, ſine maliloquio nõ poteſt: neceſſe eſt enim ut & iſti male loquatur, de illo, & illi male loquatur de iſto: Sic qui emit & uẽdit, ſine mẽdacio eſſe nõ poteſt & periurio: neceſſe eſt enim ut negotiatoribus hic iuret, quia non tantum ualet res, quantum comparat eam, & ille iuret, quia plus ualet res, quàm uendit. Ambulans inter duos inimicos.

Quemadmodum ſi triticum, aut aliquam bladi ſpeciem in cribro, dum huc, illucq́; iactas id, grana omnia paulatim deorſum cadunt, & in fine in cribro nihil remanet, niſi ſtercus ſolum: Sic & ſubſtantia negotiatorum, dum uadunt, & ueniunt inter emptionem & uenditionem, minuitur, & in nouiſſimo nihil illis remanet, niſi peccatum. Triticum. Subſtantia negotiatorum.

Quemadmodum ſolidus, qui non habet malagma Cæſaris, reprobus eſt: Ita & homo qui non oſtendit in ſe imaginẽ Dei, reprobus æſtimatur. Malagma.

Sicut homo bonus in ſe imaginem Dei oſtendit: Sic & homo malus in ſe imaginem diaboli habet. Imago dei & diaboli.

Quemadmodum colũna in templo, ſi ſteterit recta, accepto pondere, amplius confirmatur: ſi autem modice obliqua fuerit, ſuſcepto pondere non ſolum non confirmatur, ſed amplius uadit ad latus: Sic & cor hominis ſi rectum fuerit, uidẽs opera alicuius uiri iuſti, aut audiens per doctrinam ſapientiæ eius, amplius cõfirmatur: ſi autem fuerit peruerſum cor, uidens opera alicuius uiri iuſti, aut audiens, non ſolum non confirmatur, ſed magis ad inuidiam excitatur, & magis peruertitur. Columna. Cor hominis.

Lac. Mirabilia. Sicut lac ſine labore, & ſine opere dentium manducatur, & manducantem ſuauitate ſua delectat: Sic & mirabilia nullum laborem uidentibus ponunt, ſed uidētes admiratione delectant, & ad fidem molliter inuitant.

Infans. Homo imperfectus. Lac. Sicut infanti ſi dederis fragmentum panis, quoniam anguſtas habet fauces, effocatur magis quàm nutritur: Sic & homini imperfecto in fide, & puero in ſenſibus, ſi altiora myſteria uolueris dicere, anguſtam habens fidem & ſenſum, magis ſcandalizatur, quàm ædificatur.

Miracula. Quemadmodum uiro perfecto ſi dederis lac, fauces quidem eius delectat, membra autem eius non confortat: ſi autem panes manducet, non tantum fauces eius delectat, quàm præſtat ei uirtutem: Sic & uiro perfecto in fide, & maturo ſenſibus, ſi miracula oſtendas, delectatur quidem aſpectu, nihil autem ei proficit ad ædificationem ſenſus, aut ad notitiā ueritatis: ſi autem uerbum ſapientiæ exponas ei, & ratione delectatur, & ædificatur in fide.

HOMILIA XXXIX. in caput XXI.

Terra. Arbor. Sicut irrationabilis terra quæ ſecus uiam poſita eſt, ſemper conculcatur, & dura eſt, & ſemina doctrinæ in ſulcos ſenſus ſui non recipit, ſed uolatiles ſpiritus rapiunt ea: Sic et omnis arbor rationabilis iuxta uiam poſita non poteſt eſſe fructifera, id eſt, homo ſecundum mundum uiuens, nunquàm poteſt euadere à peccato, ut ſit iuſtus.

Flores. Bonæ uoluntates. Sicut de gemmis flores procedunt: Ita de bonis cogitationibus naſcuntur bonæ uoluntates.

Sicut flores non poſſunt procedere, niſi fuerit gemma: Sic bona uoluntas naſci non poteſt, niſi præceſſerit in homine cogitatio bona.

Sicut

Sicut ex floribus poma formantur: Ita ex bonis uoluntatibus opera perfecta naſcuntur. Poma. Opera perfecta.

Sicut ante pomum flos procedit: Ita ante opus bonum bona uoluntas. Flos. Bona uoluntas.

Sicut difficile eſt arborem iuxta uiam poſitã fructus ſuos uſq; ad maturitatem ſeruare: Sic difficile eſt uirum fidelem iuxta iſtum mundum uiuentem, id eſt, in actibus eius, iuſtitiã immaculatam uſq; in finem ſeruare. Arbor iuxta uiã conſita.

Sicut melius eſt ut nõ ſit arbor, q̃ ut ſit quidẽ, & fructum non faciat: Sic melius ut nec ſit homo Dei, q̃ ut ſit quidem, & conuerſationem non habeat ſecundum Deum. Vir fidelis. Arbor ſterilis.

Qui tuus non eſt ſi tibi non obaudit, non doles: de illo autem qui tuus eſt, grauiter doles, ſi te cõtemnit, & alijs ſeruit: Sic Deus non tantum de alieno, & aperte diabolo ſeruienti iraſcitur, quàm de ſuo diaboli faciente uoluntatem. Obaudiens diabolo obtemperans.

Sicut aßidua eſt in mari tempeſtas: Sic in iſto mundo, perſequutio Satanæ. Tempeſtas Perſequutio Satanæ.

Vt corpus ſanũ aliquoties percutitur, & nõ facile uulneratur: corpus aũt debile ab intus tacitã habet læſurã, etiãſi modicę tactũ fuerit, citius dißipatur: Sic animal liberum & integrũ nõ facile offenditur, animal uerò inuidia uulneratũ, nõ ſolum cauſa idonea, ſed etiam leuis occaſio excitat in dolorem. Corpus ſanum & debile.

Sicut cautus uenator, beſtiam comprehendere uolens, quum uiderit præcipitẽ locum ex una parte illius, ex altera parte erigit retia, ut ex quacunq; parte exilierit, aut in retia incidat, aut in præcipitiũ cadat: Sic & Dominus Iudæis ſimplici interrogatione laqueum poſuit: uidelicet unde eſſet baptiſma Ioannis, ex Deo, an ex hominibus: Vt ſi quidem de cœlo dicerent, in laqueum reprehenſionis inciderent: Sagax uenator. Baptiſma Ioannis.

Quare

Quare ergo non creditis ei? Si autem de terra diceret, quaſi in præcipitium, ſic in periculum mortis incurrerent apud populum, ut lapidarentur.

HOMILIA XL. in Caput XXI.

Sutoria. Sicut qui ſutoriam, aut quamcunq; aliam profitetur artē, etſi ſpecialiter non ſpondeat, tamen per hoc ipſum quod ſutoriam profeſſus eſt artem, & opificium uel magiſterium artis eius aperuit, uidetur tacite omnibus ſpopondiſſe, ut ſine reprehenſione impleat, quam profeſſus eſt artem: Sic ſacerdos, & omnis clericus, & ſi ſpecialiter non promittat, tamen per hoc ipſum, quòd doctor conſtituitur aliorum, ſtatim promittere Deo uidetur in omnibus obauditurum ſe Deo. Sacerdos et clerus.

Vinitor. Quomodo uinitor ſtudioſus, qui primum omnes in circuitu infructuoſas ſyluas excīdit, & ſic poſtea plantat, ne forte arbores laſciuientes, dum huc & illuc per lōga ſpatia ramos ſuos exporrigunt, adhuc tenerum effocent malleolū: Sic deus Gentes ſine fructu iuſtitiæ conſtitutas occidit, & ſic collocauit Iſraël, ne forte Gentes indiſciplinatæ dum in longum terminum ſuæ dominationis extendunt, affligant populum Dei nouitium. Gentes.

Sicut in turri conſiſtentes duo bona conſequuntur, & hoſtium irruptionem ipſi non facile patiuntur, & hoſtes de turri facile cōterunt: Sic & qui in fide Chriſti conſiſtunt, uel in lege Dei, & dæmones ſuper ſe irruere non ſinunt, & ſpiritualibus bonorum operum ſagittis eos facile uulnerant. Fides. Lex Dei.

Ferrum. Sicut duram terram ferrum emollit: Sic & uerbum duritiam cordis relaxat. Verbum.

Sicut raſtro ferreo herbæ radicitus euelluntur à uineas Sic & acri ſermone uitia de populo reſecantur. Acris ſermo

Vt ſicut colonus quãuis de ſuo munera obtulerit domino, quomodo ſi de uinea eius redditus ei obtulerit: Sic ſacerdos non tantum propter iuſtitiam ſuam placet domino, quomodo ſi populum Dei in ſanctitate docuerit: quoniam ipſius iuſtitia una eſt, populi autem multiplex. Colonus. Sacerdos.

Qualiſuis alicuius amicus fuerit homo ſi ſemel ab illo fuerit paſſus iniuriam, quantumcunque frangitur eius affectus: ſi iterum paſſus fuerit, iterum magis minuitur, & ſi iterum, amplius non minuitur amicitia eius, tamen non additur: Dei autem miſericordia, quanto magis à Iudæis offenditur, tanto amplius addebatur in eis. Paſſus iniuriam: Dei miſericordia.

Sicut ſole in nubibus conſtituto, hoc quod eſt dies, non eſt nubium permittentium eum apparere ſuper terrã, ſed uirtus ſolis quæ pertranſiens nubes, etiã impedie͂tibus eis apparet: Sic iuſte pronunciauit Iudæorum non placata, ſed appoſita malignitas: Nimirũ quum interrogati à domino, quid facturus eſſet dominus illis colonis, qui patrisfamiliâs filiũ occidiſſent, reſponderent: Malos male perdet. Non aũt eſt illorum quod iuſte iudicarũt, ſed ipſius cauſæ. Eſt enim cauſa ueritatis quæ quaſi uiolentiam illis facit, ut non poſſint eã celare. Iudæorum malignitas

Sicut ædificatores, nodoſos lapides, & habentes torturas ferro dolant, poſtea uero ponũt eos in ædificio, alioqui nõ dolati lapides lapidibus non cohærent: Sic & eccleſiæ doctores uitia hominũ, quaſi nodos acutis increpationibus primũ circũcidere debe͂t, & ſic in eccleſiæ ædificatiõe collocare: alioqn uitijs mane͂tib. Chriſtiani Chriſtianis cõcordare nõ poſſunt. Aedificatores. Eccleſiæ doctores.

Sicut artifex ex omnibus lapidibus eligit meliores, & ponit à foris in facie ædificij, cæteros autem lapides qualeſcunque intus mittit: Sic Eccleſia meliores Chriſtianos eligit, & Artifex. Eccleſia.

ponit in facie Eccleſiæ, id eſt, alios facit ſacerdotes, alios diaconos, cæterosq; Eccleſiæ miniſtros: mediocres aũt proficiũt in medio Eccleſiæ, id eſt, ædificij, propter miſericordiã Dei.

Sicut lapides qui ſunt intus in ædificatione, nemo aſpicit, ſed eos qui ſunt foris, omnes conſyderant: Sic ſecularium hominum uitia, neque ſic conſyderantur, neque ſic nocent Eccleſiæ.

Populus. Sicut forani lapides intraneos intra ſe non tenent, & conſtringunt: Sic totus populus ſacerdotum, & clericorum meritis ſaluatur.

Percutiens lapidem. Sicut omnis res quæ percutit lapidem, ipſa quidem colliditur, lapidem autem non lædit: Sic & omnis, qui contra Chriſtianitatem agit, ſe quidem corrumpit, chriſtianitati autem non nocet.

Ab alto cadens. Sicut quod de alto cadit, grandem ſonum facit, ut audiant omnes: Sic & qui de alto gradu cadit, ruina illius ubique auditur.

Vas. Sicut uas quod leuiter cadit, et læditur, eſt quidem uas, ſed ad uſum non proficit: quod autem diſperſum fuerit, nec uidetur eſſe uas: Sic CHRISTIANVS peccator reſurgit quidem, ſed inter ſanctos non ponitur: infidelis autem nõ reſurget in iudicio.

Peccator Chriſtianus

Infirmus. Inſanabilis. Sicut infirmus donec mediocriter habet aliquam paſſionem, & ſperat ſe poſſe curari, ſeruat ſe à nociuis eſcis: ſi autem intellexerit inſanabilem ſe iam eſſe, iam non parcit: Sic & homo donec mediocriter peccat, ſperat ſalutem, quantumcunque poteſt obſeruat ſe à malo: ſi autem grauiter peccando cœperit deſperare, iam nihil dubitat facere, quaſi qui iã peccatis ſuis uincit iudicium Dei.

Deſperans

HOMI-

HOMILIA XLI. in caput XXII.

Sicut qui mittit in os ſuum fragmentum panis, aut qualemcunque cibum, primum molit cum dentibus, & ita dimittit eum in ſtomachum: Sic & quum audimus uerbum, neceſſe eſt ipſum meditari in ore ſenſus, & uidere quid eſt quod dicit, aut unde dicit, aut propter quam rem dicit. Fragmentum panis. Cibus. Verbum bene auditũ.

Quemadmodum qualẽcunque cibum, niſi maſticauerimus dentibus, non ſentimus ſaporem eius: Ita & uerbum quod audimus, niſi maſticauerimus ipſum tractantes in nobis, non poſſumus intelligere uirtutem uerbi illius. Cibus quiuis. Verbum.

Sicut cibum poſtquam maſticauerimus, dimittimus in ſtomachum: Ita & uerbum poſtquam bene tractauerimus, commendamus ipſum memoriæ tanquam ſtomacho. Cibus.

Quemadmodum non prodeſt cibus niſi maſticatus, & in ſtomachum deſcenderit: Sic non proficit ad ſalutem uerbum, niſi quum fuerit intellectui & memoriæ traditum. Maſticatus cibus.

Sicut cibus nihil prodeſt ſi manducauerimus, & iterum euomimus eum de ſtomacho: Sic nihil in nobis prodeſt uerbũ quod audimus, & obliuiſcimur ilico. Cibus. Verbum.

Cibus qui in ſtomacho ſtat, ille confortat: Et ſermo qui in memoria manet, ille ſaluat. Cibus. Sermo.

Apud Iudæos illa animalia ſunt munda, quæ reuocant cibum, & ruminant: Ergo animal illud eſt mundum, quod maſticat, & tradit utero, & iterum de utero reuocat, & ruminat: Et homo ille eſt ſpiritualis & ſanctus, qui audiens uerbum, tractat: & quum intellexerit, memoriæ quaſi utero tradit, & iterum de memoria quaſi utero reuocat, & ruminat, & retractat. Animalia munda. Homo ſpiritualis & ſanctus.

Sicut regale prandium multis ciborũ ſpeciebus ornatur: Regale prandium.

Scripturarū conuiuiū Ita & hoc cōuiuium ſcripturarum diuerſis iuſtitiarum ſpeciebus eſt decoratum.

Sicut uiuētis animalis uiſcera nemo manducat: Ita uiuentiū Prophetarum ſermones ſuſcepit nemo, ſed poſt mortem. Prophetarum ſermones.

Sicut tauri duces ſunt gregis: Ita ſacerdotes ſunt principes populi.

Nigra ueſtimenta. Quemadmodum ſi aliquis cum nigris ueſtimētis inueniatur in nuptijs, ſordidat gloriam nuptiarum: Ita & qui opera habet tenebroſa, & inter Chriſtianos quaſi unus ex eis cōuerſatur, ipſi Chriſtianitati facit iniuriam. Opera tenebroſa.

HOMILIA XLII. in caput XXII.

Ligna. Sicut non poteſt fieri, ut ligna mittendo extinguas ignē: Sic non poteſt fieri, ut rationem dicendo, places hominem malum. Homo malus.

Ignis. Sicut ignis quanto amplius ligna ſuſceperit, in maiorem flammam erigitur: Sic animus malus, quanto magis ueritatem audierit, eò amplius in malitiam excitatur. Animus malus.

Taurus Veluti ſi quis taurum ualidum uiribus non poteſt ſubiugare, & uinculo flectere, mollibus manibus nodoſam fricat ceruicem, ut quem uirtute tenere non potuit, per blandimentum comprehendat: Sic & Iudæi catenam ſubdolæ laudis portantes in ore, & gladium malitiæ abſcondentes in corde, taurum Eccleſiaſtici gregis dolo laudis comprehendere feſtinabant. Iudæi.

Diues peregre profectus. Quemadmodum diues peregre profectus, ſi in hoſpitio applicuerit pauperis alicuius, quamuis non poteſt in domo iubere quod uult, quia hoſpes eſt, tamen magnam ſibi fiduciā agendi aliquid uendicat, quia potens: Sic & anima peregrina in hoc regno carnis ingreſſa, quamuis non omnia ſpiritua- Anima peregrina.

ritualiter agere poteſt ſecundum ſe, quia extranea eſt in hoc mundo, tamē aliquid ſpirituale uēdicat & in carne, quia nimium potens eſt.

Sicut peregrinus pauper, nihil in hoſpitio diuitis poteſt, primo, quia peregrinus & hoſpes eſt, deinde quia mendicus & pauper eſt: Sic & caro quum in illud ſeculum reſuſcitata migrauerit, nihil omnino poterit ſibi carnale defendere: primum, quia extranea in illo ſeculo ſpirituali: ſecundo, quia infirma eſt carnis natura. Peregrinus pauper. Caro.

Sicut caput dignius eſt quàm membra, quum nec membra ſine capite, nec caput ſine mēbris eſſe poteſt: Sic digniores ſacerdotes, quàm populus, non tamen utiliores, quia nec populus ſine ſacerdotibus, nec ſacerdotes ſine populis eſſe poſſunt. Caput. Membra. Sacerdotes.

Sicut caſta mulier, quæ uirum ſuum amat, nullum amat alium, ſi autem alterum amauerit, iam non amat uirum ſuū: Ita & homo ſi Deum amat, mundum non amat: ſi autem mū dum amauerit, iam Deum ex toto corde non amat. Caſta mulier. Homo Deū amans.

Sicut in imagine ſua rex honoratur, uel contemnitur: Sic & Deus in homine uel diligitur uel oditur. Regia imago.

HOMILIA XLIII. in caput XXIII.

Sicut in ſecularibus in eo quod alter pauperaſcit, alter diteſcit, & niſi alter deſcenderet, alter non aſcenderet: Sic & in ſpiritualibus in eo quod alter confunditur, alius emendatur. Pauperaſcens. Diteſcens.

Vt aurum eligitur, & uilis terra relinquitur: Et ut apes flores colligunt, herbas relinquunt: Sic & uos ab homine malo doctrinam colligite, conuerſationem relinquite. Aurum. Terra. Apes. Flores.

Vt ex ueſtimento naſcitur tinea, quæ comedit ueſtimen-

 tum:

Vermis. tum: Et ex oleribus uermis naſcitur, qui olera uniuerſa corrũ
Propoſitũ ſpirituale. pit: Sic & in ſpiritualibus ex ipſo propoſito eorum ſpirituali accipit occaſionem inimicus, unde eis retia texit.

Arbor. Rami. Radix. Vnus pater. Vt in arbore quamuis plurimos ramos producat, tamen omnium ramorum una dicitur radix: Sic & in mundo quamuis homo hominem generet, tamen unus eſt pater, qui omnes creauit.

HOMILIA XLIIII. in caput XXIII.

Veſtimẽta. Si ueſtimenta empturus, gyras unum negotiatorem & alterum, & ubi meliores ueſtes inueneris, & precio uiliori, ab illo comparas: Quomodo non oportet populum circuire omnes doctores, & inquirere ubi ſyncera ueritas CHRISTI Syncera ueritas. ue nundatur, & ubi corrupta, & animum confeſsiones cognoſcere, & ueriorem eligere pluſquàm ueſtimentum.

Si propter aliquam utilitatem, uel neceſsitatem mundialem, proficiſci uolueris ad aliquem locum, cuius uiã ignoras, Viæ ignorantia. nunquid propter ignorãtiam uiæ diſcedis à profectione propoſita? Non, ſed experiris nũc iſtam uiam, nunc illam: & quos interroges quæris, & quum inueneris, rogas & poſtulas ut Scripturarũ ueritas. ſemitam diſcas: Et ſi uelis ſcripturarum ingredi ueritatem, non petis orationibus, non quæris in ſcripturis, non pulſas bonis operibus, non interrogas ſacerdotes, nunc iſtos, nunc illos, non inueſtigas qui ueri ſunt clauicularij ſcripturarum, non qui falſi.

HOMILIA XLV. in caput XXIII.

Familia. Populus. Sicut familia non regitur ſine flagello: Sic & populus nõ regitur ſine increpationibus, non gubernatur.

Tentatio. Sicut omnis tentatio fideles quidem ædificat magis, infideles autem deſtituit amplius: Sic & omnis increpatio diſci

plinæ

plinæ, religioſum hominem, & Deum timentem meliorem facit: irreligioſum autem & malum conturbat, & ad deterius ire compellit.

Sicut uas figuli igne probatur: Sic & bonum cor increpatione cognoſcitur. Vas figuli. Increpatio.

Vt regula eſt humanæ naturæ, ut omnis homo naſcatur duos oculos habens, & quinos digitos: aliquando tamen ut manifeſtentur opera Dei, naſcitur homo aut ſex digitos habens, aut oculos omnino non habens: Sic & homo extra regulam naturæ raro procedit, ut diſsimilis naſcatur filius parentibus. Regula humanæ naturæ.

Sicut arbor in fructu cognoſcitur, & fructus per arborem demonſtratur: Sic parentes cognoſcuntur in filijs, filij per parentes. Arbor. Fructus. Parentes. Filij.

Si litiges contra aliquem aduerſarium, & ſcis quod aliquid cogitat aduerſus te, dicis illi: Fac mihi, quod facturus es: Non iubes illi ut faciat, ſed oſtendis te intelligere quod cogitat facere: Sic & dominus ad Iudam dicebat: Quod facis, fac citius. Iudas.

Quid prodeſt meretrici, ſi nomen habeat caſtum? Sic nihil prodeſt peccatori, ſi ſeruus Dei dicatur. Meretrix. Peccator.

Sicut non omnes qui dominum uocant, domini ſunt, ſed qui faciunt domini uoluntatem: Sic non omnes qui in locis ſuis prædicant Apoſtolos, & Prophetas, & martyres, iam per hoc ſunt cultores eorum, ſed qui opera eorum imitantur, & fidem ſequuntur. Opera & fides.

HOMILIA XLVI. in caput XXIII.

Si tu uitioſum compares ſeruum, & uolueris mores ſuos ſcire, nonne pones ante illum ſaccum cum ſolidis, aut Vitioſus ſeruus.

aliquem concupiſcibilem cibum, & ſi quidem ſeruus ille incontinens fuerit, & ſine timore porrigat manum ſuam, & accipiat inde, nunquid male feciſti? Aut nunquid tu coëgiſti illum, ut male faceret? Non, ſed propalaſti malitiā eius: Sic & Deus dans hominibus occaſionem peccandi, ſi peccare uoluerint, non illos facit peccare, ſed manifeſtat pertinaciam cordis eorum.

Occaſio peccandi.

Serui peccatores.

Quum ſerui tui peccant, expolias unum, & iterum parcis ei, dicens: Niſi obſeruaueris, hoc paſſurus es: ſimiliter facis alteri. Non meliorantibus uero eis ſi incurrit unus, caſtigatur ſecundum peccatum ſuum, & uidetur quidem pro omnibus ille ſolus caſtigatus, quia quod alijs eſt promiſſum, illi eſt redditum: Reuera autem non pro alijs, ſed pro ſe caſtigatus eſt, quia ſecundum meritum culpæ ſuæ caſtigatus eſt. Ille enim pro alijs dicitur caſtigari, qui alijs peccantibus ipſe caſtigatur non peccans: qui autem peccans caſtigatur, non pro alijs, ſed pro ſe caſtigatur: Sic & generatio iſta, Iudæorum, ſcilicet pro patribus uidetur punita, quia illi territi ſunt, hi puniti. Vere autem non pro alijs, ſed pro ſe ſunt condemnati: quia ſic peccantes iuſte damnati ſunt.

Generatio Iudæorum

Benignus rex.

Sicut rex benignus audiens criminoſas perſonas, lege quidem compellente, ipſe mortis ſententiam aduerſus eos dicit, tamen miſericordia inſtigante lachrymas fundit ſuper eos, & uult eos adiuuare, & non poteſt, contradicente ſibi iuſtitia: Sic & Dominus ipſe quidem mortis ſententiam dictabat ſuper IVDAEOS, dicens: Ecce ego mitto ad uos Prophetas, & ex ipſis occidetis, ut ueniat ſuper uos ſanguis iuſtus. Ecce ipſe eos miſerabili lamentatione plangebat, dicens, Hieruſalem, Hieruſalem. Nam Deus in-

nitus

uitus compellitur cum magno dolore peccatores condemnare.

Sicut pulli gallinarum paſtum ſuum quærentes, per diuerſa uagantur, & maternis uocibus congregantur ad ipſam, et iterum ſimpliciter paſcentes diſperguntur, & iterum maternis uocibus congregantur: Sic & populus Dei carnalem uoluptatem, & mundialem concupiſcentiam ſequentes, per diuerſos uagantur errores, quos eccleſia mater per ſacerdotes modo increpationibus, modo blandimentis, quaſi quibuſdam uocibus congregare, & allectare feſtinat. Pulli gallinacei. Populus Dei. Eccleſia mater. Sacerdotes

Quemadmodum gallina habens pullos, uocando illos non ceſſat, ut aßidua uoce uagoſitatem corrigat pullorum ſuorum: Sic & ſacerdotes in doctrina ceſſare non debent, ut ſtudio ſuo, & aßiduitate doctrinarum ſuarum negligentiam populi errantis emendent. Gallina. Pulli. Sacerdotes

Quemadmodum gallina habens pullos, non ſolum ſuos calefacit, ſed etiam cuiuſcunq; uolatilis filios excluſos à ſe diligit quaſi ſuos: Ita & eccleſia non ſolum ſuos Chriſtianos ſtudet uocare, ſed ſiue Gētiles, ſiue Iudæi, ſi ſuppoſiti illi fuerint, omnes fidei ſuæ calore uiuificat, & in baptiſmo generat, & in ſermone nutrit, & materna diligit charitate. Gallina. Pulli. Eccleſia neminem non uocat.

Sicut corpus anima recedente prius quidem frigeſcit, deinde putreſcit, & ſoluitur: Sic et templum ueſtrum Dei ſpiritu recedente ab eo, primum quidem ſeditionibus & indiſciplinationibus replebitur tyrannicis, quaſi Deo iam illud non gubernante, deinde ueniet ad ruinam. Corpus exanime. Templum.

Sicut ante mortem hominis inſanabilis procedit infirmitas: Sic & ante ruinā hominis, aut loci alicuius, aut ciuitatis, inemendabilia præcedunt peccata. Inſanabilis infirmitas.

Pulli gallinacei. Accipiter. Iudæi. Rex Romanus.

Sicut pulli frequenter à matre uocati, quum non obaudierint, neque ſequuti fuerint matrem, matre longius abeunte, aut uenit accipiter, & diſpergit eos, aut longius euagantur ut pereant: Sic & domino Iudæos frequenter uocante, quoniam non obaudierunt, neque ſequuti ſunt eum, recedente illo ab eis ad gentes: uenit accipiter rex Romanus, & partem quidem eorum comedit fames & gladius, alij autem per ſingulas prouincias diſperſi ſunt, ut perirent.

Membrum à corpore præciſum. Hæretici.

Sicut membrum à corpore præciſum uiuere non poteſt, neque ramus arboris uiridis eſſe: Sic & omnes hæretici præciſi à corpore unius eccleſiæ, nec uitam CHRISTI *in ſe habere poſſunt, nec uiriditatem gratiæ ſpiritualis, ſed eſt eccleſia eorum deſerta.*

HOMILIA XLVII. *in caput* XXIIII.

Domus prolapſa. Fundamentum. Popularium peccata. Sacerdotium

Si pars aliqua domus fuerit deciſa, cum labore tamen poſſibile eſt ut reparetur: ſi autem ipſum fundamentum fuerit conquaſſatum, quid faciat paterfamiliâs, niſi in aliquo loco noua faciat fundamenta, & lapides de priori domo tranſuectans, aliam ſibi ædificet domum? Sic & in ſpiritualibus ſi quidem populares peccauerint, per pœnitentiam corriguntur: ſi autem diſſipatum fuerit ipſum ſacerdotium, quod eſt populi fundamentum, quid faciat Deus?

HOMILIA XLVIII. *in caput* XXIIII.

Caſta mulier. Eccleſiæ fides.

Sicut omnis mulier quamdiu non admonetur à malis hominibus, non bene cognoſcitur, utrum ſit caſta: ſi uero admonita, conſcientiam uel fidem uiro ſeruauerit, nunc merito caſta laudatur: Sic eccleſiæ fides non bene cognoſcitur, niſi

niſi Antichriſti uenerint ad eam. *Antichriſti*

Sicut quum domus incendio comprehenditur, omnes latrones conſurgunt, quærentes unuſquiſque quod rapiat: Sic quando caſus ſpecialiter tunc Iudæorum, aut generaliter, aut modicum Chriſtianorum fieri cœperit, omnes dæmones ſpirituales latrones inſurrexerunt, per ſuos miniſtros quærentes unuſquiſque quem perdant. *Incendium Latrones. Caſus. Dæmones.*

Homo circa mortem phantaſias uidet: Sic & mundus in exitu ſuo multos patietur errores. *Phantaſiæ Errores.*

Sicut qui corporaliter oculos habet acutos, de longe proſpicit uenientem, an amicus eius eſt, an aduerſarius: Sic qui mentem à peccatis habet mundam, de longe conſyderat, homo Dei eſt ille qui uenit, aut homo diaboli. *Acutũ cernens. Mens ſceleris expers.*

Quemadmodum ſi rex in bello uictus atque fugatus ab alio rege, indueret indumentum regis illius uictoris, & in parte ſua erigat ſimile ſignum ſigno regis illius, ut ille populus uictoris ſchema ſui regis aſpiciens, & ſignum partis ipſius, dum putat ſe ad proprium currere regem, incurrat in manus aduerſarij ſui: Sic & diabolus ſubornat miniſtros ſuos ſub nomine CHRISTI, *ut uolentes homines ire ad* CHRISTUM, *ſimilitudine nominis tenebricati, ad diabolum uadant.* *Victus & fugatus rex Miniſtri diaboli.*

Quemadmodum ſi quis in campo quodam tabernaculo circundatus ſit, ſi aliqua ſurrexerit tempeſtas uentorum, ſonum quidem tempeſtatis audit, uexationes ſyluarum uidet, ipſe autem flatum non ſentit: Sic qui intra iuſtitiam ſedet incluſus, quando mundus concutitur, rumores turbationum audit, ſecularium miſerationes audit, ipſum autem concuſſio mundi non mouet. *Tabernaculum. Tempeſtas Iuſtitia.*

HO-

HOMILIA XLIX. in caput XXIIII.

Dies mortis. Sicut homo priuſquàm dies mortis eius aduenerit, languere quidem poteſt, mori autem non poteſt: Sic & Iudæa ante CHRISTVM uexata quidem eſt, perdita autem non eſt.

Aegrotus. Sicut ægrotus in doloribus poſitus omni homini oſtendenti ſibi aliquid ad remedium, facile credit, non dijudicans perſonas medicantium, neque diſcutiens artificia eorum: Sic & tunc (nimirum quum exurgent pſeudochriſti) ſancti in neceſsitate perſequutionum poſiti, & quaſi ægroti deſiderantes refrigerium CHRISTI, omnibus referentibus aliquid de CHRISTO, facile credent. *Pſeudochriſti. Sancti.*

Fumus. Tentatio. Sicut fumus ante ignem præcedit, ante uictoriam pugna: Sic & ante gloriam CHRISTI, tentatio Antichriſti.

Aquilarũ filij. Sicut filij aquilarum ad ſolem probantur, ut ſi quidem recto aſpectu potuerint intendere contra radios ſolis, intelligantur eſſe legitimi: ſi autem non potuerint, cognoſcantur adulterini: Sic & filij Dei ad CHRISTI iuſtitiam comprobantur: ſi enim potuerint pleno corde iuſtitiæ uerba ſuſcipere, intelliguntur eſſe legitimi: ſi autem non potuerint, cognoſcuntur de diabolo nati. *Filij Dei.*

Paterfamiliâs moriẽs. Patrefamiliâs moriente, tota domus eius turbatur, omnis familia plangit; & conſciſcis tunicis ſuis nigris ſe operiunt ueſtimentis: Sic & humano genere, propter quod fuerant omnia creata, circa exitum conſtituto, totus contriſtatur mundus, uniuerſa cœli miniſteria lugent, & candore depoſito, pro ueſtibus luctuoſis tenebris ueſtientur. *Exitus humani generis.*

Tempeſtas. Nubila. Sicut tempeſtas ſuſcitat nubila, nubila autem cooperiunt ſolem: Sic impiorum perſequutio ſuſcitabit transgreſsionem, tranſ-

tranſgreßio autem Chriſtianitatis obſcurabit candorem.

Sicut in uernali flatu arbores laxantur in folia & fructus: Sic perſequutionibus excitantur animæ ad uirtutem. Vernus flatus.

HOMILIA L. in caput XXIIII.

Sicut quando uidemus ſenem hominem, ſcimus quia propemodum moriturus eſt, quando autem, neſcimus: Sic & mundum quando perturbatum uidemus, caſurum cognoſcimus, diem autem ignoramus. Silicernius ſiue ſenex. Perturbatus mūdus.

Sicut morituros ſe eſſe quotidie audiunt homines, nā quotidie alios mortuos uident, & tamen non credunt ſe morituros: Ita etſi audiunt periturum mundum, tamē non credunt. Mors quotidiana.

Niſi grana in cortice fuerint molita, & depoſuerint cortices, & furfures, & proceſſerint ſecundum quod ſunt abintus, quamuis aquam acceperint, non coniunguntur ad alterutrum, ut fiat ex omnibus unus panis, quamuis & fermentatum acceperint, non fermentantur: Sic & homines niſi moliti fuerint ſub uerbo, id eſt, catechizati, ut depoſitis corticibus ſpirituales efficiantur: quamuis & aquam baptiſmatis acceperint, quamuis uerbum fuerit in eos miſſum, ſicut fermentum, non conueniunt in idipſum, nec poſſunt ſapere unum, ut unum corpus efficiantur, quia moliti non ſunt. Grana. Catechizati. Spirituales

Sicut inter duos lapides molares teritur triticum, & ſeparatur à cortice ſua, & fit ſimilago munda: Sic fideles in medio deſuper quidem urgente ſe uerbo Dei ad fidem, & iuſtitiam, inde autem uerbo impio ſe compellente ad infidelitatem atq; peccatum, conteruntur, & carnalia ſua uniuerſa deponunt, & ſpirituales efficiuntur. Lapides molares. Fides. Iuſtitia.

HOMILIA LI. in caput XXIIII.

Sicut uas quàm diu plenum eſt de aliquo, non recipit ſuper- Vas plenū.

permiſſum: ſi autem uacuum fuerit, recipit omne, quod mittitur: Sic homo quamdiu occupatus eſt malis, non recipit bonum, & quamdiu occupatus eſt bonis, non recipit malum.

Occupatus bonis et malis.

Pater familiæ. Villicus. Coloni.

Si paterfamiliâs ſuper poſſeßionem ſuam uillicum ponit, ut non cum ſingulis colonis habeat cauſſam, ſed de ſolo uillico omnium exigat rationem: Si ergo inter colonos aliqua indiſciplinatio fuerit fœda, unuſquiſq; pro ſuo delicto reus efficitur, uillicus autem pro omnium delictis. Et ſi bene redditum ſuum reddiderint, unuſquiſq; quidem pro ſua fide laudatur, uillicus autem pro fide omnium remuneratur: Sic & Deus in populo ideo ordinat ſacerdotes, ut actuum eorum ipſi diſcutiant rationem. Ideoq; peccante populo unuſquiſq; quidē pro ſuo malo punitur, ſacerdotes autem pro peccatis omnium. Et bene agente populo, unuſquiſq; quidem pro ſuo bono remuneratur, ſacerdos autem pro bonis omnium.

Sacerdotes cur ordinati.

Pluuia. Viſitatio amicorum.

Sicut ſemper pluuia bona eſt, maxime tamen grata eſt tempore ſiccitatis: & uiſitatio amicorum ſemper quidem ſuauis eſt, multo tamen ſuauior in tempore luctus: Sic & conſolatio ſacerdotis, & doctrina ſemper oportuna eſt, maxime autem in tempore perſequutionis.

Neceſſarius nauis gubernator. Mites. Neceſſaria ſacerdotis doctrina.

Sicut nauis tunc præcipue gubernatorem neceſſarium habet, quando tempeſtatem patitur, quando autem proſperata eſt, ipſa ſe dirigit: & miles tunc præcipue neceſſariam habet annonam de rege, quando bellum & periculum inſtat: quando autem pax, undecunq; poſſunt ſe milites ſuſtentare: Sic eccleſiæ, præcipue in tempore perſequutionis, doctrinam ſacerdotis neceſſariam habent, quaſi ſpirituales milites ſpiritualem annonam: quando autem ſecuritas eſt, unicuique naturalis ſufficit intellectus.

Sicut tubicina commiſſo bello pugnantem exercitum circuit, & bellicos cantus in tuba decantans, milites animat ad uirtutem: Sic & ſacerdos perſequutione imminente exponens in populo fortiſsimorum martyrum glorioſa pericula, & inenarrabiles regni cœleſtis coronas uincentibus præparatas. Tubicina. Sacerdotũ exhortationes.

Sicut infantibus eſca mutatur ſecundum ætatem: Sic in populo ſecundum uirtutem doctrina temperatur. Infantium doctrina.

HOMILIA LII. in caput XXV.

Quemadmodum quum manducas, & bibis, non anima manducat, ſed corpus: res enim incorporalis corporali cibo non paſcitur: Sic quum uir mulieri, aut mulier uiro coniungitur, non anima copulatur, ſed corpus. Cibus. Potus. Coitio.

Sicut lucerna niſi ei ſubminiſtraueris oleum, extinguetur: Sic uerbum fidei noſtræ, quod credentes accepimus, niſi aſsiduis nutriatur doctrinis, aut meditationibus ſcripturarum, extinguitur, & non ſatis illuminat animam. Lucerna. Oleum. Verbũ fidei doctrinæ.

Sicut oleum lumen lampadis fouet: Ita opera bona ſubminiſtrant confidentiam fidei, ac uigorem accendunt. Oleum. Opera bona.

Sicut qui obuiam uadit alicui, in uia ſtat, & expectat eum, quamdiu ueniat: Ita qui credit in CHRISTVM, ſic debet in hoc ſeculo uiuere, quaſi peregrinus, & non in ſuis, ſed in tranſitu poſitus. Obuiam iens. Peregrinus

Sicut lampas non ex oleo accenditur, ſed ab igne, per oleum tamen nutritur, & niſi oleum ei ſubminiſtraueris, extinguitur: Sic & fides non ex operibus accenditur, ſed ex uerbo Dei, & tamen per bona opera nutritur, & niſi ſubminiſtraueris ei opera bona, deficit. Lampas. Fides. Bona opera.

Quemadmodum ſuperuenturo ſponſo feſtinat ſe ſponſa componere, ne forte ex aliqua parte diſpliceat ſponſo: Ita Sponſus. Sponſa.

ſinguli ſemetipſos iudicabunt.

Deformis & languēs uirgo.

Sicut uirgo deformis & debilis ſine cauſſa ſe componit: Sic & peccatores in fine mundi fruſtrà ſe præparabunt.

Rex cum tyranno cō flicturus. Militaris diſciplina.

Sicut rex cum tyranno bellum facturus, ſi uoluerit aſpicere exercitum, & conſyderare arma illorum, iubet mitti tubam, ut fiant admoniti. Tunc omnes milites feſtinant arma ſua aſpicere, ubi ſit gladius eius, ubi lorica ſit poſita, ubi lateat ſcutum, & qui ſecuritatis tempore arma ſua ſtuduit immaculata cuſtodire, paratus & lætus currit ad inſpectionem: & qui tempore ſecuritatis gladium ſuum euaginare dimiſerit, aut loricam ſordeſcere, ſcutum frangi aut rumpi, quum audierit tubam, & ipſe quidem excitatus timore feſtinat limare gladium ſuum, detergere loricam, ligare, aut ſtringere ſcutum, ſed non poterit celare negligentiam ſuam, quum urgens neceßitas non permittat longi temporis opus implere:

Malus ſeruus.

Sic & domino abſente malus ſeruus non aſpicit opera ſua, quid facit, quid non facit, aut quomodo credit: nec cogitat quia uenturus eſt dominus eius, & opera perſpecturus, & fidem: Sed quum uiderit eum uenientem de longe, tunc aſpicit opera ſua, tunc incipit feſtinare, ſed nihil ei proderit feſtinatio, quia multorum dierum negligentia non poteſt una hora expleri.

Oleum. Lucerna. Opera.

Sicut infuſo oleo augetur lumen lucernæ: Sic qui ſibi bene conſcius eſt, conſyderatione operum ſuorum bonorum ſeipſum confortat.

Male ſibi conſcij. Infidelitas.

Sicut ſubducto oleo, minuitur lumen lucernæ: Sic ſibi male conſcius, conſyderatione operum ſuorum malorum ſe confundit, & infidelitati ſuæ addit adhuc diffidentiam.

HOMILIA LIII. in caput XXV.

Sicut

Sicut qui ſeminandi cauſſa accipiens ſemen, tempore ſeminationis non ſeminauerit, damnum facit domino ſuo, & ſi non perdiderit ſemen, eſt tamen tantum damnum, quantum poterat lucrum facere, ſi oportuno tempore ſeminaſſet: Sic qui accipit fidem CHRISTI, *& in hoc ſeculo ſeminationis non fuerit operatus iuſtitiam, & ſi fidem ſuam non perdiderit, tamen tantum uidetur peccaſſe, quantum potuit iuſtitiam facere, ſi non neglexiſſet.* Sementis neglecta. Fides CHRISTI

Sicut pecunia hæc corporalis quidem, ſi ſit in ſacculo incluſa, ipſa eſt ſemper ſola: ſi autem fuerit agitata de manu in manum, uſu ipſo multiplicatur: unde uſura dicitur ab uſu: Sic & fides CHRISTI, *ſi quidem ocioſa teneatur in corde, non ſolum ipſa manet, quæ fuit, ſed adhuc minoratur in otio, & torpeſcit, & ſegnis efficitur, & paulatim per actus carnales exinanita ad nihilum uadit: Si autem exercitata fuerit ſcripturis, & loquutionibus aßiduis ſuſcitata, operibus bonis uirtutificata: non ſolum dico multiplicabitur: ſed numquàm deſinet creſcere, donec uiuet homo.* Pecunia. Vſura. Ocioſa CHRISTI fides. Scripturæ. Loquutiones.

HOMILIA LIIII. *in caput* XXV.

Sicut in nocte rerum facies non apparet, ſed & gemma quaſi lapis uidetur, & lapis quaſi gemma exiſtimatur: Sic & ante aduentum CHRISTI, *humanorum cordium non apparebat differentia, ſed & mali quaſi boni ſuſtentabantur, & boni quaſi mali contemnebantur.* Nox. Rerum facies. Cordium diſcrimen.

Sicut in tempore hyemis inter uirides & aridas arbores diſcretio non eſt, ſed quum uenerit tempus illud beatum uernale, diſcernuntur: Ita nunc unuſquiſque ſecundum fidem ſuam, & ſecundum opera ſua manifeſtabitur. Hyems. Fides & opera.

CHRYSOSTOMVS HOMILIA IN MATTHAEVM II.

Sanitas. Scripturarum meditatio. Mentis oculus. Prata ſpiritalis eloquij.

Sicut corpus quod aëris puritate perfruitur, maiore ſanitatis gaudet uigore: Sic fit profecto etiam anima ſapientior quæ ſcripturarum meditatione nutritur. Nonne uides etiam corporis oculos cum in fumo forte remorantur, lachrymas ſemper effundere? Si uero potiantur aëre purgato, & florẽtibus pratis & hortis uirentibus, & fontibus inter amœna lucentibus, & ſaniores eſſe multo utique maiore aciei fulgore rutilare. Talis profecto eſt mentis oculus. Si in pratis ſpiritalis paſcatur eloquij, erit totus ſine dubio purus ac lucidus, & acutius cuncta perluſtrans.

HOMILIA III.

Diuitiæ uirtutum.

Sicut aurum, ueſtemq́; pretioſam, cum in publico ponimus, plurimos ad inſidias prouocamus. Si uero ea recõdamus atq; occulamus domi, in tuto cuncta ſeruabimus: Sic ſunt etiã diuitiæ uirtutũ. Si eas in memoria, quaſi uenales aſsidue portemus, armamus hoſtem, irritamus inimicũ, & doloſum inuitamus ad furtum. Sin uero nemo id alter ſcierit, niſi quẽ nulla occulta latere poſſunt, tutiſsimo in loco precioſa conſiſtent.

HOMILIA IIII.

Leo. Furor animi.

Leonem quidem mitigas reddiſq́; tractabilem, furorem uero animi tui omni prorſus efficis leone ſæuiorem. Si ſeruus domum patris nequaquàm ingreditur, cum beſtia furiis effectus, quando poteris ipſum uel intrare ueſtibulum? In mitigãdo leone, cũ duo ſint impedimenta uel maxima, quod fera ipſa ratione priuatur, & longe amplius animantium alterius generis excedit furorem, tu tamen de copia donatæ tibi à Deo ſapientiæ, ipſam ſuperas arte naturam. Qui igitur naturam

uincis in beſtijs, cur in teipſo naturæ obfuſcas bonũ, dum malum adamas uoluptatis? Beſtias feras ad manſuetudinis proue his dignitatem, teipſum de throno deijciens & honore regali, ad animalium irrationabilium furorem cogis. Ponamus iram quoq; beſtiam quandam eſſe. Quantum igitur ab alijs erga mitigandum leonem, ſtudium datur, tãtum tu erga iracundiam impende curam, & effice huiuſmodi cogitationem mitem atq; manſuetã. Siquidem hæc fera et unguibus ſæuiſsimis armatur & dentibus: niſi illam ſolicite manſuefeceris, cuncta ſimul diſperdet & lacerabit. Nullus leo, nulla ſic uipera uiſcera queunt humana laniare, ut hominis iracundia, ferreis quibuſdam unguibus uniuerſa confodiens. Neque ſolum corpori nocet, ſed etiam ipſius corrupit animæ ſanitatem: Cũctas ſiquidem eius omnino uires diſcerpit ac deuorat, eũq; ad omnia inutilem reddit: Nonnulli hominum uermes quoſdã in inferioribus corporis nutrientes, ne reſpirare quidẽ ſinuntur uexatis profecto obeſisq; uiſceribus: nos tamen uenenatam in nobis alentes uiperã, iram dico, quæ omnia hominis interiora depaſcitur, quid inquàm ſanum aut forte poſſumus cogitare? Quonam modo ab hac tam noxia peſte fugiemus? Si illam utiq; potionẽ bibamus, quæ omnes intra nos uermes, ſerpentesq; mortificet. Et quod nanq; eſt, inquis, poculum iſtud? pretioſus ſcilicet ſanguis CHRISTI, *ſi cum fiducia utiq; ſumatur. Omnis enim hoc remedio morbus extinguitur.*

Iracundia.

Vermis nutriens.

Precioſus CHRISTI ſanguis, cũ fiducia ſumptus; malis omnibus ſemel liberat

HOMILIA V.

Vbi ſemen eſt, ibi etiam multiplicatio fructuum conſequitur. Tu uero ſi terram quidem pinguem ac fertilem coleres, & quæ plurimum eſſet oportuna ſeminibus, non tantum illam propriam horream ſeminando uacuares, ſed etiam mu-

Fertilis terra.

tuaueris aliunde quod ſereres: maximum nanque detrimentum putares, ſi in re tali diligeres parcitatem: In cœlo uero operans, atque ibi fructum requirens, ubi nulla aëris inæqualitas, corruptio nulla uentorum, ſed plurimo ubique cum fœnore ſemina iacta proueniunt, cunctaris atque diſsimulas, nec intelligis quia poſsimus & parcendo perdere, & ſpargendo colligere. Sparge ergo ne perdas, noli retinere ut magis congreges.

In cœlo operans.

HOMILIA IX.

Theſaurũ terræ infodiens.

Agricola.

Qui theſaurum ſuum terræ defodiunt, ne illum defodiendo transferant in cœlum, tale quiddam faciunt, quale, ſi agricola accipiens frumentum terra fertili ſeminando, uberem quidem agrum relinquat, in lacum uero frumentum omne demergit, ut eo nec ipſe potiatur, & frumentum ſui corruptione depereat.

HOMILIA VI.

Ruinoſa domus.

Itaq; his ſimiles ſumus, qui cum male maceriatam ac ruinoſam uideãt domum ipſam, qualem reſtituere negligũt, amplos autem ei hortos in circuitu præparant: aut illis qui quamuis morbo conficiantur, cura tamen ualetudinis neglecta aureas ſibi ueſtes contexunt: aut mulieri, quæ cum aduerſa ualetudine nimium laboret, nullum ægrotationis remediũ, ſed ancillas & ornamenta, cæteraq; huiuſmodi perſuademus ſibi ſtudeat comparare: Non aliter ſane nos, cum anima noſtra modo in furore, modo cupiditatis ardore, nunc maledicendi ſtudio, nunc inanis gloriæ iactatione mirabiliter uexetur, ac humi iacens, ac ſecum ipſa diſsidens, ab innumeris laceretur feris, non ut ipſam curemus, ſed ut magnificas ædes cõſtruamus, & gregem ſeruorum, cæteraq; huiuſmodi acqui

Anima miſere diuexata.

ramus,omni ſtudio atq; cura uigilamus: Et ſi urſa fugā à ca- Vrſa.
uea ceperit,domos præcludimus,uicos obſidemus,ut interce
pta nemini noceat: Nunc uero cum non una beſtia,ſed mul-
tæ atq; obſcœnæ cogitationes omni beſtia ferociores animā Cogitatio-
noſtram lacerent,nec ſentire quidem uidemur, & urbium ſa nes.
ne habitatione adeo prouidemus, ut uel in deſertis locis,uel
in uallatis atq; munitis atrocem feram coërceamus: in anima
uero noſtra,ubi locus conſilij eſt,ubi regia ſedes ad regale ſo
lium omnia perturbantes magna licentia conſcendunt: pro-
pterea ad inferiora depellũtur,quæ ſuperius ſtare debebāt:
omnia ſimul turbata conquaſſantur, urbana ſuburbanaq́;,
quæ intus,quæ foris ſunt: ciuitatiq́; ſimiles ſimus,quæ barba-
rorum incurſu conturbatur,aut auiculis,quæ dracone ad ni
dum ſerpente trepidæ ac conturbatæ circumuolant.

HOMILIA IX.

Ponamus aliquem ſeruum multarum pecuniarum, pro-
prio domino eſſe debitorem,uim quoq; perpeti ab iniquis ho Seruus de-
minibus,hunc ſeruum et aliquanta eorum,quæ habebat amit bitor.
tere. Si igitur dominus ualens cohercere raptorē, non quidē
ſeruo reſtituat erepta,ſed cuncta tamen quæ perdidit ſibi illa
computet reddidiſſe,nonne etiam lucra damni occaſione col
legit? Quod certe ab omnibus probatur abſq; ambiguo. Hoc
& in nobis, cum iniuſte aliquid patimur cogitemus,quia ſci- Iniuſte pa-
licet pro illatis iniurijs nobis remiſsionem accipiamus om- tiens.
nium peccatorum, aut ſi in uobis tanta delicta non fuerint,
clarioribus honoremus coronis.

HOMILIA XIII.

Vt ſi quis ægrotum,quem ad ſanitatem reduxit, iubeat il Aegrotus.
la non facere, ex quibus morbus ille contigerat: Ita etiam

Intempe-rantia. poſt baptiſmum, ieiunium contra uitiũ edacitatis induxit dominus. Nam Adam de paradiſo intẽperantia uentris eiecit.

HOMILIA XIIII.

Sicut qui præclara ueſte indutus eſt, fugit omnem ſordidam rem, ne coinquinet eam, & perdat gratiã candoris eius. Euchariſtiæ cuſtodia. Sic qui ſuſcipit Deũ in corpore ſuo et ſpiritu, ſollicitus eſſe debet, ne forte contaminet eũ, ſciens quia ſi contaminatus fuerit in nobis, ipſe quidẽ in ſua natura manet incõtaminabilis, tamẽ cõtaminationis iniuriam grauiter iudicabit noſtro interitu.

HOMILIA X.

Sopor. Altiſsimo torporis ſopore deprimimur, & illudẽt ia nobis phantaſmata ſomniamus, quaſi nocte omnino profundiſsima ſoporati. Nihil ſiquidẽ à ſomnij uanitate præſentiũ differunt rerũ figuræ, ſiue illæ triſtes, ſiue ſint ꝓſperæ. Exurgamus igitur Sol. à ſomno teterrimæ iſtius noctis, ut poſsimus ſolẽ uidere. Nemo enim ſolem dormiẽs intuetur, nec radiorũ eius decore oculos illuminat, ſed cũcta quæ ſe opinantur uidere, figmẽta (ſunt ſomnij.

HOMILIA XVIII.

Harmonia ſiue conſonãtia Euangeliſtarũ. Sicut ex diuerſis itineribus uenientes ad unam manſionem contendunt: Sic & Euangeliſtæ ex diuerſis occaſionibus loquentes, in unum ſenſum ingrediuntur.

HOMILIA XVII.

Puer gladiũ tenens. Quemadmodum nos cum gladium à puero teneri uideamus, etiam ſi nondũ uulneratũ eum cernamus, uerberamus tamen, ac ſæpe minantes denunciamus, nequando illum rurſus contingat: Ita etiam Deus inuerecundum coërcet aſpectum, Inuerecundus aſpectus. ne quandoque in ipſam quoque incidat actionem.

HOMILIA XXVIII.

Lutum. Mali. Vt lutum farinam, acetum uinum corrumpit: Ita mali homines

mines bonos. diſcedemus ergo à Babylone.

Si terrenus forte rex diceret nō poſſe diuitum quempiā in ipſius fulgere regno, aut aliquo decorari honore: nunquid nō certatim omnes abijcerēt inhonoratas diuitias? Si ergo apud terrenum regē, honorem nobis auferrent opes, continuo deſpicabiles fierent: rege uero cœlorum inclamante nobis ac dicente, difficile ſit nos cum diuitijs, diuinæ illius habitationis ueſtibulum intrare: non impendimus omnia?

HOMILIA XIIII.

Sicut cum aliquem uideris uinctum ceruice, manibus pedibusq; ferratum, propterea illum maxime miſerearis: Sic etiam cum uideris diuitem cunctis rebus omnino circundatum, nolite eum propter illa putare locupletem, propter quæ debes felicem uocare. Præter illa ſiquidem uincula, habet cuſtodem carceris ſæuiorem amorem pecuniarum, qui ſemel à ſe uinctum, nequaquàm de hoc carcere exire permittit, ſed mille illi imponit catenas roſtri, & ſeras atque cuſtodias, in interiorem illum conijciens carcerem, etiam delectari his uinculis facit. Et ſi intenta mentis acie animum inſpexeris, non modo ligatum, ſed & ſqualentem atque ſordentem, ac uermibus plenum uidebis.

Vinctus.

Diues ligatus, captus, ſordesq; uermibus factus.

HOMILIA XVI.

Sicut quanto acutius uiderimus, tanto magis diſcimus, quàm longe à cœli regione diſtamus: Sic etiam quanto ſuperius ad uirtutis oſtendimus excelſum, tanto amplius docemur, quàm ſit inter nos & Deum grande diſcrimen.

Acutum uidens.

HOMILIA XXI.

Quod oculus corpori, hoc intellectus animæ. Si enim nequaq̄ prorſus eligeres ornari auro, et ſerica ueſte circūdari,

Oculus mentis.

oculiſq; fœdari, ſed horũ proculdubio ſanitatẽ deſiderabiliorẽ rebus omnibus iudicares, quæ ſi tibi certe deperceat, nihil te iã tota uita delectat: quãto hoc magis pro oculis mẽtis debes efficere? Sicut enim poſtq̃ corporalium oculorum lumẽ extinctum eſt, omniã iam membra in miſeria uerſantur: Sic etiã in anima intellectus conſeruemus ſalutẽ. Si uero cæcamus iſtũ, quo alijs quoq; debemus lumen inferre: unde iam ipſi poterĩmus aſpicere? Sicut enim qui caput ipſum fontis obſtruxit, totum ſimul exiccauit & flumen : Sic etiam qui oculum mentis tenebris obduxit, omnes quoque uitæ iſtius actus una confuſione cæcauit. Si enim lumen tenebræ, ipſæ tenebræ quantæ erunt? Quando enim lucerna extinguitur, quando gubernator mergitur, quando dux ipſe capitur, quæ tandem obedietibus ſupererit ſpes ſalutis? Intellectum dedit nobis Deus, ut ignorantiam fugemus è mentibus, ut rectum teneamus iuſtumq; iudicium, atque ad alia huiuſmodi dirigamur, & contra diuerſarum impugnationum uarios incurſus hoc quaſi ſcuto uſi ac lumine, maneamus innocui atque muniti. Nos uero tantum hoc Dei donum temere prodimus propter ſuperflua ac uana prorſus. Quid enim prodeſt auratis armis milites refulgere, cum ducitur rex ipſe captiuus? Quod lucrum eſt ornatæ depictæq; nauis, cum ipſius mergitur gubernator? Quænam illa eſt bene compoſiti corporis pulchritudo, cum facies oculos amiſit? Quemadmodum igitur ſi medicum (cuius ad aliorum ægritudines depellendas ſanitas neceſſaria eſt) ipſum in ægritudinem mittas, & inde aurato cubiculo lectuloq; argenteo iacere præcipias, nihil proficiet omnino languentibus: Ita etiam ſi mentis principale corrumpens, quo ſcilicet ingruentibus potes uicijs repu-

Caput fontis. Lucerna. Gubernator. Dux. Intellectus. Socratica inductio. Medicus.

repugnare, theſauro feceris aſsidere, nonnihil omnino profeceris, ſed totam prorſus animam læſeris.

Auarus cæcus eſt. Amor nanq; pecuniarum pupillam mẽtis tuæ quaſi quidam malignus humor influxit, denſamq; iã nebulam prorſus operatus eſt, ſed & diſrumpi atq; diſpergi hanc nebulam facile eſt, ſi ſcilicet radium doctrinæ CHRISTI uolueris exhortantem admittere dicẽtem: Nolite theſauriſare uobis, &c. Auarus.

HOMILIA XXIIII.

Vita noſtra ludus eſt, & fortè quid deterius. Non enim tendit ad riſum, ſed ad intolerabilem quoq; portabit dolorẽ, eis qui mores ſuos non mature & diligenter inſtruunt. Quo enim diſtamus à pueris, ludendi gratia caſulas ædificantibus, nos qui ampla prætoria & clara conſtituimus? Quæ autem eſt diſsimilitudo inter corũ prandiola, ad ludum parata: & noſtra hæc ſplẽdide & delicate apparata cõuiuia? Nulla plane, niſi quòd ea quæ nos ad ſupplicium noſtrũ ſæpe facimus, quæ illi imitantur ad ludum. Nondũ uenimus ad maturitatẽ uirorum, quò cũ uenerimus, intelligemus hæc eſſe omnia puerilia. Nam & illos cum ad uirilem ætatem tranſimus, ridere conſueuimus ob ea certe ipſa, quæ cum pueri eſſemus, etiã ſtudioſe credebamus eſſe facienda. Nam & teſtas aliquando & lutum ſæpius aggerantes, non minus gloriabamur, quàm hi qui certatim amplas porticus & triclinia gaudent ſuperba conſtruere. Sed tamen peribant illa continuo & corruebant. Et ſicut nos, paruulos de illa flentes ſtructione ridemus: Sic iſti quoque uiri nobis de hac ſubuerſione mœrentibus, non modo non rident, ſed deflent. Quouſque luſibus occupamur, ac ſalutem noſtram ipſi deſpicimus ac prodimus? Vt pueri, Vita. Ludus. Pueri.

cum neglectis literis ad huiuſmodi nugas ſua ſtudia conuertunt, duriſſimis uerberibus ſubiacebunt: Sic nos quoque, qui in his rebus ſtudium omne conſumimus, cum à nobis ſpiritualium exigetur operum diſciplina, niſi quæ reddenda erunt habuerimus parata, horrenda illa ſupplicia perferemus. Et hæc quidem quibus nunc dediti ſumus, cuncta pariter euaneſcent: quæ uerò ex iſtis pœna colligitur, immortalis erit & perpetua. Quod quidem accidere ſolet in paruulis, quorum puerilis illa conſtructio à patre tota ſubuertitur, ipſi etiam uerberati poſt luſus ad lachrymas conuertuntur.

HOMILIA XXV.

Ignis. Studioſi & probi.

Sicut qui ignem obligat in ueſtimento, illum quidem non extinguit, ueſtem autem comburit: Ita etiam qui in uirtute poſitos perſequebantur, comprehendebant ac ſæpius colligabant, illos quidem ex his omnibus reddebant clariores, ſe autem omnino prodebant.

HOMILIA XXVII.

Morborum cauſæ atq; curæ.

Quemadmodum medici grauiſſimorum morborum cauſas atq; curam diligentius docent, ut in difficilioribus exercitati qui diſcunt, facilè quid ſibi in alijs faciendum ſit intelligant: Sic diuinæ literæ maxima delicta in medium poſuerunt, ut inde minora etiam committentes, facilius rationem curationis inueniant.

Fortis uir.

Ita non aliter factum eſt, quàm cum à barbaro quidam in acie fortis uir dimiſſo telo periculoſe percuſſus, neque id ſemel, ſed iterum, atque grauius perpeſſus, non ceſſerit, ſed undique ſanguine profuſus, magno in hoſtem impetu ruerit, confeſtimq; trucidauerit: Sic etiã Dauid, quanto magis ſau-

Dauid ſaucius.

ciũm dices, tanto maioris illum animi oſtendes, quĩ poſtquàm ita miſere depreſſus fuit atque deiectus, uelociter ſurgere, ac ante primam aciem ſtare, percuſſoremq́; ipſum humi ſternere potuit: quod quale quantumq́; ſit, hi maxime non ignorant, qui in ſummas peccatorum ærumnas deciderunt: non enim ita magni excelſiq́; animi ego iudico, ſi cum recte uadas, iter tuum felici curſu perficias.

HOMILIA XXIX.

Quomodo luxuria corruptus atque petulans, qui ad omnem corporis formam hiſcit, à dæmoniaco differt? non uidetur nudus ambulare, ſed corporeis quidem ueſtibus amictus eſt, ueris autem ueſtibus priuatus, non lapidibus ſeipſum cædit, ſed ſceleribus, quæ lapidibus duriora aſperioraq́; ſunt. Quis hunc iuuare poterit? Quo fit, ut nunquam ſit in ſeipſo, ſed in ſepulchris uerſetur. Sepulchra ſunt meretricum diuerſoria, cum multo fœtore, multa putredine ſunt repleta. Non minæ, non exhortationes ipſum ligare poterũt, omnia hæc uincula ſpernit: Sic auarus, &c.

Luxu perditus.

Dæmoniacus.

Sepulchra.

Auarus.

HOMILIA XXIIII.

Quantum malum ſit æternorum bonorum portione priuari, accipe Simile. Ponamus adoleſcentem aliquem eſſe mirabilem, eundemq́; & cũctis florere uirtutibus, & totius tenere orbis imperium, tamq́; in omnibus eſſe perfectũ, ut uniuerſos erga ſe homines patrio ardere faciat affectu. Quid nõ ergo iſtius patrẽ pati exiſtimatis libenti animo, ne talis filij priuetur alloquio, quod uero uel exiguũ, uel grande malũ non eſſe ſubiturũ modo, ut illum etiã uideat, atq; illius præſentia perfruatur, etiam ſi uirtutibus mille decoretur, deſiderabilis eſt, atque mirabilis, ut cœleſtium fructus bonorum, ac reſolui

Adoleſcens ſpectatiß.

& eſſe cum CHRISTO. Intolerabilis quidem res eſt etiam
Gehenna. gehenna, quis neſciat? & ſupplicium illud horribile. Tamen ſi mille aliquis ponat gehennas, nihil tale dicturus eſt, quale eſt à beatæ illius gloriæ honore propelli, exoſumq́; eſſe CHRISTO, & audire ab illo, Non noui uos, &c. Eſt enim ſatius, mille fulmina ſuſtinere, quàm uultum illum manſuetudinis, pietatisq́; plenum, nos tamen aduerſantem uidere, & illos totius trãquillitatis oculos nequaquam nos aſpicere ſuſtinẽtes.

HOMILIA XXX.

Arenoſa terra. Sicut terra arenoſa, quæ quamuis pluuiam ſuſceperit, tamen quia nullos in ſe tenet humores, ſemper adhuc aret: Sic febricitantes quantumuis biberint, calore totũ conſummante: quod biberint, ſemper adhuc ſitiunt: Sic & maligni homines quidquid boni uiderint, aut audierint, infidelitate totũ cõſummante, quod uident uel audiunt, ſemper uacui ſunt, nihil retinent eorum quæ audita ſunt.

HOMILIA XXXI.

Sicut gaudet medicus, quando ad eum ægrotantium multitudo proſequitur. Sicut lætatur rex quando eum magni exercitus manus armata circundat: Sic exultat ſacerdos, quando eum audientium populus magnus auſcultat.
Concionator.

HOMILIA XXX.

Nam æris quidem auidi beneuolos, niſi utiles ſibi ſint inimicos dicunt: Et liberum hominem ſi poſſent, libenter in ſeruitutem ſuam redigerent. Dæmoniaci uerò nihil huiuſmodi faciunt, ſed ipſi ſoli ſuo malo laborant, & illi quidem multas domos euertunt, nomenq́; Dei propter ipſas blaſphematur. Communis ærumna ciuitatum atque orbis totius: Dæmonibus autem exagitati lachrymas nobis ita mouent, ut eorum
Dæmoniaci.

facile

facile miſeriamur. Et iſti non ſentiunt plerunq; quod agunt, illi præmeditati omnia faciunt, medijs urbibus bacchantes, ac nouam inſaniẽtes inſaniam. Quãdo enim omnes ſimul dæmoniaci tantum facinoris committent, quantum Iudas ſolus commiſit? Qui ad extremam iniquitatem turpi pecuniarum ardore deuectus eſt, pariterq́; omnes qui illius auaritiã imitantur, quaſi feræ beſtiæ à catenis ſolutæ, cunctos homines nullo reſiſtente perturbant ac lacerant. Vt uincula quidem etiam his undiq; conie ſunt, iudicij timor, legum terror, multorũ odia, cæteraq́; huiuſmodi: ſed his ruptis omnia perturbãt, quod ſi quis hos nexus omnino ab eis auferret, tũc uideres peiore hos dæmone, q̃ dæmoniacos ac fortiore uexari. Iudas proditor.

HOMILIA XXXII.

Si ad imperandum regnandumq́; hoc caduco mortaliq́; regno, filius tuus abiſſet, nolles eum inde redire, ut ipſum uideres: nunc uerò cum ad meliora maioraq́; regna proceſſerit, parui temporis abſentiã ferre non poteris? Noli ergo plorare: reddidiſti enim depoſitum quod tibi creditum erat, non ſis ſollicitus, ſi uides in inuiolabili ærario theſaurũ tuum eſſe depoſitum. Quod ſi etiam tam præſentis uitæ, q̃ futuræ conditionem intellexeris, & hanc quidem aranearum telam eſſe, atque umbram, illam autem immobilem, & æternam eſſe, non indigebis ulla ratione. Filius regno deſtinatus. Aranearũ tela.

HOMILIA XXXV.

Illum abiſſe in prata florentia cũ putes, ingentes cur aduerſum te fluctus ſuſcitas tempeſtatis? Hic autẽ fluctus præſentis uitæ pernauigauit. Nihil mirabile aut nouum factum eſt: Nam eadem ipſa quotidie reuolui uidemus: diem nox, noctem dies, hyemem æſtas, æſtatem hyems modo præcedit, Aduerſum te.

modo

modo ſequitur, nec plus quicquam eſt, & hæc quidem eadē ſemper: Ita & homines moriuntur, unus poſt alium.

HOMILIA XXXIIII.

Cum nemo in arena ſeipſum exerceat, quomodo aliquis in certamine inſignis erit, atque conſpicuus? Quis unquam athleta non ab ineūte adoleſcētia in paleſtra corroboratus, potuit in Olympicis, excelſo & magno animo aduerſarium aggredi? An non oportet quotidie luctari atque currere? Nonne uidetis eos quos certaminum athletas appellant, cum nullum forte reluctatorem repererint, ad ſaccum arena plenum uires ſuas excitare, iuniores cum iunioribus, quaſi cum aduerſario pugnam inire? hos imitari ſtude, ac ipſe tecum altioris philoſophiæ inſtituta meditare, ac confirma. Inſurge contra paſſiones, uince animi labes.

Athletæ.

HOMILIA XXXIIII.

Quemadmodum ſerpens totum ſeipſum tradit, nec minimum curat, ſi corpus inciditur, donec caput ſuum integrum ſeruet. Eodem tu modo fidem ſi cætera perdideris cures, profundas uniuerſam tuam pecuniam, tradas corpus, uitæ ipſius ſi opus eſt, minime parcas, dummodo fidem ſerues, quæ caput eſt & radix, qua ſeruata, etiam ſi omnia perdas, omnia tamen rurſus cum maiori magnificentia recuperabis.

Serpens.

Fides.

HOMILIA XXXV.

Cur regem omittis animæ, & ad præconia corporis refugis? Cur philoſopho ſpreto, interpretem nimia cupidine ardes? Si mulierem deformem, ſpecioſo uelamine adopertā cōſpiceres, nullo affectu mouereris: ſic econtra pati nō poſſis, ut ſpecioſa uelamine tegeretur: Idipſum igitur in anima etiāfacias, cui quaſi uelamē corporis pōdus circumpoſitū eſt, quod

Mulier deformis & ſpecioſa.

quod quidē qualitatem ſenſitiuam omnino deponere non pōeſt: animus autem cito à deformitate ad pulchritudinē tranſibit, dum uelit.

HOMILIA XXXVI.

Pax uera tunc præſtatur, cum quod tabo uel ſanie corruptū eſt, abſcinditur atq; proijcitur, quando factioſa & improba pars repellitur, uel omnino deſtruitur: Sic certe cœlis terra coniungi poteſt. Nā & medicus hoc modo reliquū corpus cōſeruat facile, ſi quod reduci ad ſanitatem nequit, ceciderit atq; abiecerit: Et militiæ dux ad ſoluendam militum conſpirationem, alterum in alterum concitat: Sic illius quoq; tempore turrim factā uidemus, quādo pernitioſa illa pax, per probatam diſcrepantiam diſſoluta, tranquillam atq; laudabilem reddidit: Sic Paulus qui contra ſe conſpirabant, diuidebat. Pax. Medicus. Militiæ dux.

HOMILIA XXXVIII.

Ego & Ioannes ad uos uenimus, idemq́; fecimus, quod uenatores ſolent facere, qui quando furaciſſima, captuq́; difficillima inſectantur animalia, nō una uia, ſed diuerſis, et nō diuerſis ſolū, ſed per cōtraria plerūq; aggrediūtur, ut ſi alterū effugerint, in alterum incidāt. Nā qui uniuerſum penègenus hominum maxime ieiunantes ſolet admirari, & duriciem uiuendi nimium approbare: idcirco ſtatim à teneris unguiculis diſpenſatione diuina duriter uixit Ioannes, ut adhuc ad credendum uerbis ſuis populi ducerentur. Venatores

HOMILIA XXXV.

Sicut quando æs effunditur, unde ſtatua confletur, nullam æris perditionem tunc eſſe dicimus, cum ad meliorem uſum traducatur: Similiter de corpore tuo futurum eſt: mors ipſa & mortalitas deſtruitur corruptione carnis, non ſubſtantia corporis. Aes. Mors.

HOMILIA XXXVI.

Sacerdotes Stomachus

Sacerdotes prælati ſunt in populo, ſicut ſtomachus in cor pore hominis: Si ſtomachus dolet, corpus ægrotat, &c.

HOMILIA XXXVIII.

Bonæ uolũ tates.

Sicut de gemmis flores: Ita de bonis cogitationibus naſcũ tur bonæ uoluntates. Sicut autem flores non poſſunt proce dere, niſi fuerit gemma: Sic bona uoluntas naſci non poteſt, niſi præceſſerit in homine cogitatio bona. Poma ſunt opera iuſtitiæ. Sicut ante pomum flos: Ita ante opus bonum uolũtas bona. Arbor non proferet fructum, quæ iuxta uiam eſt: Ita qui in mundo uiuunt.

HOMILIA XXXVIII.

Sordes. Aures. Meretricius cantus. Fabulæ.

Sicut ſordes & limus aures corporis obſtruere ſolent: Sic meretricij cantus, fabulæ huius ſeculi, aures mentis ſolent ob ſtruere, atq; immundas facere: quaſi enim ſtercus auribus ue ſtris immittunt huiuſmodi colloquia, & quod barbarus ille minabatur dicens: Comedetis ſtercus ueſtrum, id nunc multi non uerbo, ſed re in uobis faciunt, imo uero multo peius at que fœdius.

HOMILIA XXXIX.

Mare. Diuites auari.

Quemadmodum ſine fluctibus mare nunquam cõſpicitur: Sic animos diuitum auarorũ abſq; ſollicitudine, tremore, tur batione, curis, periculis, nunquam reperies, ſed antequã prio ra componant, alia inuaſerunt.

HOMILIA LII.

Febricitans.

Quemadmodum ſi quis febricitans, plenum frigidiſſima uas aqua rapuerit ab aliquo, & eam peſtiferam bibendi cupi ditatem expleuerit, ac morti ſeipſum tradiderit, non eum un de aqua rapta eſt, ſed eum qui rapuit accuſamus, & ſibiipſi iniuriatum

iniuriatum cenſemus. Sic certo de auaris atque rapacibus cogitare debemus. Peiori nanque febri iſti laborantes, alienarum rerum rapina, habēdi cupiditate inflammantur. Si quis etiam furore concitus, gladio à latere cuiuſpiam rapto, ſeipſum occiderit, nónne qui rapuit ſibi ipſi iniuriam intulit, cū is à quo enſis raptus ſit, nulla ſit uexatus iniuria? Hoc ipſum quoq; in pecuniarum rapina fieri uidemus. Febricitās. Auari & rapaces.

HOMILIA XLI.

Bellum eſt in foro, pugnam quotidianā exhibent negotia, tēpeſtas & procella: Armis opus eſt. Opus eſt uētis, à puppi opus omnia diſcere, ut diei ſpatiū abſq; naufragijs et uulneribus tranſigatur. Multi per ſingulos dies ſcopuli, & frequēter illiditur ſcapha atq; ſubmergitur, olympia multi patrū ſæpe ſpectauerūt. Sicut per certaminū dies & noctes, nihil aliud præco nocte tota ſatagit, nihil curat, niſi ne prodiēs pugil turpe quicq̄ agat. Illi nanq; tibicini aſsidētes ſpōdent, nec aliquē alloqui, ne ſpiritus qui cōſumitur riſum mereatur. Si igitur coram hominibus pugnaturus tantā gerit prouidentiam, multo magis nos decet ſemper eſſe ſollicitos & curare, quibus tota uita certamē eſt. Omnis igitur nox ſit pernox, cogitemus quomodo diem tranſgreſsi, non mereamur riſum, & utinam riſum ſolum. In dextera ſedet patris agonotheta noſter. Præco. Milites Chriſtiani. Animæ neglectus.

HOMILIA XLII.

Non patimur domum ueteraſcentē cadere, neq; procellis labantem, animæ uero nulla ratio. Iumentorū diligentiſsimā curā habemus, canum etiā, animæ nulla ratio. Non tantū curæ impendimus animæ, quantū canibus, & tamen canes dici nolumus. Canis futuræ uoluptatis ſpe, præſentem contēnit, tu uero nō uis futurorum bonorum ſpe, præſentem contemnere? Canes.

Quod ille ex cõſuetudine, hoc tu nõ uis ratiõe perficere? hoc & accipitres & aquilæ facere dicũtur, quod an quadrupedibus & dorcadibus illi, hoc in auibus hi, & hi uero rurſum ex humana diſciplina. Sicut in ſpõſa licet thalami ſint uel operti aureis, licet mulierũ adſint pulcherrimarũ chori, licet roſæ coronæ, licet ſpõſus formoſus, licet ancillæ, amicæ licet oẽs, ſi illa deformis, utilitas nulla. Sicut econtra ſi ſit pulchra, nullũ ex ijs accidit nocumentum ſcilicet contrariũ. Ex illis ſi ſit turpis, uidebitur turpior, ex his uerò, ſi ſit formoſa, nõ formoſior fieret: Ita & in anima cum ſit decora, non tantum non indiget horum, ſed hæc potius eius obumbrant pulchritudinem.

Sponſa deformis & pulchra.

Ornatus animæ.

HOMILIA XLIII.

Meatus aquæ.

Malus homo.

Quemadmodum ſi quis claudere uoluerit meatum aquæ currentis, ſi una ex parte excluſa fuerit aquæ uiolentia, aliũde ſibi ſemitam rumpit: Sic peccatorum malignitas ex una parte confuſa, aliunde ſibi aditum adinuenit.

HOMILIA XLIX.

Iucundi acti labores

Omnibus laborantibus dulcis eſt finis. Viator libenter interrogat ubi ſit mãſio: Mercenarius frequenter cõputat, quã do annus completur: Agricola, ſemper tẽpus meßis expectat: Negociator die ac nocte thecæ ſuæ diſcutit rationẽ: Mulier prægnãs ſemper de decimo menſe cogitat: Sic ſerui Dei, libẽter de morte ſua cogitãt. Vbi enim theſaurus eorũ, ibi & cor eſt. Si haberes ſolidorũ quantitatẽ in arca tua, oculos illuc ſæpe haberes: Sic ſancti illum locũ aſpiciũt, ubi repoſitã habent coronam.

HOMILIA XLVI.

Sepulchrũ. Simulatores.

Sicut ſepulchrum quãdiu clauſum eſt, pulchrum uidetur à foris: ſi autem apertum fuerit, horribile eſt: Sic ſunt ſimulatores bonorum, quandiu non cognoſcũtur, laudabiles ſunt:

ſum autem cogniti fuerint, abominabiles.

HOMILIA XLVI.

Sicut ſerpētes uarij in corpore: Sic hæretici uarij in erro rib. Serpens ſuper uentrē graditur: ita hæretici cauſa uētris, & uanæ gloriæ omnia faciunt. Terrā manducat ſerpens, & iſti illos lucrãtur qui in terra ſunt, id eſt, carnales. Non ſolū ſunt ſerpētes, ſed & uiperæ, quarū natura eſt, ut rūpentes ui ſcera matrum naſcantur: Sic autores hæreſium, rumpentes fi dem matris Eccleſiæ, proceſſerunt ad principatum. Serpentes. Hæretici. Viperæ.

HOMILIA XLIIII.

Podagricos tibi ante oculos pone, qui quando acutis com pungūtur dolorum ſtimulis, & ſi mille offerres uehementius dolentes, ne reſpicere quidē dignantur. Non enim patitur in tēſus dolor, ut quaſi ocioſi de cæteris cogitent, ac inde cōſolen tur. Minime igitur nos huiuſmodi ſpes alat. Nam qui à malis aliorum originem trahit, in mediocri afflictione locū habet. Podagrici

HOMILIA XLV.

Quemadmodum acuti uepres undecunq; capiuntur atq; conſtringuntur, manus cruentant: eodem modo delitiæ, pedi bus, manibus, capiti, oculis, omnibus ſimiliter membris offi ciūt. Steriles autem ſunt, nullum, ſicut uepres fructum produ centes, ac multò magis, q̃ cætera penè omnia hominē cōfici unt. Delitijs enim ſenectus citius ſubrepit, ſenſus obtunditur, cogitatio retardatur, corpus diſſoluitur, maioris ſtercoris copia reconditur, atque reponitur: Ita ex ingenti afflictio num aceruo, nauigio nimium oneribus oppreſſo, crebra contingunt naufragia. Adeò mala delitiarum laſciuia eſt, ut irrationabilibus quoque peſtifera ſit. Nam ut uolu cres nimia ſaturitate, & ſibi, & nobis inutiles efficiuntur, Vepres. Delitiæ. Volucres.

ſuperfluitates enim indigeſtæ, ac putredo humidior à pinguedine oriuntur, quæ uero animalia nõ copioſe alũtur, ſed quaſi ieiunãtia, mediocri uictu ſimul et labore exercẽtur. Hæc animalia, tã ſibi ſanitatẽ ſeruant, q̃ nobis accommodiora ſunt. Quare qui his ueſcũtur, ſani uiuũt: qui uerò illis pinguiorib. uentres uoraciter replẽt, illis ſimiles efficiuntur, tardi, & ad ægrotandum aptiores facti, & ſtrictiora illis uincula cõparantes. Quare amentiã ipſorum inde maxime quis admirabitur, qui nec ita ſibi parcere uolunt, ut utribus cæteri. Nam qui uina huc illucq́; traducunt, nolunt nimiũ utres replere, ne diſtenti rumpantur: iſti uerò ærũnoſum uẽtrem, nec utris quidem dignitate condonant, ſed diſtentant & replent uſq; ad fauces, duplices, non ut animalia ſibi facientes anguſtias.

Vtres. Ventroſi.

HOMILIA XLVIII.

Margaritum. Prædicatio ueritatis adhærentis.

Qui margaritum habet, nouit ſe diuitem eſſe, etiam ſi ignotum nonnunquam illud ſit, cum paruo in loco margarita recondatur: Sic & in prædicatione ueritatis qui ei adhærent, totoq́; animo illã amplectũtur, opulentos eſſe non ignorant, quamuis infideles theſauri uim non cognoſcentes, fidelium opes contemnant.

HOMILIA XLVIII.

Veſtes continenter excutientes. Tineæ.

Et opulenti quidem qui cupiditate pecuniarũ inſaniunt, aſsiduè ueſtes ſuas, ne tineis corrodantur, excutiunt: tu uerò cum obliuio omnibus tineis peior ac maior peſtis, animam tuam deuoret, non accedas ad libros, non excuties tineas, nõ ordinabis animam tuam, non aſpicies continue imaginem uirtutis, nec membra eius et caput conſiderabis: habet enim certè caput & membra, omni muliere formoſa multò uenuſtiora ac pulchriora.

HOMIL. XLIX.

Agricola per totum laborat annũ,& in ipſo fine frequenter à ſpe decidit et multorũ fructu laborũ. Nauis gubernator & miles,ad ætatẽ uſq; nouiſſimã in prælijs & laborib.& frequenter uterq; remanet,ille quidẽ diuitiarũ oneribus omiſſis, hic aũt uictoria cũ ipſa uita. Quã igitur habebimus excuſationẽ quæſo,in ſecularibus quidem laborioſa proponentes,ut paululũ requieſcamus,uel neq; paululum: eſt enim ſpes incerta,in ſpiritualibus aũt econtra faciẽtes. In ſecularibus hominũ plures ita faciunt,& pro lõga quiete,breuẽ capiunt laborẽ,licet illis contrariũ eueniat. Hic enim labor quidẽ & lucri par portio,frequẽter autem in contrariũ labor quidẽ eſt infinitus,fructus aũt plerunq; exiguus quidẽ. In regno autẽ econtra modicus quidem labor,multa uerò uoluptas & immenſa.

Agricola. Gubernator. Miles. Secularia. Spiritualia.

HOMILIA L.

Nidus eſt præſens uita ex feſtucis & luto coagmentatus, licet mihi magnas ædes oſtentes,ſiue regias ipſas auro multo fulgentes & gemmis,nihil ab hyrundinum nido differre cenſebo. Hyeme ſiquidẽ inſtãte,omnia ſpõte corruent. Hyemem uerò uoco diẽ iudicij,nõ omnibus hyemẽ,quoniã & Deus noctẽ ſimul & diẽ uocat,illud quidẽ ad peccatores, hoc autem quantũ ad iuſtos. Itidẽ & ego nũc,hyemẽ ipſam uoco ſi nõ bene in æſtate alamur,ut poſſimus uolare inſtante hyeme. Non nos matres ſuſcipiẽt,ſed eſurire ſinent, perire,uel nido ruẽte perdi. Tanq̃ enim nidũ,quinimo & facilius q̃ nidum omnia Deus tũc deſtruct. Delens & tranſmutans omnia,uolatu uerò carentes,& iſtum non ualentes occurrere in aëra, ſed ita uulgariter enutriti,ne leues habeant pennas, ea quæ pati tales eſt uериſimile,patientur: Hyrundinum itaq; pulli cum con

Nidus præſens uita. Hyems. hyrundinũ pulli.

ciderint, ſtatim pereunt. Nos uerò non morimur, ſed continuo punimur. Hyems erit illud tempus, quinimo hyeme diffi cilius: non enim aquæ torrentes profluunt, ſed ignis flumina, non ex nubibus tenebræ conflantur, ſed inſolubiles, et omni luce carentes tenebræ, ut neq; cœlum uideatur, nec aër, ſed pluſquam terra obruti comprimantur.

HOMILIA L.

Linguæ cuſtodia. Magis uertice ipſo capitis linguam tuam cuſtodi: regius quidem equus eſt lingua. Si ei frenum immiſeris, doctrina tua gradarium feceris, aſcẽdet in eum rex, & quieſcet in eo: ſi autem nullo freno domueris, ſed huc atq; illuc infrenem iactari permiſeris, diaboli eum uehiculum feciſti.

HOMILIA LV.

Cœleſtis regis milites. Cœleſtis regis milites ſumus, ſpiritualia arma induti, cur igitur cauponarum abiectarum perſonarum, imò uermium uitam eligimus: cum ibi oporteat eſſe militem, ubi & imperator eſt? Militamus ſub eo qui prope adeſt, mortales imperatores non omnes in prætorio, & ad latus ſuum eſſe patiuntur, at uerò cœleſtis omnes prope ſedem ſuam eſſe deſyderat. Sit conuerſatio tua in cœlis & adeſt ei.

HOMILIA LV.

Agon. Præmia. Reges. Quemadmodum reges in equorum curſu atque certamine, in ipſo agone coronas, ueſtes, cæteraq; munera, ante certaminum oculos ponunt, ſic & dominus in medio ſtadio præmia locauit, & quaſi multorum manibus per uerba Prophetæ oſtendit. Et reges quidem iſti quoniam mortales ſunt, ſua facultas caduca, & liberalitas facile poteſt exhauriri, iccirco ut multa uideantur quæ donant, ſingulis ſingula munera miniſtris in medium producunt: rex uero noſter econtra. Nam

qui

qui immortalis & ditiſsimus eſt,nihil facit ad oſtẽtationem: omnia ſimul ante oculos collecta poſuit,quæ ſi quis per ſingula diuidat,innumera erunt.

HOMILIA LVI.

Quemadmodum qui ludicrum inſtituit agonem,ſi cui athletarum amicitiæ iungitur uinculo,nunq̃ eum niſi deſcenderit in certamine coronabit,qui proprium uidelicet laborem illius deſiderat,& quo magis eum diligit, eo magis uictorem eſſe cupit.Sic & Chriſtus quos maxime diligit,eos non ſolum auxilio ſuo duntaxat,ſed à ſeipſis uult probare. Agon. Chriſtus.

HOMILIA LIIII.

In hora mortis iucunda bene actæ uitæ memoria, quaſi tranquillitas poſt tempeſtatem ueniens, conturbatam facile animam conſolatur. Sed quoniam ſicut inſenſati uitam agimus,in decedendo ex hac uita proculdubio aderit. Nam qui uinctus propter ſua ſcelera fuerit,cum ſoluitur, cum ad iudicium produci queat,tunc maxime tremit,tunc formidat,quãdo ad tribunal iudicis iam appropinquat,quando ad relationem rationum iam deuenit. Iccirco terribiles uiſiones narrare ſolent morituri,quarum ſpeciem nullo modo ferentes & lectulos plerunq; ipſos magno iacentes impetu concutiunt, & toruis eos qui adſunt aſpiciunt oculis, uel quia ui à corpore reſcinditur anima,uel quia ſpirituum ſpeciem ferre non poſſunt:Si timemus terribiles homines,quid faciemus cum minaces angeli,& reſcindẽtes animã à corpore uirtutes nos inuadunt, cum à corpore anima tracta multum incaſſum defleť? Tranquillitas à morte. Morituri.

HOMILIA LIX.

Nihil arrogantia atque ſuperbia peius, quæ mentis quoque uires natura hominibus conceſſas ita deijcit, ut Arrogãtia atq; ſuperbia.

amẽtes ex prudẽtia, ac animo ſtolidos efficere uideatur. Nã queadmodum ſi quis cum ſtatura cubitus ſit, inſtar montium, imo etiam altiorẽ ſe putet, ac ideo ſeipſum quaſi mõtes exceſſurus erigat, nullũ aliud argumentũ inſaniæ ſuæ quæremus: Sic cum inflatũ hominẽ uideris qui meliorẽ ſe cæteris arbitretur, contẽniq; opinetur ſi cæteris conferatur, nullũ aliud ſignum uecordiæ hominis exquiras. Tãto quippe ridiculoſior is eſt, qui natura ĩnſanit quanto ipſe hunc ſibi morbum iniecit, nec hac re ſolũ miſer, ſed quia in miſeriæ fundũ ſe detruſit, ut nihil ſentiat. Quãdo enim is peccata ſua ut oportet cognoſcet? Quando nimiũ ſe delinquere ſentiet? Certe quaſi uile mãcipium, & miſerum captiuũ diabolus cum adduxit, agitatq; mille uerberibus & contumelijs quocunq; uelit.

Inflatus homo.

HOMILIA LX.

Si noſtra plerunque membra reſcindimus, cum incurabili morbo & ipſa tabeſcunt & reliquis officiunt, multo magis in amicis atque ſimulatis id faciendum.

membra reſciſſa.

HOMILIA LXIX.

Ora iſtorum qui ſecularium rerum rabie furiunt, comparanda non immerito cloacis ſordidiſſimis, illorum uerò ora qui quæ Dei ſunt loquuntur fontibus ſimilia, unde riuis liquidiſſimis fluenta mellis emanant. Imò non hac menſura, ſed acerbiore ſimilitudine ſcriptura utitur hic, uenenum, inquit aſpidum ſub labijs eorum, ſepulchrum patens guttur eorum, ſane bonorum ora non ſunt talia, ſed odoris plena ingentis.

Cloacæ.

Fontes.

Venenũ aſpidum.

HOMILIA LVIII.

Qui orans ieiunat, binas poſſidet alas quibus uẽtos ipſos uolando præteruehitur, non enim oſcitat, nec extenditur, nec

torpet

torpet orando ſed igne ardentior & terra ſuperior, quare terribilis hoſtibus redditur. Nihil enim homine probo oran te potentius. Nam ſi mulier crudelem dæmonibus iudicē, qui nec Deum timebat, nec hominem reuerebatur, flectere potuit, multo magis propicium Deum faciet, qui continuæ orationi adhæret, uentrem ſuperat, delicias ſpernit. Oratio.

HOMILIA LII.

Dic ſodes: Si ſtercore manus atq; cœno illitas haberes, au deres ne ita ſordidus orare? Minime inquies, atq; hoc tibi nul lum damnum inferret, illud omnium peſte pernicioſius eſt, ſci licet cum ſordeſcat manus homicidio, operationibus malis, os maledictione, detractione, contumelia, iracundis uerbis atq; obſcœnis, diſſoluto riſu, atque ſcurrilitate.

Si quis pedes tuos, ſtercore ſordidatis manibus ſupplican do tergeret, non modo non exaudires, uerum etiam calcibus expelleres. Quomodo igitur audes tu hoc modo orare? Nam qui orat, quaſi manu lingua utitur, qua genua Dei ſupplican do attingit. Nolite igitur ipſam maculare, ne Deus ad uos di cat: Si multiplicaueritis deprecationem, non exaudiam uos. Vita enim & mors in manibus linguæ.

HOMILIA LVII.

Dic quo liberis operam dediſti legitime, quamuis crimen illud non ſit, orare tamen non audes: conuiciatus autē & con tumeliatus, quod gehēnam tibi præparat, antequam teipſum mundes, manum ad cœlum tollis, dic quæſo, quomodo non inhorreſcis? Quod ſi ab incontaminato lecto reſurgens times ad orandum accedere, cum in diaboli lecto ſis, cur horribile Dei nomen audes inuocare? Diaboli quippe lectus eſt omne conuicium, ira, quaſi pernicioſus quidam adulter, occulta uo Incontaminatus thorus. Diaboli lectus.

luptate cum animo adulteratur, & ex pernicioſo ſpermate, diabolicas inimicitias parit, contraq; matrimonium agẽs omnia, eos qui pacis uinculo in unum coartantur, in multas dirimit partes. Cum matrimonium in una duos carne coniungat, nec coniunctos ſolum diſſeparat, ſed etiam ipſum animum ſcindit, & lacerat. Quare ut libere Deum adire poßis, coniunctionem hanc atq; adulterium furoris, quaſi rabidum canem procul animo tuo extermina. Sic Paulus etiam iußit: Leuantes puras manus ſine ira & diſceptatione.

HOMILIA LVIII.

Deliciæ. Sues. Quid copia delitiarũ et fœditas nõ mali adducit? Sues ex hominibus facit, imò uero multo peiores. Sus enim in luto uoluitur et ſtercore nutritur. Hic uero nullo à dæmoniaco diſcrimine ſeparatur: imprudẽs enim & furioſus pariter eſt, et dæmoniacũ quidẽ omnes miſeramur: hũc uero auertimus et odimus, quia ſpõte ſibi furorẽ attrahit, & os, oculos, aures, & cætera, ſimpliciter ſenſuũ inſtrumenta, amariſsimas uoluptates conficit & cloacas. Quod ſi etiam interiora inſpicias, uidebis animam ebrij ceu hyeme ac intentiſsimo frigore congelatam, adeoq; atq; torpentem, ut nulla utilitas corpori ab ea poßit afferri. Nihil turpius ebrioſa fœmina, quæ quanto uaſculum eſt infirmius, tanto magis naufragium fit. Beſtijs peiores ſunt ebrioſi: illæ enim nihil ultra quàm opus eſt deſiderãt. Quanto melior aſinus ebrioſo, quanto canis præſtantior? Omnes certe animantes quæ rationis expertes ſunt, cum bibunt aut comedunt ultra quàm ſatis eſt, etiam ſi mille homines cogerent, nunquàm elabuntur. Nemo cogit bibere aut edere animalia, ne exceſſus detrimẽto ſit eis: ebrioſi & qui cogunt alios ad bibendum, peiores ipſi iudices.

[Margin notes: Dæmoniacus. — Anima ebrij. — Ebrioſa mulier. — Ebrioſi beſtijs peiores.]

Multa

Multo peiora ſunt quæ ſequuntur ebrietatem, quàm qui dem tempeſtatem. Iacet enim tanquàm tempeſtate cõquaſſa ta nauis, miſerũ hominis corpus, anima uero deteſtabili cupi ditate compulſa uehementer incẽditur, inſanit potius. Nũ in tempeſtate iactura leuior eſt, hic uero grauiorẽ nauiculã red dit quæ diuitijs uirtutum ieiectis, arenam atq; aquã fœtidam, ex ebrietate ſibi coaceruauit, quibus nauicula cũ uectoribus atq; gubernatore ſimul demergitur. Quæ ne accidat, fugia mus hanc tempeſtatẽ, hũc morbũ, ſcientes neminẽ ebrioſorum in regnum cœlorũ peruenturũ. Quid dixi in cœlũ, cũ nec præ ſentibus quidem iucunde utantur, noctem in die habentes, in luce tenebris obuoluti, apertis oculis nihil recte uidentes. Tempeſtas.

HOMILIA LXXI.

Quemadmodũ Scylla & hydra apud poëtas, ſic & ebrie tas multis capitibus armatur. Sic Lyæi multiceps beſtia: hinc enim fornicatio, ira, mollicies, hinc turpes amores oriuntur, hæc mater uitiorum, hac ſuperata, quaſi capite obtruncato alia ſepulta erunt. Reſcinde cogitatione uentres iſtorum, & uidebis magnam intus congeriem, ſordidiſſimam cloacã, fœ tidum ſepulchrũ, eructationes fœtulentas, faſtidioſos uomi tus, euacuationes uentris ſurſum atque deorſum ſimul. Scylla. Hydra. Ebrietas uitiorum parens.

HOMILIA XLV.

Stercus appellaui non alimentũ ſed delicias à uoracitate. Quod enim neceſſitatẽ in edendo excedit, id non alimentum ſed peſtis eſt. Quemadmodũ ſeruus, quando ſupra uires quic quam impoſitum eſt, domino impudentius maledicit: Sic & uenter nimium, plenus mentem & cogitationem corrumpit. Seruus domino male dicens. Venter.

HOMILIA LXIIII.

Grauis morbus auaricia eſt, fera inſuperabilis. Hãc Apo Auaricia.

ſtolus

Idololatria ſtolus idololatriam uocat, non tamen tam formidabilis eſt idololatria. Cur tamen idololatriam uocat Apoſtolus? habent nonnulli pecunias, et ijs uti non audent, ſed nepotibus reſeruant, & intactas ad alios tranſmittunt, tunc tanquàm dona Deo dicata tangere minime audent, quod ſi quando coguntur, tanquàm ad nephas aliquod timide ueniunt. Præterea tanquàm qui idolum lapideum, aurum, & clauſtris & uectibus cohibent, pro templo arcam præparantes & argenteis uaſis recondentes. Non ità aurum adoras ut ille idolum? Ille & oculos & animam traderet potius quàm idolum. Non aliter affecti ſunt auri amatores. Sed non adoro aurum inquies? Neq; idolum dicet, ſed inhabitantem dæmonium. Ita & tu licet non aurum, tamen eius aſpectu & cupiditate animæ inſidentem dæmonem adoras. Dæmone enim grauior

Cupiditas. eſt pecuniarum cupiditas, qua multi magis perſuaſi ſunt, quàm illi ab idolis, quibus non omnia parent, huic uero omnia, & quodcunque faciendum ſuggerit, obſequuntur. Quid dicit auaritia? Eſto omnibus inimicus, obliuiſcere naturam, contemne Deum, ſacrificium mihi teipſum offer. Dicto citius parent. Et idolis quidem boues ſacrificant: auaritia, offer mihi animam inquit, & perſuadet. Vides quas habeat aras, quæ libamina accipiat?

HOMILIA LXXXVII.

Spina. Spina eſt res & cura ſecularis & res infructuoſa. Et ſicut ſpina ubicunque tangitur, tangentem pungit: Ita ſecula-

Secularia. ria ubicunque comprehenderis, lædunt: uerum non huiuſmodi ſpiritualia, ſed margaritæ cuidam ſimulantur, quam cum tractaueris delectat oculos. Vt exempli gratia, fecit aliquis eleemoſinam, non ſolum ſpe futurorum nutritur, ſed & ſeculi

bonis

bonis ſemper confidens lætatur, & anima audenter faciens, malas uincit cupiditates: & ante regnum hic iam fructum capit, cum laudetur, cum in admiratione ſit, & ante omnia à propria conſcientia. Et ſingula bona opera huiuſmodi ſunt, ſicut mala etiam ante gehennam hic torquent.

HOMILIA XLIII.

Pupillam quidem oculorum tuorum, ne minimo lædatur puluere diligenter cuſtodis, animam autem tuam tanta malorum congerie preſſam negligis. Quando ab his ſordibus animam detergemus? Quando huiuſmodi ueprium radices amputabimus? Quando uirtutũ ſemina ſpargemus? Neſcitis tẽpus meßis iã inſtare? Nos uero nec nouales quidẽ adhuc præſcindimus. Si agri dominus uenerit, quid dicemus? An quia ſemina nobis adhuc non ſunt tradita? Atqui quotidie in animis noſtris diſſeminatur. An quia ſentes incidere nullus docuit? Atqui aßidue acutas nobis falces præbemus. Pupilla oculorum. Anima. Subiectio rhetorica.

HOMILIA XLIX.

Malignitas, quemadmodum febricitantes, quando frigidam aquam expetunt, non futura, ſed præſentia ſolum conſyderant. Febricitantes.

HOMILIA LIX.

Quemadmodum qui ſub mille pædagogis degunt, quiq; à lectoribus detinentur: Sic non audent oculos extollere, nec libere quicquam dicere de uirtute, qui peccatis ſeruiunt. Peccatis ſeruientes.

HOMILIA LXIX.

Et ſi mille ſcænici uoluptatibus abundare uideantur, quamuis delectationum flumina illis adeſſe credantur, multis tamen amariſſimis telis perfoßi plerunq; iacent. Si ſaltatricis alicuius amoribus captus quiſquiam fuerit, omni militia Scænici. Saltatrix.

durius,

durius, omnium peregrinatione moleſtius tormentum ſuſtine bit, omniq́; obſeſſa ciuitate, miſeriores peraget dies.

HOMILIA LXXIIII.

Meretrix. Iniquitas. *Meretrix ad tempus tuum guttur impinguat, poſtea uero amarius felle inuenies, & acutum magis ferro bipennis Sic iniquitas eſt.*

HOMILIA XLIII.

Pernitioſi humores. *Quod ſi quis pernitioſis humoribus plenus, ægrotationis laborem non effugiet: multo magis qui hanc omni cholera amariorem malignitatem in ſcipſo recondit atque conſeruat, ultimi atque perpetui doloribus morbi laborabit: quod planum à uerbis ſuis eſt, qui cum alijs dolorem inferant, quanto magis animam prorumpentis interiment? Nam* Inſidiator. Calumniator. *inſidiator & calumniator, non aliter ſeipſum prius interficit, quàm qui accendit ignem, prius concaleſcit, ut qui duros ſilices manu cædit, ipſe, non lapides, uapulat, qui ad ſtimulos calcitrat, ſeipſum ferit: contra uero qui magno animo iniuriam perfert, ceu ſilex ignis & ſtimulus aduerſarium ulciſcitur: præſertim cum nullas uires iniuriantes habeant, ſed ceu lutum facile diſſoluantur. Non ergo iniuriam pati, ſed iniuriam facere, & neſcire pati, malum eſt.*

Vomiturientes. *Quemadmodū uomitu laborantes, in principio quidē detinere intus egredientes humores nitūtur, cum uero faſtidio uicti ſuccubuerint, magnis ſingultibus omnia è profundo eru-* Obtrectatio. *ūt: Sic qui praua conſilia in proximos uerſant, cū malignitatem mentis ferre nequeant, obtrectationis ſaniem euomunt.*

HOMILIA LXVI.

Auis uolās & ſerpens *Quam auem tu altius uolare opinaris? An eam quæ cum per aëra feratur, arundines aucupis atque retia non formi-*

formidat, an eam, quæ iam uel ſine arundine ac uiſco, quoniam humi ſerpat, potius quàm uolat, manibus facile capitur? Huiuſmodi certe inſolens arrogans animus eſt, qui cum humi ſerpat, in omnem laqueum incidit. Vt uermis in ſtercore: Ita ſuperbus in paßionibus ſuis inuoluitur. Superbus.

HOMILIA LXX.

Quemadmodum formicæ corporis duntaxat curam habent, pariter & nos, imò uero multo peius. Non enim pro rebus ſolum neceſſarijs laboramus ut illæ, ſed pro ſuperfluis: uitam illæ nullo crimine agunt, nos auaritiæ ſeruientes, non illas, ſed lupos atque leones imitamur. Formicæ. Auari.

Veluti ſi quis æditui locum petierit, etiam ſi minimus ſit, magnus tamen atque ſublimis uidebitur: Ita & mali ſi cum bonis fuerint. Aedituus.

HOMILIA LXXVII.

Cur perforato aquam dolio ingeris? Nihil enim aliud eſt pro præſentibus iſtis laborare, quàm flammam decerpere, quàm pugnis aëra cædere. Certe fruſtra curris: Nonne uniuſcuiuſque artis finis quidam eſt? Ita profecto. Oſtende igitur mihi finem huius ſecularis ſtudij: Sed non potes. Vanitas enim omnia. Perforatũ dolium. Finis.

HOMILIA LXXVII.

Terreſtre certamen eſt tibi propoſitum, cuius corona in cœlo reddetur, ab hominibus exagitaris, & Deus tibi honores retribuet, paucis diebus curris, & æterna præmia conſequeris, corruptibili corpore luctaris, et incorruptili laudaris. Siue meo uolueris expoliri ornatu, ſiue armis meis armari, ſiue mea ueſtimenta indui, ſiue meis dapibus deliciari, ſiue iter meum peragere, ſiue in ciuitatem meam uenire, cuius ego artifex ſum & conditor ſum, ſiue in regione mea domum Certamẽ. Corona.

ædifi-

ædificare, ita hæc omnia facere potes, ut non modo nullam abs te harum rerum omnium mercedem exigam, ſed ipſe tibi magnæ uelim eſſe mercedis debitorem.

HOMILIA LXXXVII.

Ex rapina parãs eleemoſinam. *Si duos quoſdam uideres, alterum omnino nudum, alterum indutum, nullam ne iniuriam faceres, ſi ueſtitum ſpoliares ut nudum indueres? imo uero maximam: Ita qui Deo ex rapina eleemoſinam parat.*

HOMILIA LXXV.

Sub mortẽ bene operandum. *Quemadmodum neq; gubernator, poſtquàm nauis ſubmerſa eſt, neq; medicus poſtquàm ægrotus obijt, quicquam prodeſſe poteſt: Sic & nos omnes antequam res in exitum ueniat, ſtudere & uigilare oportet, ne in mortem ac naufragiũ deueniant, nam poſtea nihil amplius prouidere poſſunt. Ita ante mortem bonum decet operari.*

HOMILIA LXXV.

Athleta. Mercator. *Athleta ob coronas ex certaminibus meritas, certandi laborem non fugit, ut in ocio uiuat, & mercator qui tranſmarinorum mercium lucra guſtauit, deſidioſe uiuere non patitur.*
Guſtus ſpiritualium fructuum. *Et nos ſi ſpirituales fructus deguſtabimus, præſentia omnia uilipendemus, futurorum cupiditate quaſi optima quadam ebrietate capti.*

HOMILIA LXXIX.

Alijs uiuẽs ut quũ maxime uiuit. *Si in rebus ſecularibus nemo ſibi uiuit ſolus, ſicut opifex, miles, agricola, mercator, ad communem uſum proximi etiã omnes conferunt, multo magis in ſpiritualibus id faciẽdum, hoc etiam maxime uita eſt, alijs prodeſſe. Nam qui ſibi uiuit, cæteros negligens, & uita eius ſuperuacua eſt, & ipſe ſuperfluus, nec homo generis noſtri. Ideo ratione atq; oratione*

nos Deus decorauit, mentem & ingenium conceſſit, manus, pedes, uires corporis dedit, ut his omnibus & nos, & proximos tutemur.

HOMILIA L.

Quemadmodum ager diu non proſciſſus, ſylueſcit, ac paſſim innumeras uepres producit. Ignis ergo ſpiritus ſancti immittendus eſt, quo impijs cupiditatibus concrematis, noualia excolamus, quæ ſpiritualia ſemina poßint ſuſcipere. Si in adoleſcentia diligens fulgeat moderatio, mirum eſt & dignum, qui modeſtus in ſenectute, non multum admirandum, ſed in iuuentute mirandum, ut in fluctibus & procellis, tranquillitate fruaris, & in medio fornace non ardeas. Ager ſylueſcens. Ignis ſancti ſpiritus.

HOMILIA LXXVII.

Finge gubernatorem quendam per mille maria incolumem nauigaſſe, deinde poſteaq̃ magnas tempeſtates, & procellas horribiles, & fluctus inſanos arte ſagaci euaſerit, cum in ipſo portus oſtio mergeretur, uix inde nudum effugiſſe. Quem animum ad mare, & nauigationes, huiuſmodiq́; labores iſte habebit? putáſne quòd unquàm uoluerit, niſi animi ſit ficti, uel ad littus ipſum, aut nauem aliquam, aut portum aſpicere? Non equidem arbitrò, imò ſeipſum occultans, ſpe omni ad nauigandum deſtitutus, mallet mendicus uitam agere, q̃ ad primos labores periculaq́; redire: ſed non fuit ſimilis ille Dauid, uerum magno naufragio poſt multos labores, maiores iterum accumulauit pecunias: non deſperauit, ſed nauis ſurſum in pelagus deducta, dare uela uentis, poſt naufragium auſus & clauo, &c. Quod ſemper ſtare & nunquàm cecidiſſe diuinum eſt, atque mirabile. In portu impingẽs. Naufragiũ Dauid.

Gubernator. *Gubernator, qui nuper mare ingreſſus naufragium fe-cit, non pariter dolet atque ille, qui poſt multa annorum ſpacia domum immenſa onuſtaq; gaza renauigans, in ſcopulos deuecta, cuncta momento temporis perdidit.*

HOMILIA LXXVI.

Si patrem qui te genuit, peccati aduerſum eum conſcius, aſpicere non poſſis, quomodo ad Deũ omni certè patre mitiorẽ, oculos tũc eleuabimus? quomodo ſuſtinebimus, quãdo CHRISTI *terribili aßiſtemus tribunali, cũ exquiſitißima peccatorũ omnium perſcrutatio fiet? Si uerò quiſpiã futuro nõ credit iudicio, cõſideret ea quæ hic fiunt. Videat eos q in carceribus ſunt, qui in metallis, in ſtercore, qui dæmonio agitãtur, qui inſaniunt, qui incurabili morbo laborant, qui cõtinua paupertie premuntur, qui uexantur inedia, qui luctu intolerabili affliguntur, qui captiui degunt. Nemo enim iſtorum omnium hic pateretur, niſi cæteris omnibus, qui ſimiliter peccant, ſupplicia poſt mortem imminerent. Nam quia nonnulli male uiuentes hic patiuntur, hoc argumentum eſt, quia poſt exitum è uita puniuntur. Non enim credibile cum unus ſit Deus omnibus, alios hic puniri, alios euadere impune, eorum qui ſimiliter deliquerunt, niſi pœna certa ibi reſeruaretur.*

CHRISTI tribunal. Futurum iudicium. Certa malorum pœna.

HOMILIA LXXIX.

Quemadmodum ſi Romanus fortè fuerit iudex, nõ percipiet rationes tuas, niſi latine loquaris: Sic & CHRISTVS non audit, nec attendit, niſi lingua ſua loquaris, utaris: ut os tuum ita conformetur, ut os CHRISTI ſit, non opus eſt coloribus, nec ulla materia: ſola uirtute, humilitate, manſuetudine huiuſmodi os maxime conformatur. Os diaboli cõditur maledictione, contumelijs, contradictione, periurio, mendacio,

Lingua CHRISTI loquens. Os diaboli

tio. Diaboli linguam habet, qui ut diabolus loquitur. Quæ ſupplicia non perpendemus, quando linguã noſtrã, qua dominicam carnem deguſtamus, diaboli ſponte linguã efficimus?

HOMILIA LVII.

Nunq̃ enim rebus ſuis iucunde utitur fœnerator, nec lætatur quando habet, ſed quando ſibi fœnus collatum eſt, non tã gaudet, quòd additio facta ſit, q̃ mœret, quòd nondũ uſuræ ſortem adæquarũt: ac ideo anteq̃ pernicioſus iſte fœtus perfectior ædatur, cogitat alium fœtum producere: ita fœnera in ſortem redire compelluntur, & immaturum, ac abortiuum partum parere uiperarum. Tales certe iſti fœtus pecuniarum ſunt, ut magis miſerorum animas corradant, quàm illæ feræ aluos parentum ſoleant lacerare. Fœnerator Partus uiperarum.

HOMILIA LX.

Si mercator, ut rem familiarem amplificet, terroris plena maria nauigat, ſi opifices, ut rebus ſuis quicquam adijciant, duros tolerant labores, & nos pariter ſaluti noſtræ, ſalutem proximorum adijciamus, præſertim quum qui ſua contentus, negligit alienam, nec ſuam quidem conſequi poteſt. In prælio enim ac expedita acie, qui ſibi ſolum conſulit miles, nec aliud reſpicit, quàm quomodo poſſit fugiendo animam ſuam ſeruare, is cæteros quoque milites ad perniciem trahit: quemadmodum econtra generoſus miles, cum alios tutari conatur, ſe quoque ipſum defendit. Mercator. Opifices. Curanda proximorũ ſalus.

HOMILIA LXXV.

Nam & in charta ubi nihil ſcriptum eſt, facilime ſcribitur: literis uero plena, non ſimiliter certe: neceſſe enim eſt priora delere: & medicus qui nihil offert, & qui ædificat: ili- Charta.

Terra. eo ruitura peior eo eſt qui nunquam ædificauit. Et terra facilius aratro proſcinditur, quæ nihil habet, quàm quæ uepribus refertiſſima. Nequaquàm igitur cuncta ſcire uelimus, ſed patimur etiam nonnulla ignorare, ut ſi iurgium inueniremus, duplicem ei laborem non præbeamus, imò uerò ne ut multi ſemper ægrotemus, qui falſis opinionibus occupati, emendari ac corrigi nunquàm potuerunt. Non autem æqua-

Sementis. lis labor eſt ſeminare, poſteaq̃ radicitus priora euulſeris, et in agro nudo ſerere. Illic enim euertere multa prius neceſſe eſt, & tūc alia inculcare: Sic uerò præparatū rus præbet aditus.

HOMILIA LXXXII.

Pelagus. Vita. Pelagus enim eſt late longe'q; protenſum hæc uita: & quemadmodum in mari uniuerſo ſinus diuerſi, alijs atque alijs tempeſtatibus commouentur, præcipuè ueluti Aegæa uentis exaſperatur, propter anguſtias Charybdis, quæ Lybyen uerſus propter ſtagna Syrtis, & breuia portus, magnitudine fluctuum, atque impetu Hiſpanicus oceanus, quia inuius carentia portuum & locorum, ignorantia intricatus, difficilis nauigantibus eſt, ſimiliter alij alijs de cauſis: Sic & in uita noſtra fieri uidemus: nam præmium in ea pela-

Pueritia. gus ſtatim uidere licet, puerum, ætatis conditione, quæ multis ac magnis procellis exagitatur, tum quia mens imbecilla eſt, tum quia nulla firmitate adhuc roboratur, ſed huc

Pædagogi atque illuc facile flectitur. Quapropter pædagogos illi, & magiſtros præficimus, ut defectus naturæ, diligentia ſup-

Gubernator. pleat, ueluti & in nauigando gubernatoris officio maris

Adoleſcentia. aſperitas ſuperatur. Adoleſcentium fluctus pueritiæ ſuccedunt, qui uehementioribus ſicut Aegæum pelagus exagitantur concupiſcentiæ uentis: quæ quidem ætas quantò magis cor-

gis correctione indiget, tantò minus inſtruitur, non ſolum quia magnis fluctibus cæditur, uerum etiam quia peccantes non redarguuntur, cum & magiſter, & pædagogus ſubtrahantur, magnitudine tempeſtatis, cum maiore turbine uenti ſpirent, & gubernator ſit imbecillior, nemoq; alius tutor adſit, atque defenſor.

HOMILIA LXXXVIII.

Quemadmodum enim etiam cum iuſte quiſpiam torquetur, ſi magno animo patitur, iniuſte cruciari multis uidetur: Sic qui cum iniuria uexatur, ſi non perfert, iure puniri putabitur, ac deridebitur quaſi mancipium ab ira diſtractus, & animi nobilitatem furori ſubijciens. Iniuria uexatus.

HOMILIA LXXXVIII.

Quemadmodum enim nullus nos lædere poterit, niſi à nobiſipſis lædamur: ſic niſi noſipſos uituperemus, nemo alius nos unquàm dedecorabit. Læſio. Vituperiũ.

HOMILIA LXXXVIII.

Dic quæſo ſi quis ſolem tenebrarmu autorem æſtimet, ſoli ne an ſibi detraxit? Sibi uidelicet ipſi, cum furioſi & inſanientis opinionem ſequatur. Eodem profectò modo, qui prauos bonos eſſe putant, & econtrario ſeipſos uituperant. Sol. Iniquus rerum æſtimator.

CHRYSOSTOMVS IN PROLOGO commentariorum ſuper Euang. IOANNIS.

Qui agonum certamina ſpectare conſueuerunt, cum inſignem quempiam athletam, & coronis plurimis donatum alicunde præfectum intelligunt, omnes certatim concurrunt, ut eius luctas, artemq;, & corporis robur conſpicentur: & uideri nonnunquàm uniuerſum theatrum licet, multis hominum milibus inundans, qui & corporis, & animi oculos pe Inſignis athleta.

Præſtans muſicus. nitus intendunt, ut nihil eorum, quæ in ipſo aguntur ſpectacu lo, ſe prætereat. Tum ſi quis præſtanti ingenio muſicus aduentauerit, non minori ſtudio idem ipſi theatrum occupant, & omiſſis omnibus quæ in manibus habent negocijs, & ſæpenumero neceſſarijs & urgentibus, non minori ſtudio aduolant, ſedentq; indicibili cantus plauſusq; accipiendi cupiditate, & de utriuſque præſtantia inter ſe diſputant. Et hæc qui- Rhetores. dem multi: qui autem rhetorum callent rationes, ipſi quoq; in ſophiſtis hoc idem contendunt. Quippe & in his ſpectacula ſunt, audit omnes plauſus, ſuffragia, & inquiſitiones eorum Tibicines. quæ dicuntur, diligentes. Quòd ſi Rhetorum, tibicinumq;, ac athletarum & ſpectatores, & auditores eadem conſiderent attentione, quantum nobis ſtudij, quantum diligentiæ, ſi rectè iudicabimus, adhibendum erit: non in tibicinis, neque Ioan. euã. uox tonitru clarior in ſophiſtæ aut gladiatoris, ſed uiri è cœlo uocem tonitru clariorem proferentis ſpectaculo, qui uniuerſum orbem ſuo clamore cohibuit, comprehendit, implicuit: non nimio quidem, ſed diuinæ gratiæ exuberantia, quæ ab eius lingua affatim emanauit.

Arcana. Quemadmodum igitur, ſi quempiã è ſummo cœlo deſcendentẽ repẽte conſpicaremur, qui arcana illa certe nobis ſe dicturum polliceretur, omnes certatim concurreremus: Itidẽ et nos in præſentia faciamus: è cœlo enim uir hic nos allocutũ uenit, neq; eſt de hoc mũdo, ut ipſe teſtatur CHRISTVS, cũ Paracletus inquit: Vos de mundo non eſtis, & paracletum habet in ſe lo- Ioan. Euangeliſt. laus. quentem, & ubiq; præſentem qui tam certe nouit Dei myſteria, ut res ſuas humana anima, ſpiritum ſanctificationis, ſpiritum rectum, qui nos ducit & trahit in cœlum, qui alijs nos oculis illuminat, qui nos idoneos reddit, ut futura non ſecus

ac præ-

ac præſentia contemplemur, qui demum efficit, ut etiam in carne cœleſtia ſpectare poßimus.

Siquidem mercator diteſcere cupit, non tamen eius animus ſoli acquieſcit cupiditati: ſed nauem parat, nautas cogit, hortatur gubernatorem, & alia quæ nauigationi opus ſunt, diligenter diſponit: aurum prœterea mutuatur, maria traijcit, & innumeris periculis, quibus ſe mari credentes iactari conſueuerunt, ſe exponens, peregrinas appellit terras: Itidem & nos oportet uoluntatem rei applicare. Nauigamus nanque & nos nauigationem, non ab alia in aliam terram, ſed à terra in cœlum. Quare tota mente intendamus ad eam gubernationem, quæ nos ſuperne erigat, & nautas rationi obſequentes, & nauem nobis firmam comparemus, ne tentationum procellis, aut ullis ſecularibus demergatur affectibus, neque ſuperbiæ ſpiritu efferatur, ſed leuis & expedita ad ſuperna euadat. — *Mercator cupiens diteſcere.* — *Nauigamus omnes*

Quod ſi hac ratione nauem nobis et gubernatorem conciliare ſtuduerimus, ſecundo uento nauigare, & Dei filium nobis uerum gubernatorem conciliare poterimus, qui nauiculam noſtram uſq̃ allidi non patietur, ſed licet innumeri ſpirẽt uenti, & uentos ſedabit, & mare tranquillißimum reddet.

CHRYSOSTOMVS HOMILIA in IOANNEM I.

Quemadmodũ enim q in Euripo ſunt, huc illuc iactãtur: Itidẽ hi nunq̃ ſibi conſtãt, utpote incerta & fragili ſentẽtia oĩa loquẽtes, uerũ hic piſcator omnia abſq; ulla dubitatione diſſerens, tanq̃ petræ innixus, nulla ex parte titubat. Ipſis nanq; ſupernis penetralibus dignus habitus eſt, & cũ omnipotentẽ Deum in ſe loquentẽ habeat, nihil terrenum ſentit, ut ille, qui — *Euripus. Nunq̃ ſibi conſtantes.*

ne per quietē quidē regias ingredi meriti ſunt, ſed extra in foro, & in aliorū hominū conſuetudine pro captu ſuo inuiſibilia cōiectantes, multis ſe ambagibus inuoluerunt, cum de supernis myſterijs diſputare cōtenderent: & tanq̃ cæci & ebrij, nō mutuo dūtaxat errore, ſed pleriſq; in locis ſecū ijſdē ſemp rebus diſsideāt.

Sepulchra. Quemadmodū ſepulchra extrinſecus ornata, ſi exteriorē illā faciē amoueris, cadauerū, et exeſorum oſsiū plena reperiūtur: Itidē in philoſophorū opinionibus, detecta uerborum ſuperficie & ornatu, multa inania abſurdaq; deprehēderis, maxime ubi de anima philoſophantur, nūc honore, nūc contumelia, nullo modo, modeſtiáue adhibita, eam afficiētes.

Philoſophorum opiniones. Anima.

Date ut in terram bonā ſemen iaciamus, curate ut ad recipiendum præparemini, et ſi quis ſpinas fouerit, ſpiritusſancti ignē inijciat. Si quis durū et cōtumax cor habuerit, eodē igne & molle reddet et placabile, ſi quis ſecus uiā multis cogitationibus conculcatur, interiora petat, neq; ijs aſsideat quæ ipſum unco ad ſe trahere annitūtur, ut bonarū ſegetū in uobis exuberantiū prouentū pulcherrimū cōſpicemur. Quare ſummopere cauendū, ne nobis dicatur, q aſpidis ſurdæ aures habeamus. Nihil em̄ à fera talis differt auditor. Nōne oībus brutis eſt rationis expertior, qui loquētem eum audire dedignatur?

Aſpidis ſurdæ aures.

Quemadmodū ſi quis cū qui ex littore ciuitates, oras portusq; conſpicatus ſit, in mediū poſtmodum pelagus proueheret, priorū conſpectu amoto, in nullum certum obiectum, ſed in infinitum eius dimittit intuitum: Sic Euangeliſta ſupra omnem nos creaturam ad cœleſtia erigens, ad ſupernum erectum oculum dimittit, nullo fine (ut arcana illa aſſequamur) nobis adhibito, quippe qui nullus eſt.

In medium pelagus prouectus. Arcana.

Sicut enim oculorū acies pura, et lucida acute omnia intuetur,

Pura oculorum acies.

tur, neq; etiam in tenuiſsimis de prehendendis corporibus laborat: uerum ſi quis malus à capite humor, uel caligo aliqua ad oculum aſcendit, denſa quidem ante pupillam nebula obijcitur, quæ ne craſsiora quidē corpora uidere ſinit: Ita animæ uſu uenit, cum omnis perturbatio quæ eā offenderat, purgata eſt, intente oportuna omnia proſpicit: uerum cum plurimis turbatur affectibus, uim omnem illam amittit, ut nihil altum ualeat intueri: ſed quàmprimum nebula obiecta, et ſomno atq; ſegnitie, quæ ad uirtutem & uitam utilia ſunt, nulla in his capeſcendis alacritate contemnit. Animæ perturbatioes.

HOMILIA II.

Intolerabilis quædam eſt ebrietas uana gloria, quem ſuæ ſubiecit ditioni, is ægre in ſanitatem reſtituitur. Et quam peſtifera tabe infecit animam, à cœlo abſcindēs, terræ affigit, neq; eam amplius ſinit, ut ad ueram lucem dirigere poſsit intuitum. Qui enim hoc morbo afficitur, nullo præceptore, omnia ſua ſponte operatur, quæ alijs placere arbitratur: ut alijs admirationi ſit, præceps agitur. Vis huius intelligere tyrannidem? Si quempiam negociatorem, qui pretioſiſsimas ſibi merces, magno auri pondere compararit, rogaueris, quanam gratia tantum auri profundat, quidue tantus ſibi ſumptus uelit, nullam aliam ab eo rationem accipias, quàm ut populo placeat. Quòd ſi deinde, quid populus ſit, percunctaberis, Quidam, inquit, tumultus, perturbationisq́; plenus, et ſtultitia maiori ex parte conſtans, atq; compoſitum temere, per maris fluctus uaria, et pugnante ſententia ſæpenumero iactatum. Qui igitur ſub huius ſeruitij dominio premitur, nonne omnium miſerrimus eſt? Inanis gloria, maiores noſtri ſic eam appellarunt. Inanis eſt, nihilq́; rectum, clarū nec glorioſum Vana gloria. Pretioſiſsimæ merces. Populus q́d. Inanis gloria.

in ſe habens,tanquam perſonæ,quæ pulchræ quidem uiſu,& decoræ,intus autem inanes reperiuntur, quare aſpectu cum ipſo elegantiores appareant,neminem tamē unquā ad ſe amandum allexerūt: Ita nihil miſerius quæ à multitudine comparatur gloria, difficilē uobis & uiolentum affectū ſignificat: aſpectu nanque ſolo pulchra atque elegans uidetur, intrinſecus autem non inanis modo,uerumetiam ignominioſa,crudelitatis & uiolentiæ plena.

Inanis gloria.

HOMILIA III.

Vehemens iræ affectus eſt,& omni flamma uehementior, qua celeritate opus eſt ut hunc ignem extinguamus, neue ad ſummum eum euadere ſinamus. Iræ enim morbus niſi mox ſedetur, multas generat calamitates, impetus furoris eius,ruina eius eſt. Quamobrem huic indomitæ beluæ nolimus habenas remittere,ſed præduro freno,metu ſcilicet futuri iudicij,eam cohibeamus.

Irati. Videbis iratos nō ſecus ac inſanos,turpiter in mediū præcipites fieri: cum enim circa præcordia efferbuit ira, ignem emittit,tota inflatur facies,incompoſitæ manus mouentur,& cætera: cum hæc faciunt,tanquam amentes,nihil ſentiunt, nihil intelligunt,ſed aſinorū more,calcibus morſibusq; inuicem inſultant.

HOMILIA IIII.

Fons. Quemadmodum ſi ex profundiſſimo & iugi fonte quantumuis aquæ haurias,nihil tamen is diminuitur. Ita in unigeniti operibus,quodcunque ex his factum productúmue credideris,nihilominus effecit.

Vnigeniti opera. Quemadmodum inquam lux quantumuis hominum multitudinem illuminaret,nihil ſplēdoris remitteret: itidē Deus & antequam mundum conderet,& poſtquam condidit,idem perfectus,atq; integer permanet,nihil tanto & tam admirabili

Deus per-

bili opificio minor, nihil imbecillior.

Quemadmodum enim ſolaribus radijs nemo clauſis oculis frui poteſt: Ita neq; huius claritatis particeps abũde unq̃ fuerit, niſi animi oculum ad eam & dirigat, & intẽdat: tunc enim quocũq; ſe uertit, facilis ei proſpectus patebit, quod eueniet, cum omnibus malis affectibus animum purgauerimus. Peccatũ enim tenebræ ut uorago quædam profunda. quod uel inde planiſsime conſtat, quòd clam, & ſine arbitris peccata committũtur. Quicunq; enim in facinora ſceleraq́; prolabitur, odio habet lucem, neq; luci ſe credit, & quæ occulte & in abſcondito fiunt, etiam ſunt dictu turpia. Sicut enim in tenebris neq; amicus, neq; inimicus agnoſcitur, ſed omnia penitus ignorãtur: Itidẽ et in peccato uſu uenit: Quippe qui lucro inhiat, nullã amici inimiciue intelligit differentiã, & inuidus familiariſsimũ non ſecus q̃ inimicum conſpicatur, & latrones ſimiliter in omnes bellũ gerunt, omnibus inſidiantur, & omnino qui ſe uitiorũ ſordibus coinquinant, nihil ad rerum differentias dignoſcendas ab ebrijs inſanientibusq́; differunt.

Quemadmodũ noctu amoto lumine lignum, plumbũ, ferrũ, argentũ lapides pretioſos, et alia omnia eodẽ modo et uidemus, & iudicamus: itaq; q ſordide & uitioſe uitã uiuit, neque modeſtiæ uim, neq; ſapientiæ diſcernit pulchritudinẽ. In tenebris enim (ut iam dixi) pretioſi etiam lapides nullam ſpeciẽ, nullum præ ſe ferunt fulgorẽ, non ſua, ſed caligantium oculorum culpa. Neq; hoc duntaxat nobis, dum ſub impia uitiorum tyrannide uiuimus, moleſtum eſt, uerumetiam illud quòd formidine propterea angimur, & ueluti qui per obſcuram noctem iter faciunt, & nihil metuendum ſit, metu tamen concutiuntur: Sic qui ſcelus aliquod admittunt, & ſi nemo

Fectus atq; integer.

Solares radij.

Peccatum quid.

Tenebræ.

Sordide uitioſeq́; uiuens.

ſi nemo

ſi nemo id uideat, nemo reprehendat, nihilo tamen melius ſibi fidunt, ſed omnia formidant, omnia ſuſpicātur: quippe quæ perpetuis conſcientiæ ſtimulis agitantur, omnia formidoloſe circunſpitiunt. Propulſemus igitur tam grauem, tam moleſtam uitam, cuius angorem mors ſequitur, mors inquam immortalis et perpetua, cui nullus ſupplicij finis eſt.

Perpetui cōſcientiæ ſtimuli.

HOMILIA VII.

Sol. Nemo ſolem dixerit oculis noxium, eo quòd nonnulli uiſu ſunt hebetiori, ſed quàm accommodatiſsimum, & ex acute intuentibus eius utilitas indicatur. *Mel.* Neq; mel quiſpiam amarū guſtu iudicauerit, quoniā tale ægrotantibus uideatur. Deū autem ex infirmarum, uel ignorantiū iudicio uel non eſſe, uel malum eſſe, aliquando humanis rebus prouidere, aliquando eas negligere opinari, non ſani hominis, uel inſani potius, ut ultimo furore perciti merito dixerimus.

Inſanus homo.

Si qui ſponte ſua, mentis oculos conniuentes, ad huius lucis radios aciem dirigere noluerint, non ex luminis natura in tenebris perſtiterunt, ſed malitia ſua, quæ ſponte tanto dono Dei indignos ſe reddiderunt.

HOMILIA VI.

Solares radij. Inquiras quanta potes diligentia, ſolarium radiorum originem, non ſane poteris, neq; indignaris, neque tuam iniquo fers animo imbecillitatem: quid igitur in maioribus tam audax es & temerarius?

Audax & temerarius

HOMILIA IX.

Tanta fidei uis, tanta gratiæ exuberantia, & quemadmodum ignis ſi metallorum terram attigerit, eam quàmprimū aurum reddit: Sic & longe magis pro luteis aureos eos baptiſma facit, quos abluerit, cum ſpiritus ſanctus tanq̄ ignis illa

Singularis baptiſmi efficacia.

illa ipſa hora animos noſtros ingrediatur, & terrena abſumpta ſimilitudine, cœleſtem illam nouam, & claram tãquam ex fornace fulgentem referat.

HOMILIA X.

CHRISTVS ſuo deſcenſu naturam ſuam nihilo inferiorem reddidit, nos autem cum ignominia antè in tenebris eſſemus, erexit ad ſupernam gloriam, non aliter quàm cum rex inopem mendicumq́; ſtudia & beneuolentia quadam alloquitur, nihil ſe indignum facit, illum uerò omnibus admirandum reddit.

HOMILIA XI.

Quonam pacto, qui regem aliquando pretioſiſſimo cultu ornatum, pretioſisq́; undiq; fulgentibus lapidibus conſpicati, alijs ſpeciem illam, ac maieſtatem enarrare uolunt, purpureum florem, gemmarum magnitudinem, albas mulas, auratos currus ſolium adſtantium, oculos nimio fulgore perſtringere pro uiribus enarrant. Cum uerbo & his, & alijs collectis cultum illum omnem, maieſtatemq́; uerbis cõprehendiſſe ſibi non uideantur, cõtinuo addũt, Quid multis opus eſt? uno uerbo dicam, quaſi rex. Cũ ex hoc uerbo (quaſi) non regi ſimilem, ſed ipſum regem uelint ſignificare: Ita hoc in loco Euangeliſta, quaſi, inquit, ad gloriæ maieſtatem, & incomparabilem excellentiam ſignificandam. *Regius cultus atq; maieſtas.* *Quaſi.*

Siquidem quemadmodum optimus architectus domum ſitu & uetuſtate labantem: Ita communi hominum natura accepta, eius perditas reſtituit partes, diſiuncta & abſciſſa copulauit, & quæ prorſus ceciderant, erexit. *Optimus architectus*

Nam ſi illi qui ſolis lucem conſpicari nequeunt, omni morte uitam miſeriorem degunt, quid eos perpeti credẽdum eſt, qui *Cæci omnium longe miſerrimi.*

qui illa luce priuantur: Siquidem in hoc ſeculo cæcitatis duntaxat damnum eſt, in illo autem non in uiſu tantum lædimur: quamuis hæc ſola priuatio ſit grauiſsima, ut neq; etiã ſic par eſſet ſupplicium: ſed tanto id grauius, quanto ſol ille, quàm hic eſt ſine comparatione præſtantior.

HOMILIA XII.

Verbi diuini præceptores. *Non em̃ eadẽ conditione, qua agricolæ, ſunt uerbi diuini præceptores. Siquidem agricolæ poſt annuos ſudores, & miſeram illam laborioſamq́; uitam, ſi terra aliquando pro operis in ſe impenſis non reſpondeat, nemo alius eius damnum inſtaurare poteſt, ſed ridibundus, triſtisq́; ab area domũ uel uxores & filios reuertitur, & quem longi laboris mercedem petat, habet neminem: in nobis autem nihil huiuſmodi uſu uenit, ſed licet culta terra nullum afferat fructum, & eius, & noſter dominus uana nos ſpe dimiſſos non fruſtratur, ſed remunerat.*

Pulli auiũ. *Quemadmodum enim aues pullos ſuos neque eueſtigio, neque una duntaxat die totam uolandi artem edocent: ſed primo è nido tantum educunt, inde cum aliquantulum quieuerunt, uolatui eos aſſueſacere incipiunt, poſtridie ad operam reuocant, ita paulatim exercendo ad naturalem eos efferunt altitudinem: Ita beatus Ioannes non ſtatim ad ſumma* *Ioan. Euã. conſilium.* *Iudæos erigit, ſed primum paululum à terra eleuat, cũ Chriſtum ſe meliorem teſtatur.*

HOMILIA XIIII.

Theſaurus abſcõditus *Theſaurum abſconditum appellauit Salomon ſcripturas, quòd oportet tanquam argentum, inquit, exquirere ſapientiam, & tanquam theſaurum perſcrutari: Ideo ut ad eorum inquiſitionẽ nos excitaret: Sed et Dauid orat, Reuela domine oculos*

oculos. Et Chriſtus, Scrutamini ſcripturas, quod utiq; non di xiſſet, ſi perfacile, & prima tantū lectione poſſent intelligi. Quod enim in medio & in promptu eſt, nemo ſcrutatur: ſed quod obſcurū & latet, opus habet inquiſitione, ut inueniatur. Difficilis ſcripturarum intellectus.

HOMILIA XVI.

Eſt abſurdū quòd medicus, coriarius, textor, & omnes generatim opifices, quiſque pro artis ſuæ profeßione pugnat: Chriſtianus autem non poßit ullā religionis ſuæ adferre rationem. Atqui illæ artes neglectæ ad pecuniam damnū referunt, huius autē contemptus, animæ detrimentum affert, & tamen tanta miſeria, tanta inſania laboramus, ut in illas omnem curā, cogitationemq; adhibeamus: neceſſaria autem & ſalutis noſtræ munimēta firmißima, pro nihilo ducimus. Hoc non ſinit gentiles errorē ſuum cognoſcere atq; deridere. Nā cum ipſi omnia faciant, ut dogmatum ſuorum ignominiā defendant: nos autem ueritatis cultores, ne hiſcere quidē ad noſtra tutanda poſſumus. Parati, inqt. ſemper ad ſatisfactionē omni poſcēti uos rationem de ea quæ in uobis eſt fide & ſpe. Et iterum, Verbum Chriſti habitet in uobis abundanter. Opifices. Chriſtianus.

HOMILIA XVII.

Terra enim ſemel accepto ſemine mox profert fructus, ne que indiget altera ſatione: In anima noſtra nō ita uſu uenit, ſed frequēter, & ſumma cū diligētia in ea ſerendum eſt, ut ſe mel ſaltem fructum accipiat: primum enim non facile inſident, et imprimuntur animo uerba Dei, quoniam multa ſequitur difficultas, multis obſtruitur ſpinis anima, multi adſunt inſidiatores, ſemina diripientes. Deinde cum germinat, & radices agunt ſemina, iterum indigent diligentia, ut ad maturitatem perueniant: & cum peruenerint, ut integra Terra frugifera. Animæ fructus. Semina.

perſtent,

perſtent, & à nemine lædantur. In ſeminibus enim cum è uagina ſpica erumpit, & rubiginem, & cætera noxia facile contemnit. In doctrina autem perfectum opus nonnunquam aliqua incumbens tempeſtas & fluctus perdidit: idq́; & rerum difficultate, & hominum qui ſciunt, & uolunt lædere fraudibus, uarijsq́; alijs tentationibus penitus labefactatur.

Doctrina.

HOMILIA XXI.

Non ita fluuialium fluctuum uis ripas excedere, & conuellere ſolet, ut deliciæ laſciuiáq́; bonam ualetudinem, & uires omnes facile ſubtrahit. Vt tenuis mēſa bonæ ualetudinis: Ita uoluptatis mater eſt crapula, & ut morborum, ita faſtidij & fons eſt & radix.

Delitiæ. Frugalitas. Valetudo. Crapula.

HOMILIA XVIII.

Neq; ſine ſumptu lucrum, neq; diuitiæ ſine larga effuſione proueniunt, cuius rei argumentum in ſecularibus rebus uidere licet. Siquidem mercator & agricola, ille pecunias, hic ſemina profundit. Mercator nauigando pecunias in multos impendit, ut deinde lucretur: agricola ſemina in terram iaciēs, aſsiduo diei labore exercet, ut plus inde accipiat: Hic autem non tanto opus eſt labore: non nauis fabrianda eſt, non iungendi boues, non terra aranda, non tempeſtates, non aëris intemperies, non uis grandinis timenda, nulli fluctus, nulli ſcopuli offendendi. Hæc nauigatio, hæc ſatio, una duntaxat re indiget, ut diſpergantur diuitiæ, reliqua omnia agricola ille perficiet, de quo inquit Christus: Pater meus agricola.

Mercator. Agricola. Diſperſio diuitiarum

HOMILIA XXVIII.

In huius ſeculi regijs nemo ſatellitum, ijs omiſsis, quibus coronato regi, & in ſolio ſedenti placeat, graculorum uoces, muſcarum & culicum obuolantium ſtridorem proſequitur: Ita

Ita & tu: Neq; ijs ulla ex parte potiores hominum laudes inueniuntur. Si ſpectaculum angelorũ ſanctorum cõtemplatus fueris, ſi illas coronas noueris, ſi ad illũ plauſum te trãſtuleris

HOMILIA XXIX.

Quemadmodum uermis ligna ex quibus naſcitur, & rubigo ferrum conſumit: Ita inanis gloria altricem ſui animam perdit. Vermis. Rubigo. Inanis gloria.

Spinarum eſt plena gloria, multorum capitum beſtia, & in eos quibus fouetur, quibus ſuſcipitur, armata.

HOMILIA LXVIII.

Vana gloria eſt beſtia uaria & multiformis, & ubiq; proprium uirus diſſeminat, pecunijs, delicijs, corporis pulchritudine, ueſtimentorum copia.

HOMILIA XXIX.

A ſcripturis enim ſpiritalia arma accipimus, uerũ ſi ea nos induere, & diſcipulos armare ignorabimus, ipſa quidẽ proprias habent uires, accipientibus autem nihil afferũt utilitatis. Eſto thorax, & galea firmiſſima, & clypeus & haſta: inde quis thoraca pedibus, galeam pro capite oculis aptet, clypeo non pectus, ſed pedes protegat, nunquid huic homini ea arma quid conferent, & non potius læderẽt? Planè hoc conſtat: non tamen armorum culpa, ſed ijs uti neſcientis: Ita & in ſcripturis uſu uenit, ſi earum ordinem confundemus, ipſæ quidem uim ſuam retinent, nobis autem nihil conferũt. Spiritalis ſcripturæ arma. Scripturarum ordo.

HOMILIA XXXIIII.

Sæpe grauidæ mulieres inter ludendum, & edendum, dum balneis, dum ſpectaculis oblectantur, repentinis torquentur doloribus: Hac & nos in hac uita conditione uerſamur. Grauidæ mulieres.

Simus ergo ſemper parati, non ſemper hæc audiemus, nõ ſemper habebimus benefaciendi poteſtatem.

HOMILIA XXXV.

Vena. *Quemadmodum in auri metallis, ne minimam quidem uenam quiſpiam, qui rem intelligat, omittere patitur, ut pote quæ ad augendas diuitias plurimum faciat. Ita in diuinis ſcripturis ne unum iota, aut unus apex, ſed ne dimidium quidem prætermittendum eſt, ſed omnia diligentius inueſtiganda: nam à ſpiritu ſancto omnia proueniunt, neque in his quicquam ſuperfluum, nihil non neceſſarium.*

In ſcripturis omnia exactius exponenda.

HOMILIA XXXI.

Spiritus. ſ. ignis & aqua. *Spiritusſanctus ignis eſt, ut excitamentum, & feruorem gratiæ, et peccatorum abſumptionem ſignificet. Aquam dicit eum, ut ablutionem & refrigerium, quibus ipſum accipientes animi fruantur. Etenim tanquam hortũ uirentem, & fructiferis, & ſemper florentibus arboribus comantem: Ita promptã animam diſponit, ut nulla anxietate, nullis ſathanæ inſidijs diſtrahi ſinat, ſed omnia ardentia malitiæ tela extinguat.*

Fons. *Sicut ſi quis fontem intus habeat, nunquam ſitiret: Ita & qui hanc aquam habuerit.*

HOMILIA XXXIII.

Mors. *Finis mũdi* *Quemadmodum corpus iam aduentãte morte, innumeris malis afficitur, & domus prope caſum in rimas fatiſcit: Ita orbis terrarum ad finem properans, tãtis undique malis concutitur.*

HOMILIA XXXIIII.

Anima enim affectibus implicita, nequit profecto magnũ aliquid aut generoſum intueri, ſed tanquam lippitudine quadam perturbata, in tenebris uerſatur. Mentis igitur oculos à

tam

tam grauiſſimo morbo liberemus, illuminemus, nolimus inter ſpinas ſemẽ iacere. Quænam hæc ſpinarum copia noſtis, & ſi tacemus, ſæpenumero audiſtis Chriſtum præſentis uitæ ſollicitudines, & diuitiarũ fraudes, ſpinas appellaſſe: & merito ſane. Nam quemadmodum ſpinæ ſteriles ſunt: Ita & diuitiæ. Quemadmodũ illæ quæ tangũt, lacerãt: Ita harũ cupiditas. Quẽadmodum facile igne cõprehenduntur, et odio habẽtur agricolis: Ita huius ſeculi negocia. Poſtremo, ut inter ſpinas feræ, uiperæ, ſcorpij delitеſcũt: ita in fraudibus diuitiarum. Affectus animæ. Spinæ. Diuitiæ. Fraudes.

HOMILIA XXXVIII.

Sicut qui dei iudicij obliuiſcitur, tanquam freno abiecto in præcipitium defertur (inquinatæ autem ſunt uiæ illius in omni tempore, & cauſam affert, auferuntur iudicia tua à facie eius) Ita quem continuus hic percellit timor, modeſte uiuendi uiam ingreditur. Recordare nouiſſima tua, inquit, et in æternum non peccabis. Dei iudicij obliuio. Timor.

HOMILIA XLIX.

Vt ardente lampade lux undiq; diffunditur, ita extincta occupant tenebræ, ideo ait, Nolite ſpiritum extinguere. Extinguitur cũ oleum deficit, cũ uehementior quædam uis uenti perflat, cũ comprehẽditur, & in arctũ cogitur: ſic enim ignis extinguitur. Cõprehenditur à curis ſecularibus, extinguitur malis cupiditatibus: Quando olei defectui aquam frigidam ſuperaddimus, hoc eſt, cupiditatem iniuſtorũ animas perdentẽ, quomodo iterũ poteſt accendi? Vbi hinc migrabimus, cinerem & puluerem referemus, atq; fumũ denſiorem, qui nos accuſabit. Vbi fumus eſt, illic neceſſario ignis extinctus. Lampas. Spiritus extinctus.

HOMILIA LV.

Quod ſol mũdo, hoc oculus corpori. Extincto ſole omnia

Sol. *perduntur, & perturbātur: Ita amiſsis oculis, pedes inutiles*
Animæ oculus. *ſunt & manus, & animus: Ita oculus animæ. Quare ut in re gio quodam loco altiori corporis parte, ſedem ſortitus eſt, & cæteris præfertur ſenſibus. Oculus lucerna omnium membro rum, ornat totum corpus.*

HOMILIA LVI.

Membrum inſanabile. *Si membrum inſanabile, metu ne reliqua corrumpat, incidimus, non quòd illud negligamus, ſed ut ſeruemus cætera: quanto magis in ijs qui male nobis iuncti ſunt, idē faciendū?*

HOMILIA LXVII.

In corporibus multos ſæpe uidemus incurabili morbo laborantes, imponemus medicamenta. Quid podagra peius? Quid chiragra? incidemus membra? minime: ſed aliquod re medium diſquiremus, ex quo morbum ſoluere poſsimus. Hoc idem in fratribus faciamus, & ſi grauiſsime ægrotent, curemus medicinam, et feramus inuicem onera, ſic implebimus legem CHRISTI, *& promiſſa bona conſequemur.*

HOMILIA LXX.

Pueri. *Quemadmodum pueri uilium rerum ſpectacula admirā tur & obſtupeſcunt, pilis, trochis & talis inhiant, magnas au tem res ne cognitione quidem capere poſſunt: Ita et peccato*
Peccatores *res præſentia reputant, mirantur ad ſomnia.*

HOMILIA LI.

Lux. Chriſtianus. Sal. *Vt lux, ita Chriſtianus claritate uitæ nihil obſcuritatis in ſe habens, non ſibi tantū utilis eſt, ſed alijs. Sal niſi ſalſum red dat, non ſal, ſed aliud eſſe deprehenditur. Sic et fermentum in alios confert utilitatem: Sic & nos.*

HOMILIA LV.

Si huius ſeculi lux tam pulchra eſt, conſidera qualis illa

ſutura ſit. Quanto enim ſolaris lux lucernæ lumen excedit, tanto, imò longe magis illa ſolarem, quod inde ſignificauit, Sol obſcurabitur, ad illius uidelicet ſplendoris comparationem, ut non appareat. Quòd ſi in hac uita ut ſplendidas nobis domus comparemus, magnam pecuniarum uim ædificando anxij ſumimus: conſydera qui nobis ſubeundi ſint labores, ut clariſsimam nobis in cœlis domum ædificemus, ubi lux ineffabilis. Hic enim pugnæ, contentiones de terminis, de parietibus, illic minime: hæc relinquenda, illa permanſura: hæc tempore conſumitur, & multis ſubiecta eſt periculis, illa perpetuo manet: hanc pauper ſibi comparare non poteſt, illam duobus obolis quis emere poteſt, ut uidua illa. Quamobrem, quàm immodeſtiſsime fero, quod tot nobis propoſitis bonis deſidemus, animo deficimus, & ut hic ſplendide habitemus, omnia facimus, ut autem in cœlo, paruum uel comparemus hoſpitium, nihil curamus uel laboramus. Dic quæſo, ubi hic domum habere uelis, in deſerto, an in aliquo paruo oppidulo? non puto, ſed in regijs & magnis ciuitatibus, ubi rerũ copia, & maior nobilitas. Ego tibi talem ciuitatem propono, cuius artifex Deus, in quam domum minori quàm hic ſumptu, minori labore condere atque ædificare poteris. Aedificant enim manus pauperum, hæc optima ædificatio, & ſumma ſapientia, ſicut quam his facimus, ſumma amentia. Etenim ſi quis te in Perſidem, uiſurum regionem illã, & mox reuerſurum duceret, iuberetq;, ut illic domum ſtrueres, nónne eius amentiam reprehenderes, ac ſi inutilem ſuaderet impenſam? cur non idem in hoc mundo facis, quem paulo poſt relinques?

Solaris lux

Ciuitas cõmodiſsima

HOMILIA XXXV.

Vt enim ſolares radij ſingulis diebus illuminant, neq; ex

Solares radij.

nimia copia uis eorum minuitur: Ita, imò longe minus ſpiritus operatio ab accipentium multitudine remittitur.

Spiritus operatio.

HOMILIA XXXVI.

Inſani. inuidi.

Nam quemadmodum inſani aduerſus ſeipſos nonnunquàm ſententiam ferunt: Ita & inuidi ſolum inuidioſi miſeriam diſquirentes, eius felicitate & ſalute anguntur. Hi feris ſæuiores: illæ enim fame impulſæ nos appetunt, hi beneficos nonnunquam inimicorum loco habent.

HOMILIA XXXVI.

Cain. Abel.

Cain fratri inuidendo, nunquàm odium poſuit, ſed quantò frequentius à Deo admonitus eſt, tantò magis dolebat, magis cruciabatur, & properabat ad cædem. Hic ergo qui ille grauior morbus, qui niſi magna adhibita diligentia non facile remedia admittit? Eia igitur radicitus euellamus illum, ſcientes, quòd quemadmodum alienis bonis inuidendo Deum offendimus, ita congratulando, ei gratificamur, & participes nos facimus bonorum quæ recte operantibus reponuntur.

HOMILIA XXXIX.

Malitia. Virtus.

Nam ſicut malitia & uiuentes, & mortuos affligit, & torquet: Ita uirtus ante cœleſtis regni participationem, ſectatores ſuos & ſpe bona, & incredibili fouet uoluptate.

HOMILIA XLV.

Quemadmodum enim ſi quis liquefacto auro manum, uel linguam iniiciat, quàm primum deauratur: Ita hæc nobis propoſita animam auream reddunt. Reſurgit enim uehementius igne fluuius, neque incendit, ſed abluit tamen quicquid comprehenderit. Hic ſanguis præfiguratus eſt ſemper in altaribus, in iuſtorum cædibus: hic orbis terrarum decus

eſt,

eſt, hic eſt quo CHRISTVS emit, quo uniuerſam ornauit Eccleſiam. Vt enim homo ſeruos auro emit: Ita nos ſanguine ſuo CHRISTVS. Sanguis Christi.

HOMILIA XLVII.

Quemadmodum enim cœnum ſi contrectatur, grauius olet: Ita & anima cum perturbata eſt, & multis intrinſecus fluctibus agitata. Cœnum. Anima perturbata.

HOMILIA XLVII.

Neque enim febribus laboranti, neque timido quiſquam iraſcitur: ſed his morbis affecti, ſui miſericordiam & lachrymas mouent: huiuſmodi eſt irati animus, qui ſi in te proſilict, tace, & oportunam ei plagam infliges. Irati animus.

HOMILIA XLVXI.

Etenim inter ſeculi homines, ſi quis militum præter regis uoluntatem facit, ad regẽ non admittitur, ſed munere & dignitate exautoratus, ultimo afficitur ſupplicio: Itidẽ & nos cũ cupiditati ſeruimus, cum rapimus, cum uim inferimus, cũ uerberamus, cũ non facimus eleemoſynam, illuc nullo pacto admittemur: ſed id nobis, quod de uirginibus accidit, quibus ad ſponſum ingredi non licuit, ſed extinctis lampadibus, hoc eſt, gratia deficiente, abierunt: Etenim ignem illum quẽ ſpiritus gratia ſtatim accipimus, modo uolumus, augebimus: ſin minus, extinguitur, quo extincto, ſolæ tenebræ animas noſtras occupabunt. Vt enim ardente lampade, lux undiq; diffunditur: Ita extincta, occupant tenebræ. Milites. Extinctæ lampades.

HOMILIA LIII.

Nam quemadmodum quercus altius demiſſis radicibus, nullius uenti uiribus ſternitur: Ita animam diuino confixam timore, nullus tentationum uentus euellet. Quercus. Anima diuino timore confixa.

HOMILIA LIIII

Vires corporis. Sicut enim uires corporis moriuntur: & omnem ſenſum amittunt: Ita & anima cum multis detinetur affectibus, uirtuti moritur: & ſi quid attuleris, non ſentit: ſed ſiue ſupplicium, ſiue quodcunque aliud miraberis, nullo ſane ſenſu mouetur. Animæ affectus.

HOMILIA LXVI.

Violentus tyrannus. Sit uiolentus quiſpiam tyrannus, qui omnes qui in manus ſuas uenerint, plurimis malis afficiat: Hic ſi uel regem, uel regium filium captum, iniuſte interimat, illius mors etiam alios ulciſci poterit. Sit aliquis qui debitores poſtulet, uerberet, in carcerem inijciat, & hac inſania etiam nihil debentem coërceat: hic etiam eorum quæ in debitores commiſit, dabit pœnam, interficietur ab illo: Non aliter in IESV uſu uenit. Eorum enim quæ in nos fecit diabolus, propter ea quæ in CHRISTVM auſus eſt, poſtulatus eſt ad ſupplicium. Diabolus.

HOMILIA LXVII.

Sol. Quemadmodum enim ſol debilem oculorum aciem perſtringit, non natura ſua: Ita uſu uenit in his, qui diuino non attendunt ſermoni. Ita & Pharaonis cor induruiſſe dicitur, ita his accidit, qui uerbum Dei oppugnant. Pharao.

HOMILIA LXVII.

Corpus ſanũ ac morbidum. Si quis tibi optionẽ proponeret, an egregiũ corpus & bonæ habitudinis, & alijs ſpẽ præſtans, uili tamẽ indutũ ueſte, an turpe, & morbis implicitũ, ornatũ tamen auro & pulchritudine cultũ malles: Nõne naturalẽ corporis pulchritudinem ueſtimentis præferres? In corpore hoc ſane præfertur. In anima cõtrà, q̃ qui turpẽ, informem, & nigrã habet, putat eã ſe Anima.

auri

auri ſplẽdore emẽdare. Quænam hæc amentia? Interiorem ornatũ cures uelim, & hæc monilia animæ apponas. Nã ſi ijs corpus ornetur, neq; ad bonã ualetudinẽ, neq; ad formã quicquam conferet. Neq; enim nigrum corpus album reddet, nec turpe ſpecioſum. Si animæ id addideris, e ueſtigio eam pro nigra candidam, pro turpi ſpecioſam reddes.

HOMILIA LXXII.

Et quemadmodum ſi quis in limpidum fontem ſtercus inijciat, totum immundum reddit: Ita ſi diuitias auaritia attigerit, omnes fœtore ſuo corrumpit. Limpidus fons. Auaritia.

HOMILIA LXXV.

Neque enim ſi aſini in nos irrudiant, & inclangant graculi, ſapientes autem laudent, horum dimiſſo conſeſſu, ſtultorum clamores nos moueant. Sunt enim graculis haud abſimiles, & aſinis peiores, qui præſentia admirantur. Nam ſi terrenus rex te laudet, de cantharidum, & culicum laudibus cogitas? Quouſque in cœno uerſabimur? Quouſque ſtultos & gulæ deditos ſpectatores habebimus? Aſini. Graculi. Præſentiũ admiratores.

HOMILIA LXXVI.

Quemadmodum nauis innumeros uehens, niſi ad portum appellat, ſed in medio pelago ſubmergatur, non modo ei longa proficit nauigatio, ſed tanto maiorem facit iacturã, quanto maiores labores ſubijt: Ita quæ in medio certamine corruunt animæ, grauiori caſu concutiuntur. Naufragiũ

HOMILIA LXXXII.

Quemadmodum enim ſi quis te pauperem ut diuitem appellaret, laudaretq;, nihil ad te illæ laudes, ſed potius in riſum uerterẽtur: Ita ſi quis falſo calumniaretur, nihil id ad te. Quod ſi te conſcientia reprehendit, nulla uerba perturbẽt, Falſo calumnians.

ſed uitam emenda, hoc in ueris reprehenſionibus dico.

HOMILIA LXXXIIII.

Procreãdi cupiditas. Continẽtia Vitæ deſiderium.

Nam ſicut ad ſeruandam prolis ſucceſſionem, Deus peccandi cupiditatem hominibus indidit, non tamen prohibens altiorem continentiæ uiam: Ita & uitæ nobis inſcuit deſiderium, prohibens ne quis ſe interimat, non impediens tamen ut præſentem uitam contemnat.

HOMILIA LXXVI.

Mercatores.

Si quis pro amicis aliquid paſſus gloriatur, ſi quis propter Deũ quid tolerat, quam ſentire moleſtiã putandum eſt? Oportet in rebus grauibus et moleſtis, nõ labores, ſed præmia conſiderare. Quemadmodũ mercatores, non maris pericula, ſed lucrum expectant: Ita & nos cœlum & Dei præſentiam.

HOMILIA LII.

Vnguentaria taberna. Eccleſia.

Si unguentario quiſpiam, aut unguentariæ tabernæ aſsideat, etiam inuitus illum accipit odorem, longè magis, qui eccleſiam frequentat, ſi durus, aſper fuerit, gemit, incipiet aliquando audita opere implere.

HOMILIA LVIII.

Scriptura.

Scriptura eſt oſtium, quomodo nos ad Deum ducũt, et eius nobis cognitionem aperiũt, ipſæ oues faciunt, ipſæ cuſtodiũt, neq; lupos irrumpere permittunt. Tanquàm oſtium enim firmiſsimũ hæreticos arcent, & in tuto conſtituunt, neq; nos, modo uelimus, aberrare unquàm ſinent. Et niſi hoc oſtium infringamus, nunquàm nos inimici noſtri poterũt expugnare: per hoc oſtium & paſtores, & omnes alij ingrediemur in ouile, id eſt, ad oues, & curam earum. Qui enim ſcriptura nõ utitur ſacra, ſed aſcendit aliunde, id eſt, non conceſſa uia, is fur eſt. Sic Phariſæi aliunde aſcenderunt, legẽ Dei tranſgreſsi.

HO-

HOMILIA LXXXIII.

Neque enim ſi quis uulnus acceperit, & medicinam impoſuerit, non diligenter alligabit, ſed decidere permittet, neque aquam, puluerem, & alia uulneri contraria non cauebit, ne grauius malum ſequatur: non medicinæ, ſed propriæ deſidiæ culpa: hoc nobis accidere ſolet, cum diuinis ſermonibus parum, ſecularibus ſemper attendimus: Ita ſemen omne ſuffocatur, fructus nullus prouenit. Vulnus. Medicina. Diuini ſermonis neglectus.

HOMILIA LXXXII.

Vt enim in morbis & fiſtulis, niſi quis prius fluentem humorem, & uulnus ſiſtat, quæcunque impoſuerit medicamenta, non amota morbi cauſſa, omnia fruſtra contendet: Ita & nos niſi manum ab auaritia, & malum hunc amorem cohibuerimus, licet eleemoſynam demus, uiam incaſſum laboramus. Morbi & fiſtulæ. Auaritia. Amor.

CHRYSOSTOMVS IN ACTA APOSTOLORVM

HOMILIA I.

Quemadmodum milites in multitudinem erupturos, nemo patitur exire, priuſquàm armati fuerint, neq; quiſquàm equos ſinit à carcere proſilire, priuſquàm aurigam nacti ſint: Ita nec CHRISTVS *diſcipulos ſuos paſſus eſt in acie conſpici, priuſquàm deſcenderet ſpiritus, ne facile caperetur, & abduceretur à multitudine.* Milites armati. CHRISTI diſcipuli.

Etenim ſi quis aditurus annonæ præfecturam, ſibi parat quicquid ad uitæ uſum pertinet, atq; ut ſibi nõnihil dignitatis aſſequatur, & pecunias conſumit, et tempus impendit, & innumerabiles ſuffert labores: quo malo nos digni fuerimus, ſi cũ tanta ſocordia regnum cœlorum adierimus, neque ulla cura Annonæ præfectura.

noſmet-

noſmetipſos ad hoc præparauerimus, priuſquàm accipiamus? quin & poſtquàm acceperimus, ſocorditer egerimus.

Vtrum melius eſt, metuere an laborare? Si quis te collocaſſet ocioſum in domo ruinoſa, dicens: Expecta donec in caput tuum deciderit teſtudo iam putris: fortaßis enim cadet, fortaßis non cadet. Quòd ſi id non placet, operare, ac tutißimum inhabita thalamum, utrum magis eligeres? ociúmne illud cum timore, an laborem cum ſecuritate? Sic igitur & nunc facito. Siquidem incertus euentus futuri ceu domus quædam eſt putris, ſemper ruinam minitans. At induſtria illa, quanquàm laborem habet, tamen ſpondet ſecuritatem.

Ocium cum timore. Labor cum ſecuritate. Incertus euentus futuri.

Etenim ſi de rebus ad hanc uitam corporalem pertinentibus ſtatuere uolenti, non permitterent leges ciuiles ordinare, ſi teſtari uolens non admodum conſtet animo, præſertim cũ de ſuis ipſius facultatibus præſcripturus ſit, quomodo qui de regno cœlorum docetur, deq́; bonis illis ineffabilibus, poterit ad plenum uiam percipere, frequẽter et à morbo factus attonitus? Quando uerò futurum eſt, ut illa uerba dicas CHRISTO, *conſepultus cum illo, quum iam ſis mox abiturus? Nam factis & uerbis oportet declarare beneuolentiam.*

Regnũ cœlorum. Bona ineffabilia.

Tu uerò perinde facis, ac ſi quis tum poſtulet aſſcribi militiæ, quum iam bellum eſt ſoluendum, aut ſi athleta tum ueſtes exuat, quando iam ſurgere cœperint ſpectatores è theatro diſceſſuri. Siquidẽ in hoc arma ſumis, nõ ut protinus aufugias, ſed ut acceptis illis, ex aduerſario trophæum referas.

Athleta.

Si rex mißis literis iubeat uinctos è carcere dimitti, gaudium eſt ac lætitia. Deus autem mittit ſpiritum è cœlis, non reliquias pecuniæ debitæ, ſed uniuerſa peccata condonans: & omnes fletis & ciulatis?

E carcere dimißi.

HOMILIA II.

Quemadmodum quum uidemus infantem plorantem, ſemperq́; cupientem aliquid à nobis accipere, quo nihil illi eſt opus, tum occultato potius quod concupiſcit, oſtendimus illi manus uacuas: Ecce non habemus: Itidem & ille fecit Apoſtolis. Sed quemadmodum puer ille ſi poſtea nihil oſtẽdamus, inſtat plorando, uidens ſe eſſe deluſum, deinde eo relicto diſcedimus dicentes, uocat me talis, et aliud quiddã eius loco quod concupiſcebat damus, uolentes illum auocare ab eo quod maluiſſet accipere, extollentesq́; illud quod in alterius locum damus, eo dato repente ſubducimus nos: Itidem fecit & CHRISTVS, illi quærebant accipere, hic negauit ſe habere. Attamen primum deterrebat. Cæterum ubi rurſus quærerent, iterum negauit ſe habere, niſi quod nunc territat, uerũ poſteaquàm oſtenderat, quod fecerat, dicit etiam probabilem cauſam, pater, inquit, poſuit in ſua poteſtate. Infans ſemper plorãs, ſemperq́; cupiens.

CHRYSOSTOMVS IN EPISTOLAM AD ROMANOS

HOMILIA I.

Quemadmodum in familia aliqua ad diuerſa quiſq; opera ſegregatus eſt: Sic & in eccleſia diuerſæ ſunt adminiſtrationum diſtributiones. Familia.

HOMILIA II.

Quemadmodum enim apud ipſos reges, omnes quidem unius regnantis imperium agnoſcunt, ſubſeruiunt autem nõ omnes iiſdem in rebus: ſed illius munus eſt exercitibus imperare, huius urbes regere, ac diſpenſare, illius rurſus pecunias eas aſſeruare, quæ in theſauros reconditæ ſunt: Ita & in rebus ſpiritualibus, hic quidem ſuam in Deum ſeruitutem ac Res ſpirituales in

cultum

multas ſunctiones ſunt diſtributæ. cultum oſtendit in fide ipſa, in recta uitæ propriæ diſpēſatione: Ille autē ſuſcipienda hoſpitum cura, alius pertractāda rerum neceſſariarū præfectura. Quemadmodū & inter ipſos apoſtolos, Stephani munus erat, uiduarū præſidiū, ac patrocinium: atq; hac quidem in parte Deo inſeruiebat: Alius porrò Euangelici ſermonis præceptionem ſuſceperat, cuiuſmodi erat Paulus, ſeruiens in Euangelio prædicando.

Ignis. Quemadmodum enim ignis naturam talem eſſe uidemus, ut ſi quis multas in unum lampadas coëgerit, ſplendidā reddat, & incendat lucem: Sic et in ipſis fidelibus ac credulis uſu uenit. Quum enim à nobis mutuo auulſi ſumus, fit neſcio quo pacto, ut mœſtiores reddamur: quum autem mutuo nos conſpicientes membris domeſticis hinc inde impliciti, fit ut magnam conſolationem accipiamus.

Cogitationū natura. Labyrinthus. Gryphi. Talis eſt enim cogitationū natura, Labyrintho cuipiā ac gryphis ſimilis eſt, nullū uſq̄ finem habens, neq; concedens cogitationē ſtare ſupra petrā, originem ab arrogātia, ac nimia ſui opinione aſſumens: quū enim quoſdā pudeat ad fidei ſuſceptionem accedere, ut ne uideātur cœleſtia ignorare, ipſi ſeſe in cogitationum ueluti quiſquilias, ac minutias conijciunt.

HOMILIA III.

Regales pecuniæ. Quemadmodum igitur cui regales pecuniæ creditæ fuerint, mandatumq́; acceperit, ut eas in regis honorē ac decus inſumat: Is ſi in prædones, ſcorta, magos, eas inſumpſerit, hosq́; regijs pecunijs ſplendidos reddiderit, tanquàm qui maxime regem offenderit, pœnas pendit: Ita & hi, quum acce-

Idololatræ piſſent notitiam de Deo, deq́; eius gloria, deinde idolis illam circumpoſuiſſent, in iniuſticia ueritatem detinuerunt, ac quod in ipſis quidem fuit, cognitionem iniuria affecerunt, quum ea

ipſa

ipſa, quatenus decens fuit, uſi nequaquàm fuerint.

Quemadmodum enim ſi quis exercitus præfectus prælio ingraueſcente abſceſſerit, hoſtibus milites tradit: haud quaquàm ipſos impellens, uerum ſuo ipſius auxilio nudans: Sic & Deus eos dimiſit, qui admittere ipſius præcepta noluerunt, ſed ſtatim inter primos ab eo defecerunt, & ipſe nihilominus partes ſuas omnes explens. Præfectus exercitus. Dimiſſi nolentes Dei præcepta admittere.

HOMILIA IIII.

Etenim qui inſaniunt, ac phreneſim patiuntur, ij certe multas, & eas miſerandas in ſemet iniurias dum inferunt, ob quæ facta alijs lachrymas cient, ob ea rident quidem ipſi, & inſoleſcunt, nec tamen illos propterea dixerimus ſupplicio liberatos, ſed hoc ipſo nomine pœna grauiori affligi, quòd ne ipſi quidem norint, quibus quantisq; in malis uerſentur miſeri: neque enim ab ægrorum, ſed à ſanorum calculo ſententiam ferre nos oportet. Inſani ac phrenetici.

HOMILIA V.

Auerſati ſumus uocantem, & undequaq; illectantem, ac ne ſic quidem de nobis ille pœnas ſumpſit, ſed accucurrit ipſe, ac reſiſtantes fugitantesq; inhibuit: ipſi tamen ab illius manibus excuſſi, ad diabolū transfugimus, ac ne ſic quidem deſtitit ille, ſed ſexcentos rurſus qui nos hortarentur, miſit prophetas, angelos, patriarchas. At nos legationem non ſolū non admiſimus, ſed & legatos nobiſcum agentes, iniuria affecimus. Ille autem nec per hoc quidem nos reſpuit, ſed quod facere ſolent ij qui uel uehementiſſime quum amant, neglegantur tamen, circuiens ad omnes adijt, tum in cœlo, tum in terra ſeſe manifeſtans, congreſſusq; nunc cum [illegible], nunc cum Michea, paratus etiam, cum ijs [illegible] Impenſiſſime amans, neglectus tamen.

tur poſtulans ad rationis reddendæ calculos deſcendere, tum autem ad omnia ſurdos ad colloquium ſecum trahens, Popule mi, inquit, quid feci tibi &c.

Ignaui famuli.

Et quod ignauis famulis uſu uenire in foro ſolet, ut miniſterijs neceſſarijs poſthabitis, ad quæ peragenda à dominis ſuis amandantur, inconſulto, ac temere ſibi occurrentibus aſſixi, ociũ illic abſumant: hoc ipſum ſanè & nobis quoq; accidat neceſſe eſt, quoties à Dei mandatis aberramus. Stamus enim admirati diuitias, corporis pulchritudinem, & alia item ad nos nihil pertinentia, illorum famulorũ exemplo, qui mendicis, morionibus, ac per præſtigias quaſdam miracula repræſentantibus intenti, ſero domum ubi redierint, extremis plagis cæduntur: multi autẽ & propoſitum iter prætereunt, ſecuti alios, turpiter & inhoneſte in huiuſmodi facinoribus ſeſe gerentes. Nos uerò caueamus, ne ſimilia patremus, etenim dimiſſi quidem ſumus ad multa, & ea urgentia, peragenda: qui ſi, omiſſis illis, ſteterimus oſcitantes ad hæc infructuoſa, tempore omni nobis fruſtra & incaſſum abſumpto, extremum luituri ſumus ſupplicium.

A Dei mandatis aberrantes.

Occultum crimen.

Si noſtrum cuiuſquam occultum crimen aliquod hoc ipſo die in mediũ delatum, huic modo conſeſſui innoteſceret, nõnne fieret, ut ille interire, ac terram ſibi potius dehiſcere, quàm tam multos peccati ſui teſtes habere mallet? quid igitur tum nobis fiet miſeris, quum omnia orbi uniuerſo palam facta, in tã aperto, tamq; illuſtri theatro denudata, hominũ nobis partim cognitorũ, partim incognitorum oculis ſubijcientur?

Horror extremi iudicij.

HOMILIA VII.

Ignẽ manibus ac ligonẽ geſtans.

Si quem uideremus ignem manibus ac ligonem geſtantẽ, hanc ædẽ unà cum altari demoliri, euertere, incendere, nõnne fie-

ne fieret, ut ab omnibus ijs qui rē forte ſpectarent, lapidibus obrueretur, tāquàm impius, & exlex? quid igitur? ſi quis flammam geſtet, hoc quo utimur igne edaciorem, inuidentiam dico, non lapidum ædificia demolientem, neq; aureum altare euertentem, ſed quod longe & lapidibus & altari precioſius eſt, præceptorum ædificium ſubuertentem, & deuaſtantem, hic qua tandem uenia dignus eſſe queat? Inuidentia

HOMILIA VII.

Etenim in fœneratitijs pecunijs hoc uſu uenire uidemus, ut fœneratores libētius ijs debitoribus mutuas dēt pecunias, q̄ quod mutuo acceperint, multo poſt tēpore ſoluturi ſint. Nā qui protinus reſoluit, is fœnoris curſum interrumpit: qui autē in ſoluendo ſerus eſt, is quæſtū maiorē efficit: Itáne uerò obærandis hominibus morā non ægreferimus, ſed & modis omnibus maior illa ut fiat, excogitamus: obærādo autē Deo ſic nos puſillanimes gerimus, ut hoc nomine tardemus, ac tergiuerſemur? Fœneratores. Obærādus Deus.

HOMILIA VIII.

Deus diabolum habitare uoluit, tanq̄ prædonem quempiam ac tyrannum, qui niſi quem apprehēderit inermem & ſolitarium in ſuas ſpeluncas deſcendentē, accedere ſane non ſuſtinet, niſi nos per deſertū locum iter facientes uiderit, appropinquare nō audet. Deſertus autem locus diaboli nihil aliud eſt niſi peccatū. Opus eſt ergo nobis fidei ſcuto, ſalutis galea, ſpiritus gladio, nō ut ne malum aliquod patiamur tantū, ſed ut illius caput irruere uolētis obtruncemus. Serpentis formā gerit, deorſum trahitur, ab inferiori loco depugnat, id eſt, à rebus quæ infra nos ſunt, à uoluptate, diuitijs, à ſecularibus rebus. Si quē uiderit uolatu ad cœlū ferri, primo ſaltu couſq; cōtingere haud quaq̄ poteſt, deinde id aggreſſus, celeriter labetur Diabolus prædo. Peccatum.

betur: neque enim pedes habet, ne formides, non alas, ne terreare, ſuper terram trahitur, iis quæ intra ſunt adhæreſcẽs. Igitur nihil ſit tibi cum terra commune, ac labore nullo egebis: neq; enim eam pugnam nouit quæ aduerſo utrinq; cornu geritur, ſed ueluti ſerpẽs ſpinis occultatur, intra diuitiarum impoſturam aſsidue latitans, qui ſi ſpinas incideris, facile aufugiet, timidus redditus, ſi & in illum diuinas incantationes

Incantationes ſpirituales. Crucis potentia.

cauere noueris, ſtatim uulnerabitur: ſunt enim nobis incantationes ſpirituales, ipſum nomen domini noſtri IESV CHRISTI, atque ipſius crucis potentia. Hæc ipſa incantatio non ſolum draconem à ſpoliis abigit, atque in ignem conicit, ſed & uulneribus quoque medetur.

CHRYSOSTOMVS SERMONE IN illud Apoſtoli dictum, Oportet & hæreſes eſſe.

Arbores bene radicatæ. Animæ ſolidatæ.

Nam ut arbores bene & diligenter radicatæ uentorum ui cum aguntur hinc & inde, ſolidiores fiunt: Sic & bene ſolidatas in fundamento ueræ fidei animas, quæcunque irruunt hæreſes, reddunt fortiores, tantum abeſt, ne ſubuertant.

Ab oculis laborans.

Nam qui oculis laborat, etiam à ſole offendi conſueuit: Qui autem ſanus eſt, nec à tenebris incommodatur.

Cœlo deſtinati.

Et quaſi hi qui ad magnos quoſdam principatus accerſiti, regias inhabitaturi ciuitates, omnem ſubſtantiam ſuam in pecuniam commutant, et ſic illò migrant: Ita planè et tunc faciebant homines illi ad cœlum uocati, & ad ſupernam metropolim, & regnum quod illic eſt. Nam perſuaſum habentes illic eſſe patriam, omni ſubſtantia ſua in pecuniam commutata, pecuniam per Apoſtolorum manus illò præmiſerunt.

Radix.

Sicut radix in pingui plãtata ſolo, quæ nobis ſingulis annis

tempe-

tempeſtiuos affert fructus. Sic & pecunia in manibus paupe rũ plantata, non ſolũ in ſingulos annos, ſed & in ſingulos dies ſpiritales nobis fructus affert, fidentiam ſcilicet in Deũ, pecca torum abceſſum, cõſcientiam bonã, læticiam ſpiritualẽ, ſpem iucundã, aliaq́; bona quæ præparauit Deus diligẽtibus ſe. Pecunia pauperum. Spirituales fructus.

CHRYSOSTOMVS IN I. AD CORINTH. CAP. X.

Quid dico communionẽ? ipſum illud corpus ſumus CHRISTI, non corpora multa, ſed corpus unum. Quemadmodũ enim panis ex multis conſtans granis, ita compoſitus eſt, ut nuſquàm grana uideantur, & ſunt quidem grana, ſed propter coniunctionem nullo diſcrimine diſcernuntur: Ita nos quoque & inuicem, & CHRISTO coniungimur. Euchariſtia. Panis.

SERMONE SVPER DICTVM APOSTOLI: Cum ſubiecta ei fuerint.

In alijs certaminibus laureas referunt, qui uictores redeunt: at in diſputationibus diuinis, ſolis debetur corona, qui ſe rei magnitudine uictos ingenue fatentur. Victores. Diſputationes diuinæ

CHRYSOSTOMVS IN EPIST. AD GALAT. CAP. I.

Vbi ſunt igitur, qui nos ut contentioſos damnant, eo quòd cum hæreticis habemus diſsidium, dictitantq́; nullum eſſe diſcrimẽ inter nos & illos, ſed ex principatus ambitu proficiſci diſcordiam? Audiant quid dicit Paulus: Nimirũ illos ſubuertiſſe euangelium, qui paululũ quippiam rerum nouarum inuexerant: iſti uerò non ſimpliciter puſillũ, qui filium Dei prædicant eſſe creaturam, ſed quod eſt omniũ maximum, immutãt. An non audiſti, quòd is qui ueteri quoq; teſtamento ſabbato Hæretici. Peruertũt euangeliũ, qui paululũ quippiam rerum nouarum inuehunt.

ligna collegerat, unicum mandatum, nec id maximũ tranſgreſſus, extremo affectus eſt ſupplicio? Quodq́; Oza, qui arcam alioqui ſubuertendam fulcit, è ueſtigio mortuus eſt, cò quòd miniſterium ipſi non congruens uſurpauit? Ergòne ſabbatum uiolatum, & ſolus arcæ ruituræ contactus, ad tantam indignationem prouocauit, ut qui hæc auſi fuerant, ne minimum quidem ueniæ ſint conſequuti: hic uerò qui adoranda & ineffabilia dogmata corrumpit, excuſationem habiturus eſt, & ueniã conſequetur? Non poteſt hoc fieri, non poteſt inquàm. Hoc ipſum igitur eſt omnium malorum cauſa, quod ob puſilla nõ indignamur. Ob id enim maiora ſcelera ſubierũt, quòd minoribus debita correctio non adhibetur. Et quemadmodum in corporibus, qui uulnera neglexerunt, febres gignunt, & putrefactiones, ac mortem deniq́;: Itidem & in animis, qui puſilla diſſimulant, maiora inuitant.

Ob puſilla non indignamur.

Vulnerum neglectus.

IN CAPVT II.

Peccatum.

Quemadmodum enim peccatũ, ſi uicerit, ipſum eſt q̃ uiuit in homine, animũ ad quæ uult pertrahens: Ita ſi illo mortuo, quæ CHRISTO ſunt placita, fiant, nec humana deinceps eſt eiuſmodi uita, uidelicet ipſo CHRISTO uiuente in nobis, hoc eſt, agente ac dominante.

IN CAPVT III.

Lucerna.

Lex.

Quemadmodum ſi lucerna quæ noctu præluxit, iam orto die, uetet nos obtueri ſolem, non ſolum non præſtaret officium, uerum etiam læderet: Itidem & lex, ſi obſtaret ad meliora pergentibus.

IN CAPVT IIII.

Quemadmodũ qui perpetuo mitigat in medicãdo, remiſ-

ſum

ſum hominem facit: Ita ſemper aſperis uti ſermonibus, magis exacerbat hominem. Eoq; bonum eſt ubiq; moderatis uti. Vbiq; moderatis utendum.

Verum hunc in modũ non loquitur, ſed aliter: parcit enim illis, nec uult ferire, nec uulnera uulneribus addere: quemadmodum eruditi medici eos qui in lõgum incidunt morbũ, non protinus ac ſemel, ſed ex interuallo curãt, ne deſpondẽtes animum pereant: Sic & hic beatus. Nam & hi parturientis dolores hoc ſunt acriores, quo maior erat affectus charitatis. Eruditi medici.

IN CAPVT V.

Manifeſta autem ſunt opera carnis, quæ ſunt, ſcortatio, adulterium, immundicies, laſciuia, ueneficium, ſimulacrorum cultus, inimicitiæ, cõtentio, æmulationes, iræ, concertationes, ſeditiones, hæreſes, inuidiæ, cædes, ebrietates, comeſſationes, & his ſimilia, quæ prædico uobis; quòd qui talia faciunt, non erunt hæredes regni Dei. Hic iam mihi dicito tu, qui carnis accuſator es, & arbitraris hæc ob ſimultatem & diſcordiam eſſe dicta: Sit adulterium & ſcortatio carnis, iuxta ueſtram opinionem: inimicitiæ, contentio, æmulationes, concertationes, hæreſes, ueneficia, cuius erunt? Nam hæc tantummodo ſunt corruptæ uoluntatis, nimirum ut cætera: quomodo igitur erunt carnis? uides igitur quòd hæc non loquitur de carne, ſed de terreſtri cogitatione, quæ humi ſerpit, eoq; terrorem ingerit dicens: Qui talia faciunt, regni Dei non erunt hæredes. Quòd ſi hæc eſſent naturæ malæ, non uoluntatis prauæ, ſuperflue dixiſſet faciunt, faciunt, non patiuntur. Huius autem rei gratia etiam exulant à regno cœlorum. Neque enim ad ea quæ ſunt naturæ, ſed ad ea quæ ſunt uoluntatis pertinent uel coronæ, uel ſupplicia. Quapropter etiam hæc minatur Paulus. Opera carnis.

HOMILIA LIIII

Vires corporis. Anima affectus.

Sicut enim uires corporis moriuntur: & omnem ſenſum amittunt: Ita & anima cum multis detinetur affectibus, uirtuti moritur: & ſi quid attuleris, non ſentit: ſed ſiue ſupplicium, ſiue quodcunque aliud miraberis, nullo ſane ſenſu mouetur.

HOMILIA LXVI.

Violentus tyrannus

Sit uiolentus quiſpiam tyrannus, qui omnes qui in manus ſuas uenerint, plurimis malis afficiat: Hic ſi uel regem, uel regium filium captum, iniuſte interimat, illius mors etiam alios ulciſci poterit. Sit aliquis qui debitores poſtulet, uerberet, in carcerem inijciat, & hac inſania etiam nihil debentem coërceat: hic etiam eorum quæ in debitores commiſit, dabit pœnam, interficietur ab illo: Non aliter in IESV uſu uenit. Eorum enim quæ in nos fecit diabolus, propter ea quæ in CHRISTVM auſus eſt, poſtulatus eſt ad ſupplicium.

Diabolus.

HOMILIA LXVII.

Sol. Pharao.

Quemadmodum enim ſol debilem oculorum aciem perſtringit, non natura ſua: Ita uſu uenit in his, qui diuino non attendunt ſermoni. Ita & Pharaonis cor induruiſſe dicitur, ita his accidit, qui uerbum Dei oppugnant.

HOMILIA LXVII.

Corpus ſanũ ac morbidum.

Si quis tibi optionẽ proponeret, an egregiũ corpus & bonæ habitudinis, & alijs ſpẽ præſtans, uili tamẽ indutũ ueſte, an turpe, & morbis implicitũ, ornatũ tamen auro & pulchritudine cultũ malles: Nõne naturalẽ corporis pulchritudinem ueſtimentis præferres? In corpore hoc ſane præfertur. In anima cõtrà, q̃ qui turpẽ, informem, & nigrã habet, putat eã ſe

Anima.

auri

auri ſplẽdore emẽdare. Quænam hæc amentia? Interiorem ornatũ cures uelim, & hæc monilia animæ apponas. Nã ſi ijs corpus ornetur, neq; ad bonã ualetudinẽ, neq; ad formã quicquam conferet. Neq; enim nigrum corpus album reddet, nec turpe ſpecioſum. Si animæ id addideris, e ueſtigio eam pro nigra candidam, pro turpi ſpecioſam reddes.

HOMILIA LXXII.

Et quemadmodum ſi quis in limpidum fontem ſtercus inijciat, totum immundum reddit: Ita ſi diuitias auaritia attigerit, omnes fœtore ſuo corrumpit. Limpidus fons. Auaritia.

HOMILIA LXXV.

Neque enim ſi aſini in nos irrudiant, & inclangant graculi, ſapientes autem laudent, horum dimiſſo conſeſſu, ſtultorum clamores nos moueant. Sunt enim graculis haud abſimiles, & aſinis peiores, qui præſentia admirantur. Nam ſi terrenus rex te laudet, de cantharidum, & culicum laudibus cogitas? Quouſque in cœno uerſabimur? Quouſque ſtultos & gulæ deditos ſpectatores habebimus? Aſini. Graculi. Præſentiũ admiratores.

HOMILIA LXXVI.

Quemadmodum nauis innumeros uehens, niſi ad portum appellat, ſed in medio pelago ſubmergatur, non modo ei longa proficit nauigatio, ſed tanto maiorem facit iacturã, quanto maiores labores ſubijt: Ita quæ in medio certamine corruunt animæ, grauiori caſu concutiuntur. Naufragiũ

HOMILIA LXXXII.

Quemadmodum enim ſi quis te pauperem ut diuitem appellaret, laudaretq́;, nihil ad te illæ laudes, ſed potius in riſum uerterẽtur: Ita ſi quis falſo calumniaretur, nihil id ad te. Quod ſi te conſcientia reprehendit, nulla uerba perturbẽt, Falſo calumnians.

ſed uitam emenda, hoc in ueris reprehenſionibus dico.

HOMILIA LXXXIIII.

Procreãdi cupiditas. Continẽtia Vitæ deſiderium.

Nam ſicut ad ſeruandam prolis ſucceßionem, Deus peccandi cupiditatem hominibus indidit, non tamen prohibens altiorem continentiæ uiam: Ita & uitæ nobis inſeuit deſiderium, prohibens ne quis ſe interimat, non impediens tamen ut præſentem uitam contemnat.

HOMILIA LXXVI.

Mercatores.

Si quis pro amicis aliquid paſſus gloriatur, ſi quis propter Deũ quid tolerat, quam ſentire moleſtiã putandum eſt? Oportet in rebus grauibus et moleſtis, nõ labores, ſed præmia conſiderare. Quemadmodũ mercatores, non maris pericula, ſed lucrum expectant: Ita & nos cœlum & Dei præſentiam.

HOMILIA LII.

Vnguentaria taberna. Eccleſia.

Si unguentario quiſpiam, aut unguentariæ tabernæ aßideat, etiam inuitus illum accipit odorem, longè magis, qui eccleſiam frequentat, ſi durus, aſper fuerit, gemit, incipiet aliquando audita opere implere.

HOMILIA LVIII.

Scriptura.

Scriptura eſt oſtium, quomodo nos ad Deum ducũt, et eius nobis cognitionem aperiũt, ipſæ oues faciunt, ipſæ cuſtodiũt, neq; lupos irrumpere permittunt. Tanquàm oſtium enim firmißimũ hæreticos arcent, & in tuto conſtituunt, neq; nos, modo uelimus, aberrare unquàm ſinent. Et niſi hoc oſtium infringamus, nunquàm nos inimici noſtri poterũt expugnare: per hoc oſtium & paſtores, & omnes alij ingredimur in ouile, id eſt, ad oues, & curam earum. Qui enim ſcriptura nõ utitur ſacra, ſed aſcendit aliunde, id eſt, non conceſſa uia, is fur eſt. Sic Phariſæi aliunde aſcenderunt, legẽ Dei tranſgreßi.

HO-

HOMILIA LXXXIII.

Neque enim ſi quis uulnus acceperit, & medicinam impoſuerit, non diligenter alligabit, ſed decidere permittet, neque aquam, puluerem, & alia uulneri contraria non cauebit, ne grauius malum ſequatur: non medicinæ, ſed propriæ deſidiæ culpa: hoc nobis accidere ſolet, cum diuinis ſermonibus parum, ſecularibus ſemper attendimus: Ita ſemen omne ſuffocatur, fructus nullus prouenit. Vulnus. Medicina. Diuini ſermonis neglectus.

HOMILIA LXXXII.

Vt enim in morbis & fiſtulis, niſi quis prius fluentem humorem, & uulnus ſiſtat, quæcunque impoſuerit medicamenta, non amota morbi cauſſa, omnia fruſtra contendet: Ita & nos niſi manum ab auaritia, & malum hunc amorem cohibuerimus, licet eleemoſynam demus, uiam incaſſum laboramus. Morbi & fiſtulæ. Auaritia. Amor.

CHRYSOSTOMVS IN ACTA APOSTOLORVM

HOMILIA I.

Quemadmodum milites in multitudinem erupturos, nemo patitur exire, priuſquàm armati fuerint, neq; quiſquàm equos ſinit à carcere proſilire, priuſquàm aurigam nacti ſint: Ita nec CHRISTVS *diſcipulos ſuos paſſus eſt in acie conſpici, priuſquàm deſcenderet ſpiritus, ne facile caperetur, & abduceretur à multitudine.* Milites armati. CHRISTI diſcipuli.

Etenim ſi quis aditurus annonæ præfecturam, ſibi parat quicquid ad uitæ uſum pertinet, atq; ut ſibi nõnihil dignitatis aſſequatur, & pecunias conſumit, et tempus impendit, & innumerabiles ſuffert labores: quo malo nos digni fuerimus, ſi cũ tanta ſocordia regnum cœlorum adierimus, neque ulla cura Annonæ præfectura.

noſmet-

noſmetipſos ad hoc præparauerimus, priuſquàm accipiamus? quin & poſtquàm acceperimus, ſocorditer egerimus.

Vtrum melius eſt, metuere an laborare? Si quis te collocaſſet ocioſum in domo ruinoſa, dicens: Expecta donec in caput tuum deciderit teſtudo iam putris: fortaßis enim cadet, fortaßis non cadet. Quòd ſi id non placet, operare, ac tutißimum inhabita thalamum, utrum magis eligeres? ociúmne illud cum timore, an laborem cum ſecuritate? Sic igitur & nunc facito. Siquidem incertus euentus futuri ceu domus quædam eſt putris, ſemper ruinam minitans. At induſtria illa, quanquàm laborem habet, tamen ſpondet ſecuritatem.

Ocium cum timore. Labor cum ſecuritate. Incertus euentus futuri.

Etenim ſi de rebus ad hanc uitam corporalem pertinentibus ſtatuere uolenti, non permitterent leges ciuiles ordinare, ſi teſtari uolens non admodum conſtet animo, præſertim cũ de ſuis ipſius facultatibus præſcripturus ſit, quomodo qui de regno cœlorum docetur, deq; bonis illis ineffabilibus, poterit ad plenum uiam percipere, frequẽter et à morbo factus attonitus? Quando uerò futurum eſt, ut illa uerba dicas CHRISTO, conſepultus cum illo, quum iam ſis mox abiturus? Nam factis & uerbis oportet declarare beneuolentiam.

Regnũ cœlorum. Bona ineffabilia.

Tu uerò perinde facis, ac ſi quis tum poſtulet aſſcribi militiæ, quum iam bellum eſt ſoluendum, aut ſi athleta tum ueſtes exuat, quando iam ſurgere cœperint ſpectatores è theatro diſceſſuri. Siquidẽ in hoc arma ſumis, nõ ut protinus aufugias, ſed ut acceptis illis, ex aduerſario trophæum referas.

Athleta.

Si rex mißis literis iubeat uinctos è carcere dimitti, gaudium eſt ac lætitia. Deus autem mittit ſpiritum è cœlis, non reliquias pecuniæ debitæ, ſed uniuerſa peccata condonans: & omnes fletis & eiulatis?

E carcere dimißi.

HO-

HOMILIA II.

Quemadmodum quum uidemus infantem plorantem, ſem perq́; cupientem aliquid à nobis accipere, quo nihil illi eſt opus, tum occultato potius quod concupiſcit, oſtendimus illi manus uacuas: Ecce non habemus: Itidem & ille fecit Apoſtolis. Sed quemadmodum puer ille ſi poſtea nihil oſtẽdamus, inſtat plorando, uidens ſe eſſe deluſum, deinde eo relicto diſcedimus dicentes, uocat me talis, et aliud quiddã eius loco quod concupiſcebat damus, uolentes illum auocare ab eo quod maluiſſet accipere, extollentesq́; illud quod in alterius locum damus, eo dato repente ſubducimus nos: Itidem fecit & CHRISTVS, illi quærebant accipere, hic negauit ſe habere. Attamen primum deterrebat. Cæterum ubi rurſus quærerent, iterum negauit ſe habere, niſi quod nunc territat, uerũ poſteaquàm oſtenderat, quod fecerat, dicit etiam probabilem cauſam, pater, inquit, poſuit in ſua poteſtate. Infans ſemper plorãs, ſemperq́; cupiens.

CHRYSOSTOMVS IN EPISTOLAM AD ROMANOS

HOMILIA I.

Quemadmodum in familia aliqua ad diuerſa quiſq́; opera ſegregatus eſt: Sic & in eccleſia diuerſæ ſunt adminiſtrationum diſtributiones. Familia.

HOMILIA II.

Quemadmodum enim apud ipſos reges, omnes quidem unius regnantis imperium agnoſcunt, ſubſeruiunt autem nõ omnes iiſdem in rebus: ſed illius munus eſt exercitibus imperare, huius urbes regere, ac diſpenſare, illius rurſus pecunias aſſeruare, quæ in theſauros reconditæ ſunt: Ita & in rebus ſpiritualibus, hic quidem ſuam in Deum ſeruitutem ac cultum Res ſpirituales in

multas ſua ctiones ſunt diſtributæ. cultum oſtendit in fide ipſa, in recta uitæ propriæ diſpẽſatione: Ille autẽ ſuſcipienda hoſpitum cura, alius pertractãda rerum neceſſariarũ præfectura. Quemadmodũ & inter ipſos apoſtolos, Stephani munus erat, uiduarũ præſidiũ, ac patrocinium: atq; hac quidem in parte Deo inſeruiebat: Alius porrò Euangelici ſermonis præceptionem ſuſceperat, cuiuſmodi erat Paulus, ſeruiens in Euangelio prædicando.

Ignis. Quemadmodum enim ignis naturam talem eſſe uidemus, ut ſi quis multas in unum lampadas coëgerit, ſplendidã reddat, & incendat lucem: Sic et in ipſis fidelibus ac credulis uſu uenit. Quum enim à nobis mutuo auulſi ſumus, fit neſcio quo pacto, ut mœſtiores reddamur: quum autem mutuo nos conſpicientes membris domeſticis hinc inde impliciti, fit ut magnam conſolationem accipiamus.

Cogitationũ natura. Labyrinthus. Gryphi. Talis eſt enim cogitationũ natura, Labyrintho cuipiã ac gryphis ſimilis eſt, nullũ uſq̃ finem habens, neq; concedens cogitationẽ ſtare ſupra petrã, originem ab arrogãtia, ac nimia ſui opinione aſſumens: quũ enim quoſdã pudeat ad fidei ſuſceptionem accedere, ut ne uideãtur cœleſtia ignorare, ipſi ſeſe in cogitationum ueluti quiſquilias, ac minutias conijciunt.

HOMILIA III.

Regales pecuniæ. Quemadmodum igitur cui regales pecuniæ creditæ fuerint, mandatumq́; acceperit, ut eas in regis honorẽ ac decus inſumat: Is ſi in prædones, ſcorta, magos, eas inſumpſerit, hosq́; regijs pecunijs ſplendidos reddiderit, tanquàm qui maxime regem offenderit, pœnas pendit: Ita & hi, quum accepiſſent notitiam de Deo, deq́; eius gloria, deinde idolis illam

Idololatræ circumpoſuiſſent, in iniuſticia ueritatem detinuerunt, ac quod in ipſis quidem fuit, cognitionem iniuria affecerunt, quum ea

ipſa

ipſa, quatenus decens fuit, uſi nequaquàm fuerint.

Quemadmodum enim ſi quis exercitus præfectus prælio ingraueſcente abſceſſerit, hoſtibus milites tradit: haud quaquàm ipſos impellens, uerum ſuo ipſius auxilio nudans: Sic & Deus eos dimiſit, qui admittere ipſius præcepta noluerunt, ſed ſtatim inter primos ab eo defecerunt, & ipſe nihilominus partes ſuas omnes explens. Præfectus exercitus. Dimiſſi nolentes Dei præcepta admittere.

HOMILIA IIII.

Etenim qui inſaniunt, ac phreneſim patiuntur, ij certe multas, & eas miſerandas in ſemet iniurias dum inferunt, ob quæ facta alijs lachrymas cient, ob ea rident quidem ipſi, & inſoleſcunt, nec tamen illos propterea dixerimus ſupplicio liberatos, ſed hoc ipſo nomine pœna grauiori affligi, quòd ne ipſi quidem norint, quibus quantisq; in malis uerſentur miſeri: neque enim ab ægrorum, ſed à ſanorum calculo ſententiam ferre nos oportet. Inſani ac phrenetici.

HOMILIA V.

Auerſati ſumus uocantem, & undequaq; illectantem, ac ne ſic quidem de nobis ille pœnas ſumpſit, ſed accucurrit ipſe, ac reſiſtantes fugitantesq; inhibuit: ipſi tamen ab illius manibus excuſſi, ad diabolũ transfugimus, ac ne ſic quidem deſtitit ille, ſed ſexcentos rurſus qui nos hortarentur, miſit prophetas, angelos, patriarchas. At nos legationem non ſolũ non admiſimus, ſed & legatos nobiſcum agentes, iniuria affecimus. Ille autem nec per hoc quidem nos reſpuit, ſed quod facere ſolent ij qui uel uehementiſſime quum amant, negliguntur tamen, circuiens ad omnes adijt, tum in cœlo, tum in terra ſeſe manifeſtans, congreſſusq; nunc cum Hieremia, nunc cum Michea, paratus etiam, cum ijs qui illum aduerſarentur po- Impenſiſſime amans, neglectus tamen.

tur po-

tur poſtulans ad rationis reddendæ calculos deſcendere, tum autem ad omnia ſurdos ad colloquium ſecum trahens, Popule mi, inquit, quid feci tibi &c.

Ignaui famuli. Et quod ignauis famulis uſu uenire in foro ſolet, ut miniſterijs neceſſarijs poſthabitis, ad quæ peragenda à dominis ſuis amandantur, inconſulto, ac temere ſibi occurrentibus aſſixi, ociũ illic abſumant: hoc ipſum ſanè & nobis quoq; accidat neceſſe eſt, quoties à Dei mandatis aberramus. Statmus enim admirati diuitias, corporis pulchritudinem, & alia item ad nos nihil pertinentia, illorum famulorũ exemplo, qui mendicis, morionibus, ac per præſtigias quaſdam miracula repræſentantibus intenti, ſero domum ubi redierint, extremis plagis cæduntur: multi autẽ & propoſitum iter prætereunt, ſecuti alios, turpiter & inhoneſte in huiuſmodi facinoribus ſeſe gerentes. Nos uerò caueamus, ne ſimilia patremus, etenim dimißi quidem ſumus ad multa, & ea urgentia, peragenda: qui ſi, omißis illis, ſteterimus oſcitantes ad hæc infructuoſa, tempore omni nobis fruſtra & incaſſum abſumpto, extremum luituri ſumus ſupplicium.

A Dei mandatis aberrantes.

Occultum crimen. Si noſtrum cuiuſquam occultum crimen aliquod hoc ipſo die in mediũ delatum, huic modo conſeſſui innoteſceret, nonne fieret, ut ille interire, ac terram ſibi potius dehiſcere, quàm tam multos peccati ſui teſtes habere mallet? quid igitur tum nobis fiet miſeris, quum omnia orbi uniuerſo palam facta, in tã aperto, tamq; illuſtri theatro denudata, hominũ nobis partim cognitorũ, partim incognitorum oculis ſubijcientur?

Horror extremi iudicij.

HOMILIA VII.

Ignẽ manibus ac ligonẽ geſtans. Si quem uideremus ignem manibus ac ligonem geſtantẽ, hanc ædẽ unà cum altari demoliri, euertere, incendere, nonne fie-

ne fieret, ut ab omnibus ijs qui rē forte ſpectarent, lapidibus obrueretur, tāquàm impius, & exlex? quid igitur? ſi quis flammam geſtet, hoc quo utimur igne edaciorem, inuidentiam dico, non lapidum ædificia demolientem, neq; aureum altare euertentem, ſed quod longe & lapidibus & altari precioſius eſt, præceptorum ædificium ſubuertentem, & deuaſtantem, hic qua tandem uenia dignus eſſe queat? Inuidentia

HOMILIA VII.

Etenim in fœneratitijs pecunijs hoc uſu uenire uidemus, ut fœneratores libētius ijs debitoribus mutuas dēt pecunias, q̄ quod mutuo acceperint, multo poſt tēpore ſoluturi ſint. Nā qui protinus reſoluit, is fœnoris curſum interrumpit: qui autē in ſoluendo ſerus eſt, is quæſtū maiorē efficit: Itáne uerò obærandis hominibus morā non ægreferimus, ſed & modis omnibus maior illa ut fiat, excogitamus: obærādo autē Deo ſic nos puſillanimes gerimus, ut hoc nomine tardemus, ac tergiuerſemur? Fœneratores. Obærādus Deus.

HOMILIA VIII.

Deus diabolum habitare uoluit, tanq̄ prædonem quempiam ac tyrannum,, qui niſi quem apprehēderit inermem & ſolitarium in ſuas ſpeluncas deſcendentē, accedere ſane non ſuſtinet, niſi nos per deſertū locum iter facientes uiderit, appropinquare nō audet. Deſertus autem locus diaboli nihil aliud eſt niſi peccatū. Opus eſt ergo nobis fidei ſcuto, ſalutis galea, ſpiritus gladio, nō ut ne malum aliquod patiamur tantū, ſed ut illius caput irruere uolētis obtruncemus. Serpentis formā gerit, deorſum trahitur, ab inferiori loco depugnat, id eſt, à rebus quæ infra nos ſunt, à uoluptate, diuitijs, à ſecularibus rebus. Si quē uiderit uolatu ad cœlū ferri, primo ſaltu eouſq; cōtingere haud quaq̄ poteſt, deinde id aggreſſus, celeriter la- Diabolus prædo. Peccatum.

betur: neque enim pedes habet, ne formides, non alas, ne terreare, ſuper terram trahitur, ijs quæ intra ſunt adhæreſcēs. Igitur nihil ſit tibi cum terra commune, ac labore nullo egebis: neq; enim eam pugnam nouit quæ aduerſo utrinq; cornu geritur, ſed ueluti ſerpēs ſpinis occultatur, intra diuitiarum impoſturam aßidue latitans, qui ſi ſpinas incideris, facile aufugiet, timidus redditus, ſi & in illum diuinas incantationes

Incantationes ſpirituales. cauere noueris, ſtatim uulnerabitur: ſunt enim nobis incantationes ſpirituales, ipſum nomen domini noſtri IESV

Crucis potentia. CHRISTI, atque ipſius crucis potentia. Hæc ipſa incantatio non ſolum draconem à ſpolijs abigit, atque in ignem conijcit, ſed & uulneribus quoque medetur.

CHRYSOSTOMVS SERMONE IN ILlud Apoſtoli dictum, Oportet & hæreſes eſſe.

'arbores bene radicatæ. Nam ut arbores bene & diligenter radicatæ uentorum ui cum aguntur hinc & inde, ſolidiores fiunt: Sic & bene ſolidatas in fundamento ueræ fidei animas, quæcunque irruunt hæreſes, reddunt fortiores, tantum abeſt, ne

Animæ ſolidatæ. ſubuertant.

Ab oculis laborans. Nam qui oculis laborat, etiam à ſole offendi conſueuit: Qui autem ſanus eſt, nec à tenebris incommodatur.

Et quaſi hi qui ad magnos quoſdam principatus accerſiti, regias inhabitaturi ciuitates, omnem ſubſtantiam ſuam in pecuniam commutant, et ſic illò migrant: Ita planè et tunc faciebant homines illi ad cœlum uocati, & ad ſupernam metropolim, & regnum quod illic eſt. Nam perſuaſum habentes illic eſſe patriam, omni ſubſtantia ſua in pecuniam commutata, pecuniam per Apoſtolorum manus illò præmiſerunt.

Cœlo deſtinati.

Radix. Sicut radix in pingui plātata ſolo, quæ nobis ſingulis annis

tempeſtiuos affert fructus. Sic & pecunia in manibus paupe rũ plantata, non ſolũ in ſingulos annos, ſed & in ſingulos dies ſpiritales nobis fructus affert, fidentiam ſcilicet in Deũ, peccatorum abceſſum, cõſcientiam bonã, lætitiam ſpiritualẽ, ſpem iucundã, aliaq́; bona quæ præparauit Deus diligẽtibus ſe. Pecunia pauperum. Spirituales fructus.

CHRYSOSTOMVS IN

I. AD CORINTH. CAP. X.

Quid dico communionẽ? ipſum illud corpus ſumus CHRISTI, non corpora multa, ſed corpus unum. Quemadmodũ enim panis ex multis conſtans granis, ita compoſitus eſt, ut nuſquàm grana uideantur, & ſunt quidem grana, ſed propter coniunctionem nullo diſcrimine diſcernuntur: Ita nos quoque & inuicem, & CHRISTO coniungimur. Euchariſtia. Panis.

SERMONE SVPER DICTVM APOSTOLI: Cum ſubiecta ei fuerint.

In alijs certaminibus laureas referunt, qui uictores redeunt: at in diſputationibus diuinis, ſolis debetur corona, qui ſe rei magnitudine uictos ingenue fatentur. Victores. Diſputatiões diuinæ.

CHRYSOSTOMVS IN

EPIST. AD GALAT. CAP. I.

Vbi ſunt igitur, qui nos ut contentioſos damnant, eo quòd cum hæreticis habemus diſsidium, dictitantq́; nullum eſſe diſcrimẽ inter nos & illos, ſed ex principatus ambitu proficiſci diſcordiam? Audiant quid dicit Paulus: Nimirũ illos ſubuertiſſe euangelium, qui paululũ quippiam rerum nouarum inuexerant: iſti uerò non ſimpliciter puſillũ, qui filium Dei prædicant eſſe creaturam, ſed quod eſt omniũ maximum, immutãt. An non audiſti, quòd is qui ueteri quoq; teſtamento ſabbato Hæretici. Peruertũt euangeliũ, qui paululũ quippiam rerum nouarum inuehunt.

ligna collegerat, unicum mandatum, nec id maximũ tranſgreſſus, extremo affectus eſt ſupplicio? Quodq́; Oza, qui arcam alioqui ſubuertendam fulcit, è ueſtigio mortuus eſt, eò quòd miniſterium ipſi non congruens uſurpauit? Ergóne ſabbatum uiolatum, & ſolus arcæ ruituræ contactus, ad tantam indignationem prouocauit, ut qui hæc auſi fuerant, ne minimum quidem ueniæ ſint conſequuti: hic uerò qui adoranda & ineffabilia dogmata corrumpit, excuſationem habiturus eſt, & ueniã conſequetur? Non poteſt hoc fieri, non poteſt inquàm. Hoc ipſum igitur eſt omnium malorum cauſa, quod ob

Ob puſilla non indignamur.

puſilla nõ indignamur. Ob id enim maiora ſcelera ſubierũt, quòd minoribus debita correctio non adhibetur. Et quemadmodum in corporibus, qui uulnera neglexerunt, febres gi-

Vulnerum neglectus.

gnunt, & putrefactiones, ac mortem deniq́;: Itidem & in animis, qui puſilla diſsimulant, maiora inuitant.

IN CAPVT II.

Peccatum.

Quemadmodum enim peccatũ, ſi uicerit, ipſum eſt ꝙ uiuit in homine, animũ ad quæ uult pertrahens: Ita ſi illo mortuo, quæ CHRISTO ſunt placita, fiant, nec humana deinceps eſt eiuſmodi uita, uidelicet ipſo CHRISTO uiuente in nobis, hoc eſt, agente ac dominante.

IN CAPVT III.

Lucerna.

Quemadmodum ſi lucerna quæ noctu præluxit, iam orto

Lex.

die, uetet nos obtueri ſolem, non ſolum non præſtaret officium, uerum etiam læderet: Itidem & lex, ſi obſtaret ad meliora pergentibus.

IN CAPVT IIII.

Quemadmodũ qui perpetuo mitigat in medicãdo, remiſ-

ſum

ſum hominem facit: Ita ſemper aſperis uti ſermonibus, magis exacerbat hominem. Eoq; bonum eſt ubiq; moderatis uti.

Vbiq; moderatis utendum.

Verum hunc in modũ non loquitur, ſed aliter: parcit enim illis, nec uult ferire, nec uulnera uulneribus addere: quemadmodum eruditi medici eos qui in lõgum incidunt morbũ, non protinus ac ſemel, ſed ex interuallo curãt, ne deſpondẽtes animum pereant: Sic & hic beatus. Nam & hi parturientis dolores hoc ſunt acriores, quo maior erat affectus charitatis.

Eruditi non medici.

IN CAPVT V.

Manifeſta autem ſunt opera carnis, quæ ſunt, ſcortatio, adulterium, immundicies, laſciuia, ueneficium, ſimulacrorum cultus, inimicitiæ, cõtentio, æmulationes, iræ, concertationes, ſeditiones, hæreſes, inuidiæ, cædes, ebrietates, comeſſationes, & his ſimilia, quæ prædico uobis, quòd qui talia faciunt, non erunt hæredes regni Dei. Hic iam mihi dicito tu, qui carnis accuſator es, & arbitraris hæc ob ſimultatem & diſcordiam eſſe dicta: Sit adulterium & ſcortatio carnis, iuxta ueſtram opinionem: inimicitiæ, contentio, æmulationes, concertationes, hæreſes, ueneficia, cuius erunt? Nam hæc tantummodo ſunt corruptæ uoluntatis, nimirum ut cætera: quomodo igitur erunt carnis? uides igitur quòd hæc non loquitur de carne, ſed de terreſtri cogitatione, quæ humi ſerpit, eoq; terrorem ingerit dicens: Qui talia faciunt, regni Dei non erunt hæredes. Quòd ſi hæc eſſent naturæ malæ, non uoluntatis prauæ, ſuperflue dixiſſet faciunt, faciunt, non patiuntur. Huius autem rei gratia etiam exulant à regno cœlorum. Neque enim ad ea quæ ſunt naturæ, ſed ad ea quæ ſunt uoluntatis pertinent uel coronæ, uel ſupplicia. Quapropter etiam hæc minatur Paulus.

Opera carnis.

Athletarũ delectus. Quemadmodum igitur ſi qui athletas deligit, ſiue naſo adunco, ſiue ſimos, ſiue nigros, ſiue candidos eligat, nihil refert ad probationem, ſed illud unum ſpectandum eſt, ut ualidi doctiq́; ſint: Ita qui aſcribendus eſt in nouum teſtamentum, huic nihil nocent hæc omnia corporalia, ſi abſint, quemadmodum neque iuuant, ſi adſint.

Aſcribendus in nouum teſtamentum.

Ignis admotus ceræ. Amoris calor. Quemadmodum enim ignis admotus ceræ, facilè mollit eam: Sic & amoris calor, rerum faſtum & arrogantiam, uehementius quàm ignis ſoluit.

IN CAPVT VI.

Sicut enim aurum uidetur quidem eſſe ſplendidum priuſquam mittatur in fornacem, uerum ubi traditum fuerit igni, tum uerò certo dignoſcitur, eo quod adulterinum eſt, ab eo quod eſt ſyncerum, ſeparato: Sic & noſtra opera, ubi diligenter examinaueris, tum euidenter retegentur, uidebimusq́; nos ipſos multis criminibus obnoxios eſſe.

Adulterinũ & ſyncerũ aurum.

Sementis. Quemadmodum enim in ſemente, qui ſeminat, nõ poteſt ex ordeo metere triticum, eò quòd oporteat & ſementem, & meſſem eiuſdem eſſe generis: Sic & in operibus. Qui in carne depoſuerit delicias, temulentiam, concupiſcentiam abſurdam, quæ hinc proueniant metet. Quæ autem ſunt iſta? ſupplicium, ultio, probrum, riſus, corruptio.

Meſſis. Opera.

Malum aliquod ſubito exortum. Quemadmodũ enim qui in luctum aliquem inciderunt, aut aliquem ex ſynceris amicis amiſerunt, aut alioqui malum aliquod ſubito exortum ferunt, neq; noctu quietem agunt, neque interdiu, luctu pectus illorum obſidente: Sic & beatus Paulus pauca loquens de moribus, denuo reuertitur ad ſuperiora, quæ maxime diſcruciabant ipſius animum.

D. Paulus.

Sportulæ Quemadmodum enim diuites ſportulas mittunt egentibus

bus,quo ſic,quando & ipſi in egeſtatem inciderint,eadem ab aliijs conſequantur:Sic & nobis eſt faciendum. *mittenda egentibus.*

Sicut enim in ſtructura domus non omnes lapides eundem habent locum, ſed hic quidem in angulum eſt accommodus, ad fundamenta non item: ille contrà ad fundamenta commodus eſt, non item ad angulum: Itidem ſanè eſt in corpore, quod eſt eccleſia. Quin & in noſtra carne licet idem cernere,attamen aliud membrum ab alio toleratur, nec ab omnibus omnia requirimus. Nam ex communi facta collectio, & corpus,& ædificium conſtituit. *Structura domus.* *Corpus quod eſt eccleſia.*

Quemadmodum enim equi freno morigeri,omnia ex ſeſe facientes,non opus habent ſcutica:Sic & anima quæ impulſu ſpiritus recta facit,non eget admonitrice lege. *Equi morigeri.*

Vt enim in corpore ſi quis ab omnibus membris eundem poſtulet ſuum,nunquàm cōſtiterit corpus: Sic & fratres graue bellum erit,ſi ab omnibus omnia requirimus. *Non ab omnibus omnia requirenda.*

CHRYSOSTOMVS IN EPIST. PAVLI AD PHILIPP.
HOMILIA I.

Ne uerò ſi ſemel atq; iterū dederimus,exiſtimemus nos totū beneficentiæ munus expleſſe. Per omnē enim uitā hoc agēdū:neq; enim ſatis eſt ſemel cū laude rē gerere,ſed perpetuo. Etenim qui in ſtadio poſtq̄ decē dolichos cucurrit,ſi poſt deficiat,totam laudē perdidit. Et nos ſi ſemel aggreſſi bona opera, poſtea defecerimus,totum amiſimus, totum perdidimus. *Perpetuo bene agendum.*

Quemadmodum diuitum filij ornatus gratia aureum monile geſtant in collo,nec id unq̄ deponūt,ueluti nobilitatis ſignū circūferentes & oſtentantes:Itidē et nos oportet ſemper *Nobilitatis ſignum.*

Beneficẽtia perpetua. beneficentiã indutos eſſe, declarãtes ꝗ filij ſumus eiusqui miſericors eſt, eius ꝗ ſolẽ ſuũ exoriri facit ſuper bonos ac malos.

Quemadmodũ enim iſta monumenta pueris detrahũtur, poſteaꝗ̃ facti uiri, feruntur ad aliud ornamentorum genus: Itidem & in nobis non iam erit eleemoſyna, quæ pecunijs erogandis conſtat, ſed alia quædam multò præſtantior. Eleemoſyna præſtãtiſſima.

HOMILIA II.

Quemadmodum enim in fornace Babylonica, quum tam ingens flamma ferretur in altum, tamẽ beatis illis pueris ros erat: Sic amicitia diligentis, ac Deo placentis animum occupans, omne abigit incendium, & in rorem admirabilẽ uertit. Amicitia diligẽtis ac Deo placentis.

Quemadmodum enim actores in ſcena, regum ac ducum perſonas, item medicorum ac rhetorum, ſophiſtarum ac militum aſſumentes ingrediuntur, quum ipſi nihil horum ſint: Sic ſanè & in præſenti uita, paupertas ac diuitiæ nihil aliud ſunt quàm perſonæ. Actores in ſcena. Paupertas ac diuitiæ.

Sicut igitur in theatro ſedens, ſi quem uideris, ex his qui extra ſcenam pedibus ingrediuntur, perſonam geſtantem regis, non iudicas eum beatum, neque regem eſſe credis, imò nec ipſe optaris eſſe talis, ſed quum ſcias, quòd ſit quiſpiam ex his qui conuerſantur in foro, funium opifex, aut faber ærarius, aut aliud quicquàm tale, non iudicas illum beatum ob perſonam aut ob ueſtem ad talos demiſſam, neque ex hiſce rebus æſtimas illorum uitam, ſed de ſpuis potius illum ob aliam uilitatem: Sic ſanè & hic, uelut in theatro, uidelicet mundo, ſedens, & in ſcena ludentes ſpectans, ubi uideris complures diuites, ne putes uere diuites eſſe, ſed diuitum obtectos perſonis. Nam quemadmodum ille qui in ſcena regem, aut belli ducem agit, frequenter eſt famulus eorum qui ficus aut botros Beatus.

uendunt

uendunt in foro: Itidem & hic diues crebro pauperior eſt omnibus. Quòd ſi detraxeris illi perſonam, ſi conſcientiam explices, & ingrediaris animum, multam illic offendes uirtutis inopiam, cõperiesq́; omnium hominum abiectiſſimum. Quẽadmodum enim inſtãte ueſpera, digreſſisq́; qui conſederant, ubi fuerint è theatro egreſſi, habitumq́; tabulæ depoſuerint, qui prius reges ac duces eſſe uidebantur, pòſt apparent hoc quod ſunt: Ita ſane & nunc, poſtquàm mors aduenerit, theatrumq́; dimiſſum fuerit, quum diuitiarum paupertatisq́; perſonas depoſuerint, omnes illuc profecti ſunt, atq; ex ſolis operibus iudicati, declarant qui uere ſint diuites, qui uere pauperes, qui honorati, & qui humiles. Diues crebro pauperior omnibus. Vere diuites. Vere pauperes.

CHRYSOSTOMVS HOMILIA IN EPIST. AD TIMOTH. I.

Sicut enim paruulus, ſi quid habeat puerile, idq́; rebus neceſſarijs præfert, pater ipſum puerilibus priuat, ut uel inuitũ ad meliora traducat: Ita & Deus omnia facit, cunctaq́; molitur, ut uota noſtra, atq; deſideria ad cœleſtia trãsferat. Paruulus. Vota noſtra ad cœleſtia trãsferenda.

HOMILIA II.

Arte opus eſt, ne quis incaſſum iacula dirigat, neu extra ſignum ſagittas intorqueat, aut neceſſario opus ſ. ſpiritus gratia. Sunt enim plurima quæ à recto itinere noſtros fruſtentur conatus, cum ad unum ſignum intentio dirigenda ſit. Intentio.

Quemadmodum freno legitime utitur non is equus, qui laſciuit, neq; qui mordet, ſed qui pulchre agitur: ita & is lege utitur legitime, non qui literæ neceſſitate, ſobrie, ac iuſte uiuere cogitur, qui nouit quod ipſa non indiget, non metu legis recte factis inſiſtit, ſed uirtutis tantum gratia, hic ſecure ac legitime utitur lege. Equus. Legitime uti lege.

Literarum apices. Quemadmodum literarum apices pueris proponuntur: porrò qui eas docet, non ex ipſis excellit, uerum aliunde peritiæ gloriam promeretur, atq; ex ea eruditiõe præſtãtius utitur literis: Ita & qui legem tranſcendit, nihil opus habet doceri lege: nã ipſam non metu exequitur, ſed ex uirtutis deſiderio hic melius implet. Huic ad qd lex? Quemadmodũ & medicus confecto uulneribus, nõ ſano, neq; bona ualetudine prædito. Nihil opus manſueto equo & obtemperanti, freno. Nihil inſtructione opus eſt ei, qui pædagogo non indiget.

Quemadmodum angeli ubicunq; apparuerint, ſecum gloriam habent: Ita ſancti.

Sol. Sancti. Quemadmodũ ſol non indiget ueſtibus, non alijs aliquibus opus habet, ſed ſimul atq; illuxit, gloriam ſui fulgoris oſtendit: Ita & tunc ſancti. HOMILIA III.

Amicus mortuus. Amicum cũ peregre proficiſci cernimus, lugemus, ingemiſcimus, ſi mortuũ uidere cõtigerit, plangimus, cũ nouerimus cum non perpetuo à nobis ſeparandum, propter reſurrectionis ſacramentũ. Enimuero fortè cũ Chriſtus quotidie ſeparetur à nobis, imò cũ ipſum ſingulis horis à noſtro arceamus cõgreſſu, neq; dolemus, neq; durum aliquid & acerbũ nos pati arbitramur. cæterũ cum illũ afficiamus iniurijs, cũ eum cõtriſtemus iugiter atq; iritemus, neque quæ ille iuſſerit faciamus omnia, neq; ingemiſcimus, ſed inſenſibiles, non ſecus ac lapides, manemus. HOMILIA V.

Inſenſibiles manemus.

Quemadmodũ dux niſi antea miles optimus fuerit, ne dux quidem eſſe aliquando poterit: Ita & doctorem prius oportet docere ſeipſum.

Nauis. Fides. Vti nauis tutiſſima eſt fides, qui ex illa deciderint, neceſſe eſt naufragium facere.

Sicuti dudum nubes Hebræorum caſtra tegebat. Ita Eccleſiam protegat ſpiritus ſancti gratia. *Nubes. Spiritus ſancti gratia.*

HOMILIA VI.

Imitare uel pueros qui ſcholis tradũtur, ac liberalibus diſciplinis, qui cũ uiderint ſocios & cõtubernales ſuos rationẽ reddere eorũ quæ didicerint, eosq́; qui neglig̃etiores fuerint, cædi, & per ſingulos diſcuti, cõcidiq́; uerberibus, admonẽtur, q̃d de ſe ſperare debeant, & pene præ timore moriũtur, ac ſi q̃s ex ſocijs, eos flagris plurimis fortaßis cæciderit, nõ iraſcũtur cũ metus ille animũ penitus occuparit, neq; magiſtrũ interpellere habẽt, ſed unũ tantũ intuentur, quo pacto ſcilicet egredi uel ingredi, abſq; uerberib. poßint, ſolũ idq́; tẽpus uerſatur ante oculos, & cum exceſſerit ianuas, eo iã metu liberat, maxima tenẽtur uoluptate. *Pueri ſcholis ac liberalibus diſciplinis traditi.*

HOMILIA XI.

Quemadmodũ caduco parieti, aut nimiũ fragili corpori qualibet quiſq; appoſuerit, in ſua imbecillitate perdurat: Ita & hic nullũ anima emolumentũ ab his quæ ſunt extrinſecus ſumit, ſed eadẽ permanet, quantalibet ei quiſq; forinſecus ornamenta circũdet. *Anima.*

HOMILIA XII.

Quemadmodũ hi qui fide ſubnixi ſunt, in tuto nauigãt: Ita & qui illa exciderũt, nusq̃ poßunt cõſiſtere, ſed lõgo errore circũacti, poſtremo in ipſa perditionis prærupta ferũtur. *Fide ſubnixi.*

Nam quemadmodum carnales cibos, diebus ſingulis ex neceßitate requirimus: Ita & fidei pietatisq́; doctrinam ſemper accipimus, eaq́; iugiter enutrimur. *Fidei pietatisq́; doctrina.*

HOMILIA XVII.

Quemadmodũ ſcabioſæ oues, ſi cõfricentur cæteris, morbo tentantur: Ita & hi homines nequam ſi ſimplicioribus quibuſq; inuerſentur, ueneno eos ſuæ malignitatis inficiunt. *Homines nequam.*

Neq; enim ſi qui clauſis oculis quærat, inuenire quod poterit, ſicut item ſi apertis ipſis ſeipſum humo obruat, auerſatusq́; ſolem ibi inquirat, inuenire aliquid nequaquã poterit. Adeo ſine fide nihil inueniri poteſt, eaq́; abſente pugnas naſci neceſſario contingit.

Sine fide nihil inuenias

Sicut enim cum qui recto itinere gradiens, ſi in aliud aliquid intendat animum, pergit quidem, ſed ſæpe dũ neſcit, urbẽ illam pertranſit, ad quam properabat, pedesq́; fruſtra ſui miniſterium præbent: Ita ferme & in cupiditate contingit.

Cupiditas.

Quemadmodũ enim aduerſi quidam, ac furentes uenti, ſi in mare placidũ irruant, ipſum funditus uertunt, adeò ut harena profundi ſuperius miſceatur undis: Ita & pecuniæ cupidi omnia penitus miſcent, neminem, qui huiuſmodi eſt, amicum nouit.

Vẽti furentes.

Pecuniæ cupidi.

Sicut enim flamma uehemens ubi in ſyluam incidit, peruertit omnia, & deſolatur: Ita & iſta orbem deſtruxit uniuerſum.

Auaritia uniuerſi orbis pernicies.

HOMILIA XIII.

Viuens in delitijs mortuus eſt: Ventri enim ſolummodo uiuit, cæteris ſenſibus mortuus. Neq; aſpicit quæ aſpicienda, neq; audit, quæ neceſſario audire cõuenit, neq; loquitur quæ decet loqui. Quemadmodum mortuus quiſpiam in lecto iacens, comploſis palpebris, clauſisq́; luminibus, nullum omnino ſenſum habet: ita & hic, imò longe hic deterius, quàm ille affectus eſt. Ille enim bona æque atque mala eadẽ ratione non ſentit, hic autem malorum tantum amittit ſenſum, nihilq́; boni penitus ſentit. Nihil illum ex his quæ in futura uita ſeruãtur, mouet: ſed ad omnia perſtat immobilis, atq; ita mortuus eſt, quemadmodum in cuniculum quendam obſcurum & tenebroſum antrum præcipitans, atq; immundicia omni ple-

Viuens in delitijs.

Mortuus in lecto decumbens.

nus, intimis & opacis uitiorum ſinibus conditus, ſemper in tenebris, inſtar mortuorum degit. tam uerò quis poßit tempeſtatem illam ingentem eloqui, quæ ex huiuſmodi pernitioſo delitiarum uſu in animam & corpus irrumpit? Quemadmodum enim uaſta ac perpetua nubium denſitas, radios ſolis nũquam ſinit uim ſui fulgoris oſtendere: ita uini ac deliciarum euaporationes, cerebrum, non ſecus quàm ſcopulum nocte, illumq́; craſſa nube tegentes, non permittunt libere uſquam ſe intendere, uerum in tenebris perpetuis detinent eum, qui ſic miſerabiliter iacet affectus. Neque explicari poteſt omnino quanta intus tempeſtate iactetur. Quemadmodum enim ſæpe cum inundatio uehementior facta fuerit, aquarum uis officinarum aditum occupauerit, turbari eos, qui intus, cernimus, & diſcos & amphoras, & ſpongias, & alia plurima ad exhauriendum aquam excogitata deferre, uti ne uiolatis fundamentis, atq; commotis, omnis poſthac ſupellex inutilis fiat: ita & anima quoties nimis delicijs oppreſſa fuerit, perturbatur omnis ratio, cæterum quod iam coactum eſt, cum exhaurire difficilimum, quod rurſum aliud eueſtigio ingrediatur, incredibile eſt, quanta perturbatio, quantusq́; fluctus immineat. Quanto corpus pinguedine, craßitudineq́; diſtenditur, tanto illa extenuatur magis, atq; imbecillior fit, tanto itẽ obruitur, & ſepelitur. Ac ſicuti in oculorum pupilla ſiquidem exterius impoſitas tuniculas craßiores effeceris, cernẽdi uim emittere ex ſe nequit, & clarius intueri, cum radius ille oculorum ex ea pinguedine obtundatur, ac tenebris plena ſunt omnia: ita & corpus cum fuerit obeſum, animam quoq; obtuſiorem euadere neceſſe eſt. At mortui (inquies) in putredinem tabemq́; uertuntur, ingensq́; ab eis ſanies defluit: ita & in

Perpetua nubium dẽſitas.

Radij ſolis

Vini ac deliciarũ euaporationes

Catacly ſmus ſiue inundatio uehementior

Anima nimis opreſſa delitijs.

Oculorum pupilla.

Corpus obeſum.

Mortui.

ea, quæ delitijs ſoluitur, uideas quippe reuma, pituita, purgamēta nariū, ructus ac uomitus extra profluūt. Cū iaceat anima mortua, quid ex eo cibo potuq́; percipitur emolumenti? Neque ſi cadauer iaceat exanime, pulchra ueſte contectum, ex eo flore ueſtis proficiet quippiam: Ita neque anima mortua, uenuſtiori corpore amicta, aliquid ex eo decore lucrabitur.

Anima mortua.

HOMILIA XIIII.

Vniones. Complures uiæ uirtutis.

Quemadmodum unionum magna differentia eſt, licet omnes appellentur uniones: Ita & complures uiæ uirtutis, ſed unus quidem candens eſt, atq; omni ex parte rotundus, alius uero huiuſmodi ſpecie caret, cæterū alio decore niteſcit. Nā ad imitationem coralij ueluti quadam arte effictam oblongam præfert lineam, anguloſq́; tornatos, habetq́; quiddā albo colore uenuſtius praxinū, ſed omni uirore iucundius, alius coloris amœnitate præfert ſanguinis ſpeciē, alius mare colore cœruleo ſuperat, alius purpurei fulgoris eſt æmulus, ſolis quoq; colores inuenies. Huiuſmodi & ſancti ſunt, alij ſeipſos exercent, alij & Eccleſias ſecum.

Sanctorū diſcrimina

HOMILIA XIIII.

Pauperes.

Pauperes ſunt medici uulnerum tuorum, manus eorum tibi medicamenta præſtant. Non ita ut medicus medicamenta imponat, extendens manum, curationem exhibet, ut pauper abs te ut accipiat, porriges manum, dediſti pecuniam, peccata exuiſti.

HOMILIA XV.

Pictor inſignis.

Veluti quiſpiam indulgentiſſimus pater, pictura illuſtris, non ipſe ſolus eam gloriam uult, ſed filium quoq; ad eandem peritiam cupit adducere: Ita Deus eadem conditionis facul

tate te donauit, ut te terram facias cœlum dedit, corpus pulchrum, poteſtatē dedit, ut animam facias pulchrā dixit: producat terra herbam fœni, & omne fructiferū lignum, dic tū quoq;, producat hæc terra fructum ſuū, & prodibit quodcunque operari uolueris. Finxit draconem, illudit ei, id eſt, diabolum, nec tibi inuidit hanc poteſtatem, illude tu & illi ſi uis: potes enim eum ut paſſerē capere. Oriri facio ſolem ſuper iuſtos & iniuſtos, imitare, & tu bona tua bonis malisq; cōmunica. Accendo in cœlo luminaria, accende & tu clariora illis, nanq; potes his qui in errore ſunt, lucem ueritatis accēdere. Dominor angelis, tu quoq; per primitias itidem. In ſede regia ſedeo, & tu mecum per primitias ſede.

Mirifica facultas homini à Deo collata.
Draco.
Diabolus.

HOMILIA XVIII.

Quemadmodū ſi apud barbaros detineretur ſeruus quiſpiā rex, & illi ad maioris ſeruitutis iudiciū, nō purpurā atq; diadema auferāt, ſed cū illis inſignibus, & aquas ferre, & coquere, & alia inferre miniſteria iubeant, ad maiorē & ſui honorē, & ignominiam illius: Ita barbaris omnibus immanius uitia iſta nobis imminent. Nihil iuuat integris gentibus dominari, ſi ſerui perturbationū ſumus, & quid nocet nulli hominū principari, ſi uitiorum tyrannide celſiores ſumus? iſtud ſumma libertas eſt, iſtud imperium, iſtud regnum.

Seruus rex

Serui perturbationū
Vitiorū tyrannis.

In poſteriorem Epiſt. HOMIL. I.

Quemadmodum fieri non poteſt, ut qui nauigant, abſq; cura ſint: Ita & hi qui uitam hanc fragilem uiuunt, abſque ſollicitudinis angore eſſe nō poſſunt. Si diues fuerit, plurimæ illi mœſtitiæ occaſiones: Si rex, curis deſtinetur innumeris.

Vitæ humanæ ſolicitudines.

Quemadmodum ij quibus pars aliqua corporis dolet, putant ſe plus dolere, quàm proximos, & qui oculum dolet, nullum

Suus cuiq; cruciatus acerbiſsimus.

lum putant ſibi æquari poſſe dolorem. Rurſumq; qui ſtomachi lãguore tenetur, illum putat dolores omnes excedere. ſinguliq; quibus detinentur incommodis, omnia ui ſuæ magnitudinis tranſcendere exiſtimant: Ita & in angore animi, ac mœſtitia contingit, ut quo quiſq; premitur, cum putat cæteros ſua acerbitate ſuperare, quippe qui hoc ſuo experimento dijudicat. Sicut qui non habet filios, nihil ea infœcunditate putat eſſe moleſtius, et qui inter paupertatis anguſtias filijs angitur, nihil æque atq; filiorum multitudinem execratur.

Angor animi.

Veluti ſi quis domum ut ſit præclaro opere, atq; honeſto mirabilis caute prouideat, eos uerò qui hanc habitaturi, negligat: Ita qui corpus ornant, anima neglecta.

Corpus ornare, neglecta anima.

Quemadmodum enim cum ferendo oneri accedit ſocius, cum qui ſolus ferebat, leuaſſe dicitur: Ita & in alijs omnibus, huiuſmodi ſocietas, ex miſeratione profecta, uim maximam alleuationis habet. Nam ſocietas eorum, qui noſtri mœroris participes ſunt, doloris maximam partem aufert. Sed uerò nunc peruerſo ordine, aſinum lapſum erigimus, amicorum animas lapſas negligimus.

Onus adiuuare.
Societas.

Quemadmodum ignis indiget lignis: Ita et gratia alacritate noſtra opus habet, ut feruere perpetuo poſſit.

Ignis.
Gratia.

HOMILIA III.

Quemadmodum corpus noſtrum, non ſi ſemel nutriatur, habet totius uitæ ſubſtantiam, ſed quotidiano indiget cibo: Ita in religione, in pietate, diebus ſingulis, opum egemus auxilio. Magna nobis miſeria opus eſt.

Miſeratio.

Sicut quiſq;, ſiue regis uiolarit uxorem, ſiue pauperis, ſiue ſerui, pari ratione adulter eſt, cum peccatum nõ perſonarum differentia

Adulter ſingularis.

differentia, uerum ex uoluntate improba, id ſcelus admittentis iudicetur: Ita & hic, imò illum magis adulterum dixerim, qui quamlibet ex uulgo, quàm qui ipſam reginā uiolauerit: Illic enim plurima irritamenta ſunt, puta opes, elegantia, forma, & eiuſmodi, quorum hic nihil inuenitur. Eadem profecto ratione illum magis ebrium dixerim, qui quolibet uino, q̃ qui optimo inebriatur. Ita & cupidum eum potiſſimum cenſeo, qui ne minima quidem rapere omittit: Nā qui maxima, minima fortaſſe contemnet. Fur igitur magis hic q̃ ille eſt. Ebrius præcipuus. Cupidus inſignis.

Quemadmodum agricola non ſui ipſius curam habens, ſed fructuum ac terræ, non abſq; utilitate laborat, uerum primo ipſe ante omnes laborum ſuorum percipit fructum: Ita & doctorem frui laboribus ſuis conſentaneum eſt. Agricola.

HOMILIA V.

Sicut arbor cum plures ictus acceperit, & uno poſtmodum repente corruerit, non illi uni tantū, ſed cæteris pariter imputatur, quod ille animaduertit qui radicem intuetur: qui enim ex alto conſpicit, nihil tale ualet conſpicari: Ita in uerbo Dei audiendo ſæpe uno doctoris uerbo multi cōuerſi ſunt. Arbor crebris ictib. exciſa. Doctor eccleſiaſticus alendus.

Quamdiu hic ſumus, anima uoluptatum illecebris delinita, triſtia ægre admittit animo, cum uerò migratura eſt corpore, tunc iam maiore metu cōtinetur, quippe quæ ad ipſa iudicij peruenerit limina: Ita fermè & latrones, quamdiu quidem in carcere uiuunt, abſq; metu degunt, ubi uerò ad uelū ſiſti cœperint, ſoluuntur metu. Cū enim pulſare animā metus mortis incipit, ignis inſtar præſentis uitæ omnia ſuccidens, philoſophari eam cogit, & futura ſollicita mente uerſari. Anima corpore migratura. Latrones.

Medici ſæpe plurimi, cum plurima medicamēta ægroto obtulerunt, nihil profecerunt, cum demum repente qui- Medici.

ſpiam accedens totum perfecit, non eſt tantũ munus illius, qui poſtremus acceſſit, uerum illorum etiam qui remedia priores morbo adhibuerunt: Ita ſi quis poſt diutinam multorum admonitionem, derepente ad nouiſſimi unius cuiuſpiam correptionem reſipiſcat, non poſtremo, ſed prioribus acceptum referendum eſt.

Reſipiſcẽs

Statera. Lanx animæ.

Sicut ſtatera, ſi lancem loco motam habeat, pondera iuſte non iudicat: Ita & anima niſi rationis lancem ſtabilem, ac firmiter uim diuini timoris affixam, res ſyncere dijudicare non ualet, ſed circumfertur iugiter atq; deprimitur.

Si quis ſeruũ nactus, qui in multis offenderit, illũ & non flagris cæciderit, uerũ peccatis indultis, futura uitare monuerit in poſterũ, ne in eadẽ decidat, magnis quoq; muneribus præterea illuſtrauerit, ac beneficijs fouerit, quænam obſecro futura eſt tam perfida mens, tam ingrata anima, quæ huiuſmodi gratia non ad meliora ſectanda prouocari ſufficeret?

Perfida mens. Ingrata anima.

HOMILIA VI.

Auis capta In pedicã diabolicã irretiti.

Quemadmodum auis & ſi non toto corpore, ſed uno tãtum pede capta teneatur, in poteſtate eius eſt, qui laqueũ tendit: ita et nos cũ uitæ, et fidei peruerſitate capi ualeamus, ſi uita ſolum oberramus, in ius diabolicum labimur.

Vas fictile corpus noſtrum.

Vas fictile corpus noſtrum eſt. Sicut uas nihil eſt aliud, quàm coctum lutum: Ita & corpus noſtrum nihil eſt aliud, q̃ lutum animæ calore ſolidatum. Huiuſmodi denique ſi ſæpius decidat, defluit atque conteritur. Quid enim oſſa, quæ adeo ualida & arida ſunt, à teſta figuli differunt? Quid à luto carnes? Nónne æque ex humore materiam trahunt?

HOMILIA XIII.

Miles.

Miles lauacris, ac ſpectaculis uacans, intentusq; negocijs

ueluti deſertor militiæ iure damnatur, multo magis N. quæ deſerto munere ſuo, delitijs ſtudent.

HOMILIA XVI.

Nec qui clauſis oculis quærit, inuenire quid poterit, ſicut itē ſi apertis illis, ſeipſum humo obruat, aduerſatusq́; ſolem ibi inquirat, inuenire aliquid nequaquam poterit. Adeo ſine fide nihil inueniri poteſt, eaq́; abſente, pugnas naſci neceſſario contingit. Quæ enim fides profitetur ſola, ſuccedens quæſtio, neq; permittit intelligi. Cū in quæſtiones incidimus, de Deo, quæ non oportet, opinamur. Quæſtiões.

IN EPIST. ad Titum HOMILIA I.

Si cum ex amico beneficium aliquod ſumimus, ſiue cū uerbum aliquod gratū, placidumq́; audimus, in amorē exardeſcimus: quanto magis cum uiderimus quibus periculis implici ti fuimus, ex quibus omnibus nos eripuit dominus, prōptiores ad obedientiam erimus?

HOMIL. II.

Nihil uilius, abiectiusq́; uana gloria. Sicut ſi uidere contingat multitudinē paruulorum, eorū ſcilicet qui ſubiecti uberibus ſunt, ab ijs nō cupis gloriā: Ita te neceſſe eſt gloriæ cauſa ad omnes homines affici. Iccirco eſt inanis dicitur gloria. Vana ſiue potius inanis gloria. Nō aſpicis, ut in ſcena ſibi perſonas imponunt hiſtriōes, quàm præclaras, quā honeſtas, q̄ ad extremam, q̄ ad exactiſsimam formæ diligentiam effictas? Poteſne mihi huiuſmodi aſpectū uerum eſſe demonſtrare? minime ſane. Quid igitur? non eas aliquando amaſti? Non. Cur id? quoniam inanes ſunt, immutantq́; decorem. Sed nullus ibi ſolidus decor: ita & gloria inanis eſt, imitaturq́; gloriam nō quæ uera gloria eſt. illa quippe ſola permanet quæ naturalis eſt, quæ in intimis conditur, porro quæ extrinſecus adhibetur, obtulit ſæpius facultatem, ſed id apud homines, & uſque ad ueſperam: Cæterum ſolu- Perſonæ hiſtrionum.

te theatro, ſublatisq́; perſonis, unuſquiſq; quod eſt, id quoq; uidetur. Non igitur uelut in ſcena atq; ludo, ueritatem arripiamus: inanis eſt gloria, nihil ſolidi in ſe habet, nec ueri. Extincta eſt, & in fumum reſoluta, rem tam inſtabilem amare quo pacto inducimur, quã magnæ eſt ſtultitiæ, hanc uelut lutum in comparatione auri, ſcilicet gloriæ Dei contemnas?

Pericula. Obediẽtia

HOMILIA IIII.

Fert magnum diſcipulo in mari ſolacium, magnamq́; fiduciam, cũ meminit, magiſtrum fere naufragiũ feciſſe, et fuiſſe ſeruatũ. Neq; enim arbitratur iam fluctus illos atq; tẽpeſtates, ex propria imperitia inſcitiaq́;, ſed ex ipſius rei natura cõtingere. Ac id permagnum eſt, ratione ſolatij. Fert item in bellis tribuno uel cuiuſuis agminis duci, maxima incitamenta uirtutis, cum imperatorem uiderit uulneratum primo, tũ demum cadere eius uulnere: Ita & fidelibus quibuſq; multũ affert ſolacij, quod Apoſtolum cernunt toleraſſe plurima.

Naufragiũ

Imperatoris uulnera

HOMILIA VI.

Quemadmodũ eos qui nudi effugiunt, nemo facile tenere poteſt, qui uerò ueſtimẽta poſt ſe trahit, cũ quilibet cito apprehendit: eadẽ ratione & diues, & pauper exiſtimandus eſt. Nã ille quidẽ etiãſi capiatur, diffugere facilime poterit, hic autẽ & ſi nõ teneatur, ſuis cõpedibus irretitur, curis innumeris, deſiderijs, ac perturbationib. reliqs, quippe oĩa iſta obruũt animũ: neq; iſta ſolũ, uerũ et alia plurima, quæ ex diuitijs oriũtur

Diues & pauper.

Incõmoda diuitiarum

Quemadmodum enim ſi quis amicorum ſeruos commendauerit aliquos, illi amicitiam reueriti domini, ipſos non modo non lædunt, ſed maximo honore proſequũtur: Ita & ignis ille, poſtquam domini ſui amicos eſſe cognouit pueros illos, eorum & dirupit uincula, & ipſos abſoluit, atq; dimiſit, ipſe

Serui. Domini.

illis

illis pauimentum fuit, atque ab eis calcabatur.

HOMILIA IX.

Arbor cũ in altũ radices miſerit, ne uehemens quidem illam procella agitare poterit: Si uerò ſuperficie tenus fibras porrexerit, neq; ad profunda deſcenderit, paruus licet uenti flatus irruat, eam à radicibus euulſit: Ita & in nobis: Si affixerimus diuino timore carnes noſtras, nihil mouere nos poterint: Si uerò uerbo tantum diuinæ religionis ſacramenta perceperimus, exigua pulſio totum perimit ac perdit. Arbor. Procella. Diuinus timor.

CHRYSOST. IN EPISTOL. PAVLI AD Philemonem.

Peßimus ſcopulus uana gloria, qui nimiũ habet ſuauitatis, occurrit magis omniũ noxius q̃ illi ſcopuli, qui monſtruoſi à fabularum inducuntur autoribus. Quemadmodum uẽti quidam feri atq; immanes, cũ in ſerenũ irruerint pelagus, ipſum totũ à fundo perturbant, adeo ut & arena ſæpius undis miſceatur: Ita & hæ perturbatiões, cum in animam irruperint, cuncta permiſcent, & quæ ſuperiora erant, ad infima detrahũt, excæcantq; mentis clariſſimum lumen, atq; inprimis gloriæ ueſana cupido. Nam honoris eſſe negligentem, laudemq; non affectare multorũ, maximo labore indiget magnæ philoſophiæ & animæ cuiuſdam angelicæ, & quæ ipſum uerticẽ cardinis cœleſtis attigerit, certum argumentum eſt. Scopuli. Vana gloria. Venti immites. Perturbationes.

HOMILIA III.

Medici febre laborãtes eo incendio liberãt, non ut ſanitate abutantur in malũ atq; pernitiem ſuã: nam præſtaret morbo conſeneſcere, q̃ ea ratione ſanum fieri, ut in lectum deterius decidat, ſed ut diſcentes infirmitatis incommoda & mala, nõ iam in eadem incidãt, ut ſanitatẽ charius amplexi omnia gerant, quæ ad eam conferre poßint: Ita & Deus nos eripit de Febre laborantes. Languoris incõmoda. Quatẽus à lege ſumus erepti.

lege,non ut peccemus,quia non ſumus ſub lege, ſed ne in eandem ignominiam redeamus.

CHRYSOSTOMVS IN

Epiſtolam ad Hebræos HOMIL. I.

Aqua. Sicut aqua ſiue ſalſa ſit,ſiue illa potabilis, & uaſa replet haurientium,& ſuum fontem ex quo manat,nequaquam uacuum remanere permittit: Sic et nequitia,ſic uirtus,unde pro Nequitia. Virtus. ceſſerit, illum procreatorem primitus illa lætificat, & illa conſumit.

HOMILIA II.

Febribus exæſtuans. Si quiſpiam febrium calore peruratur, & aquam frigidam intemperanter accipiens,ad paululum tempus ſitim uideatur extinguere,num propterea debet altum ſapere? Nonne poſtmodum in eo maior febrium flamma ſuccenditur?

Solis radij. Si qui ſolis radios,corporeis cupit haurire luminibus, nõ modo quod quærit,non efficiet, neq; quod inſtituit,peraget, uerum ipſo quoq; quo uidet,priuabitur lumine, innumeraq; ſuſtinebit incommoda:multò ſanè magis, qui in æternam illam lucem defigere obtutus quærit, eamq; rationibus conſequi mortalibus,hoc patietur. Nihil enim deterius eſſe poteſt, Periculoſiſ. diuinas res humana ratione metiri. quàm uelle diuinas res, humana ratione diſcernere atq; metiri. Ita enim ex fidei fundamento quiſq; decidit,& longo errore iactatur uagus,atq; à luce deſeritur.

HOMILIA III.

Foris eramus ſicut qui ſunt extra regales aulas,in uinculis colligati,& qui habent apud regẽ pro culpis aliquibus offenſam,huiuſmodi quippe à regali aula foris excluſi ſunt:qui uerò uoluerit iſtis ueniam impetrare, non primũ ipſos in aulã regis introducit,ſed ipſe foras egreditur, ibiq; commiſcet cũ eis ſermocinandi negocium, uſq; dũ eos correctos & dignos efficiat,

efficiat, qui regis uultui repræſentari mereātur. Sic & Chriſtus effecit. Egreſſus quippe ad nos, id eſt, carnem ſumens, & collocutus nobiſcum, præcepta nobis regis innotuit, & ſic nos à peccatis emundans, & ad Deum conuertens, in aulam regalem, uelut mediator optimus introduxit. Ideo incarnationis ſuæ aduentum uocat exitum, Paulus introitum. Chriſtus cōciliator optimus.

HOMILIA VII.

Sicut corpus uſquequo febribus detinetur, & ſubſequentibus ægritudinibus, & ſi ſit ualidū, tamen affigitur, cū autem liberatū fuerit ab obſeſſione morborū, recreat propriā uirtutem: Sic etiam anima in iuuentute febribus laborat, & amor gloriæ opprimit eum, & delitiarum, & uenerearū rerum, & aliarum multarum imaginationum. Cū autem ſenectus aduenerit, omnes has paſſiōes effugat, alias per ſatietatē, alias per philoſophiam cōſtrictas, has quippe ſuas corpore relegat ſenectus, nec ſi uelit anima illis uti, permittit, ſed ſicut hoſtes diuerſos recludēs, uelut in loco à turbis libero collocat, et multā ei operatur tranquillitatem, & timorem inducit ampliorem. Febris. Anima. Iuuentus. Senectutis commoda.

HOMILIA IIII. in cap. I.

CHRISTVS pro omnibus guſtat mortē. Non dixit ut moriatur. Reuera ſicuti qui guſtat, ſic breue interuallū in illa faciens, cōfeſtim ſurrexit. Sicut medicus nō habēs neceſſitatem ex cibis, quæ ægroto præparātur deguſtare, ſed illi cōſulens primus ex illius cibo deguſtat, ut perſuadeat ægroto prōptius illos cibos accipere: Sic et dominus, quoniā oēs homines mortē timebāt, perſuadens eis, ut fiducialiter ad mortem accederēt, & ipſe guſtauit mortem, nullā habens neceſſitatē. Venit enim princeps mundi, et in eo non habet quicquā. Illi qui per omnem uitam ſub timore mortis agebant, & ſerui erant, iīdē ab eadem liberati, & derident eam, quam illi horreſcunt. Tale eſt nūc, quale ſi uinctum aliquem producendū ad mortem, Reſurrectio Chriſti. Medicus. Mors.

& ſemper hoc expectantem, quiſquam pinguem reddat ex multis delitijs, tale aliquid erat mors antiquo tempore. Nunc autem ueluti ſi quiſquam illum timorem excludens cum delitijs agens pronũcietur pugnaturus, & proponat agonem, ut iam non ad mortem, ſed ad regnum adducatur: Ex quibus eſſe uolebas? Ex his qui in cuſtodia pingueſcerent, quotidianis diebus ſententiam ſui intentus expectantes, an ex illis, pugnaturis quidem multis, & laboraturis ultronea uoluntate, ut diademа tantum regni ſuſcipiant?

HOMILIA X.

Tribulus. Peccatum. Vt tribulus: unde enim tenere uolueris, percutit & pũgit, & eſt moleſtus etiam ad uidendum: Sic & peccatum.

HOMILIA XII.

Lutum. Peccatum. Melius eſt luto pollui q̃ peccatis. Qui enim illic polluitur, paruo tẽpore delauatur, & efficitur ſimilis ei, qui illic nõ cecidit: qui uerò in baratrũ ceciderit peccatorũ, talem pollutionẽ accipit, quæ aquis non poſſit, ſed quæ multo tẽpore opus habeat, & pœnitentia diligenti, & lachrymis. Iſtæ quidẽ ſordes extrinſecus nobis adueniunt, propterea et citius eas amittimus: illæ autem intrinſecus generantur, ideo uix delauantur, et expurgantur.

HOMILIA V.

Militaris uita. Chriſti milites. Si qui militarem uitam uiuunt, omnibus renunciãt, & ubicunq; bellum uocauerit, ibi aderunt, & uias incedunt, & omnia cũ alacritate ſuſtinent: Multò amplius nos CHRISTI milites ſic præparatos eſſe oportet, ac diſpoſitos ad bellum paßionum: non eſt nunc perſecutio, ſed bellum cupiditatis, iræ, inuidiæ, aliarumq; paßionum. Multum bellum per linguam, oculos, &c.

HOMILIA VII.

Curſo-

Curſores ſumus. Curſu opus eſt, & ualido. Qui currit, neminem occurrentem ſibi uidet, ſiue per prata, ſiue per aſpera loca tranſeat. Qui currit, non ſpectatores attendit, ſed ad palmam, ſiue diuites, ſiue pauperes, ſiue detrahat quis, ſiue cædat, ſiue iniuriet, ſiue lapidet, ſiue domum diripiat, ſiue uideat aut uxorem, ſiue aliud quid, ad unum tantum feſtinat currendo, hoc eſt, ut accipiat palmam. Qui currit, nunquàm ſtat. Nam ſi uel modicum negligat, totum amittit. Qui currit, nihil anteponit fini, ſed magis ad eum prætendit. *Curſores.* *Palma.*

HOMILIA XIII.

Proponamus duos milites, unus furetur, appetat aliena, alius nihil horum operetur, ſed benignitatem ſolam oſtendat, uirtutes plurimas operetur, in prælijs trophea multa conſtituat, dexteram ſuam efficiat ex hoſtibus cruentatam. Deinde tempore ueniente, is qui ex militia eſt qua fur erat ille, ad regale ſolium, ad purpuram prouehatur. Ille quidem manet ubi erat, ſed ex miſericordia imperiali nõ luat pœnas eorum quæ geßit. Hic autẽ in loco nouißimo conſtitutus, ſub Imperatore non ſuſtinebit mœrorem. Dic mihi, cũ uiderit illum qui ſecũ erat miles ad ſummam aſcendiſſe dignitatẽ, et ita clarum factum, totum mundũ obtinere: Se autem in infimis perdurantem, & ſine honore habentem, quòd non afficitur ſupplicijs, ſed ex ſola miſericordia, & ſi dimittatur confuſio, tamẽ manet, miratur eum qui fecit miſericordiam in eum, nõ eum. *Milites duo.* *Miſericordia.*

HOMILIA V.

Languet corporaliter filius, omnis diligẽtia adhibetur, ut ſanctur: nemo erit qui longinquam peregrinationem ſubire detrectet, ut illum morbo abſoluat. Infirmatur anima, nullus eſt cui ea res curæ eſt, omnes negligimus. *Languens filius.* *Infirma anima.*

HOMILIA VIII.

Vt pugiles atq; luctatores, quibus nequaquàm curæ ſit inceſſus & habitus, uerum his omiſsis, ueſtē oleo madidam induant, atque ad unam tantum rem intenti ſint, quo pacto & aduerſarios feriant, & ipſi illorum ictus eludant: Stat ecce diabolus dentibus ſtridens, ac modis omnibus te proſternere cupiens, dum tu circa huiuſmodi diabolicum prorſus ornatum uerſaris.

Diabolicus ornatus.

HOMILIA IX.

Corona. Vt coronæ uirginum capiti imponuntur, quod uictoriæ ſigna ſint, quod ſcilicet antea libidini impenetrabiles, ita demum cubiculum ingrediantur, quia ſcilicet à uoluptate ſuperatæ non ſunt.

Radix. Surculi. Parentes boni. Vt ex radice optima ſurculi prodeunt firmiores, ac ſemper in meliora proficiunt: Ita ſi parentes boni bene inſtituant filios, ipſos ſeruabunt.

Fundus. Magnum depoſitum habent parentes, filios, ingenti illos ſeruent cura, atque omnia faciamus, ne fur id nobis aſtutus auferat. At uerò nunc contrà facimus. Nam ut fundus quidem ſit optimus, cuncta molimur, cumq; fideli uiro, magno cum ſtudio tradimus, & agaſonem atque mulionem procuratoremq; ac diſpenſatorem, qui nobis magna beneuolentia afficiatur, inquirimus, cæterum quod nobis omnium chariſſimum eſt, omnino negligimus, neque curamus quo pacto filium noſtrum fideli cuipiam uiro committamus, qui ipſius tueri ac ſeruare pudicitiam poſsit. Et certe nullus fundus, nulla poſſeſsio, æque nobis gratus atque charus eſſe debet, quippe hæc omnia filijs quæruntur.

Filiorū inſtitutio pudicitiaq;.

Palæſtra. Virgo. Vt è palæſtra luctatorem, ita decet uirginē è paterna domo pro-

mo progredi, & matrimonio iungi, ut rei familiaris peritiam omnem habeat. Sitq́; ueluti fermentum, quod maſſam omnem in ſuam pulchritudinem transferat.

HOMILIA X.

Eum qui regendos alios ſuſcepit, tanta decet gloria uirtutis excellere, ut inſtar ſolis, cæteros uelut ſtellarum igniculos in ſui fulgore obſcuret, debet huiuſmodi uitam habere immaculatam atq; compoſitam, ut omnes in illum, & in eius uitam, ueluti in exemplar aliquod excellens, intueantur. Rectorum officium.

HOMILIA XV.

Scena quædam eſt uita noſtra atque ſomnium. Sic enim in ſcena ſublato uelamine, uana illa ſoluuntur. Et ſomnia, ubi ſolis illuxit radius, abuolant omnia: ita & modo con ſumptione propinqua, & omnium, & ſingulorum cuncta ſoluuntur atque euaneſcunt. Scena. Vita. Somnium.

HOMILIA IIII.

Quemadmodum in excellentiſſimis quibuſque bonis patimur hoc, ut dicamus, putásne hoc ſomnium eſt? Ita & in diuinis muneribus. Præcellentiſsima bona.

HOMILIA XVI.

Sicut angeli in cœlis ſunt, ſed tamen cœleſtes uocantur: Ita anima noſtra in nobis cœlum eſt. Clarum eſt cœlum, ſemper idem, non conuertitur, ſed nubes concurrentes id obtegunt. Cœlum ſolē habet, & nos ſolem iuſtitiæ, licet nobis fieri, ut cœlum, imò meliores, quando dominum ſolis habemus. Cœlum ubiq; mundum eſt, ſine macula, non in die, nō in nocte mutatur: Ita nos neq; in tribulationibus, neq; in uerſutijs diaboli hoc patiamur, ſed immaculati maneamus & mundi. Cœlum altum eſt, & multum diſtans à terra, hoc nos faciamus, Angeli. Anima. Cœli notatio.

ſepa-

Cœli notatio. *ſeparemus nos à terra, extollamus nos à terra. Cœlum ſuperius eſt, & ab imbribus, & à pluuijs, et à nullo cõſumitur: Hoc & nos poterimus, ſi uoluerimus. Cœlum putatur pati, uerum tamen nihil patitur ipſum: Sic & nos etſi uidemur pati, non patimur. Sicut in hyeme, pulchritudo eius non agnoſcitur: Sic nos in tribulationibus.*

HOMILIA XIX.

Ferrum. *Sicut ferrum aliud ferrum reddit acutum. Sic etiam cœtus charitatis facit augmentum, lapis ad lapidem contritus, emittit ignem: quanto magis anima animæ commixta?*

HOMILIA XX.

Arbores ſteriles. *Arbores quæ inſtitutæ ſunt, & cæteram habuerunt diligentiam, agricolarum adhibitam manibus atque laboribus, ſi nullam referant laborum uiciſſitudinem, radicitus euulſæ, igni tradentur: Tale quiddam in cauſa contigit baptiſmatis.* Baptiſma. *Cum* CHRISTVS *nos inſtituerit, & irrigatione ſpirituali potiti fuerimus: ſi deinde fructum nullũ afferamus, ignis nos expectabit gehennæ, & flamma inextinguibilis.*

HOMILIA XXI. SVPER HOC, PAtientia uobis neceſſaria eſt.

Patientia. Athleta. *O quanta magnitudo conſolationis, ueluti ſi quis ad athletam hoc diceret, qui cunctos ſuperaſſet ac deijceret, & nullum reliquum haberet, qui ſibi concertaret: & deinde factu rum, non ut coronaretur, & dilationem pati non ferentem, dum arbiter certaminis adueniret, qui coronam daret. Ille autem impatienter ferens, uellet exire & fugere, non tolerans ſitim & & flammam æſtuationis: hunc conſolatur dicens: Adhuc modicum, aliquantulumq; tanquàm paruum tempus ſit ut remaneat.*

IN CAPVT X.

Vt fundus optimus ſit, cuncta molimur, eamq; fideli uiro magno cum ſtudio tradimus, cæterum quod nobis chariſſimum omnium eſt, omnino negligimus, neq; curamus, quemadmodum filium noſtrum fideli cuipiam uiro permittamus, qui ipſius tueri atq; ſeruare pudicitiam poſſit. Et certe nulla nobis poſſeſſio, nullus fundus æque nobis gratus atque charus eſſe debet, quippe hæc omnia filijs quæruntur. Igitur maior nobis poſſeſſionum cura eſt quàm eorum, quorum illæ gratia comparantur, quod profecto abſurdiſſimum eſt. Exerceamus igitur ad uirtutem atq; pietatem molles filiorum animos, cætera omnia ſecundo loco quæramus. Nam ſiquidem illi improbi fuerint, nihil eis pecuniæ proderunt, ſin autem probi, nihil ex paupertate lædentur. Cultura fundi. Fidelis puerorum inſtitutio.

HOMILIA XVII.

Sicut enim cibus naturaliter nutritorius eſt extans. Si in eum qui prauis cibis corruptus eſt incidat, omnia perdit, & corrumpit, efficitur occaſio morbi: Sic etiam iſta quæ ad hæc terribilia pertinent ſacramenta. Terribilia ſacramēta, Euchariſtia.

HOMILIA VI.

Suſpiciamus in cœlum, quoniam nulla ſe interponit nubes, & clara eſt omnis eius corona. Solum habemus non tale, quale nunc eſt, ſed tanto melius effectum, quanto luteis tectis aurum eſt melius. Et poſt illud nō ſuperius tectum, deinde angelos, archangelos, &c. Sed non ualet ſermo exprimere totū: experimento opus eſt: per experimētum quippe melius agnoſcetur. Quomodo putas (dic mihi) Adam fuiſſe in paradiſo? Ab illa multo erit melior iſta conuerſatio, quàm tum terra melius eſt cœlum. Attamen & aliam ſimilitudinem inquiramus. Cœlum.

mus. ſi contingat eum, qui non modo imperat, omnem mundū obtinere, deinde neq; bellorum, neq; curarum habere ullam moleſtiam, ſed in honore eſſe tantum, & delitiari, & multa quidem habere tributa undiq;, & aurum illi affluere, & recō ditum eſſe, qualē illum putatis animum habere, ſi omnia terræ bella quieſcere uideat? Tale aliquid erit. Magis autem ne quaquàm ad ſimilitudinē illius regni perueni. Propter quod oportet & aliam inquirere intelligentiam. Da mihi aliquem, qui ſit ſicut infantulus regis. Vſq; quo quidem in uulua eſt, nihil ſentit, ſi autem contingat eum inde egredi, & in thronum regalem aſcendere, non paulatim, ſed confeſtim cuncta accipere: Sic eſt etiam ille ſtatus.

Infantulus regius.

Vinctus.

. Eſt & alia ſimilitudo: Si quis uinctus, & multa mala perpeſſus, repente ad regale ſolium rapiatur: Sed neque ſic integre pertingere potui ad illius regni ſimilitudinem. Hic quippe quæcunque quis perceperit bona, in prima quidem die ac ſi ipſum regnum dixeris, uiget in eo amor & gaudium, & in ſecunda die & in tertia, tempore uero procedente, permanet quidem in uoluptate, non tamen tanta, minuetur quippe ſemper ex conſuetudine qualecunque bonum iſtud ſit: Illic autem non ſolum non decreſcit, ſed etiam augmentum accipit, intelligentiamq;, quantum ſit, animam illuc pergentem, nequaquàm finem bonorum illorum expectare neq; mutationem, quoniā potius crementum & uitam finem non habentē, & uitam omni periculo liberam, omni mœrore, & cura alienam, plenam gaudijs, & mille bonis. Si enim hic in campum exeuntes, & tabernacula militum ſpectantes, ex uelaminibus confecta, & tela, & galeas, uel umbonibus, & umbilicis ſcutorū reſplendentes, et rapimur ſpectaculi miraculo, ſi uero etiā

Regni cœleſtis gaudia.

Tabernacula militaria.

iam

ram imperatorem nobis contingat medium uidere,ſiue currẽtem,ſiue equitantem in armis aureis,uniuerſitatem nos habere putamus. Quid ergo putas,cum uideris ſanctorum tabernacula æterna in cœlo confixa? Cum uideris unumquenq; iuſtorum ſuper radios ſolis refulgentem, non ex ære & ferro, ſed ex illa gloria,cuius candorem et choruſcationes oculus humanus non poteſt inſpicere. Sed q̃diu non quieſcam in requie incomprehenſibili? Quæ oculus non uidit,auris n... audiuit. Sanctorum tabernacula.

HOMILIA XXII.

Sicut ferrũ ignitum cum in aqua intingitur,amittit ignẽ: Sic iracundus in longanimem incurrens,nihil eum lædit,ſed etiam iuuat,ſed etiam ipſe retinetur amplius. Nihil enim longanimitati ſimile. Nunquàm iniuriatur huiuſmodi homo,ſed ſicut adamantina corpora non uulnerantur: ſic etiam animæ tales:ſuperiores quippe iaculis inueniuntur. Ferrũ ignitum. Iracundus. Lõganimis Adamantina corpora

Quemadmodum optimus architectus domum ſitu & uetuſtate labantem: Ita communi hominum natura accepta Deus,eius partes reſtituit,diſiuncta & abſciſſa copulauit, & quæ prorſus ceciderant,erexit. Architectus.

Et quemadmodum corpora bene curata, non in bonam tantum ualetudinem,ſed in bonum quàmprimum habitum reſtituuntur: Itidem animas Deus, non à uicijs ſolum purgauit, ſed ad ipſum mox uirtutis cacumen extulit. Corpora bene curata.

HOMILIA XIII.

Quaſi gutta parua ad immenſum abyſſum, et infinitũ pelagus cõparata,ſi guttã è pelago acceperis,ea tamẽ pelagus, & ſi uiſu percipi nequeat diminuitur, de illo autem fonte hoc dici non poteſt, ſed quantumcunque quis hauriat,nihil deficit. Afferamus aliud exemplum: nam hoc infirmum eſt. Gutta.

Con-

Fons. *Conſtituamus nobis igneum fontem, quo innumeræ accendũtur lucernæ, & totidem & totidẽ, non huiuſmodi fons ita plenus eſt ignis, quemadmodum nunq̃ ex eo quicq̃ ſumeretur.*

HOMILIA XII.

Domus artificis. *Videmus domum bene ædificatam, & dicimus, quia tota artificis eſt, & tamen non omne opus eius eſt, ſed etiam operariorum, & qui materiam tribuit domui, & aliorum plurimorum, ueruntamen quoniam amplius eſſe contulit, illius uniuerſum opus eſſe dicimus: Ita & hic, noſtrum eſt eligere tantũ et*

Eligere & uelle noſtrum eſt, Dei autem perficere. *uelle: Dei autẽ efficere, & ad perfectionẽ perducere: & quia Dei eſt amplius, eius eſt omne quod facimus. Item ut in multitudine, ubi plurimi ſunt, omnes eſſe dicimus, ubi pauci, nullũ.*

HOMILIA XVII.

Colores. Flores. Lex. *Vſquequo ueluti in pictura imponat quis colores, umbra quædam eſt, cum uero flores ipſos quis colorum iunxerit & impoſuerit, tunc imago efficitur: Tale quiddam erit lex.*

Rex. Purpura. Diadema. *Regem honoramus, & eius purpuram & diadema, quoniã iſta ſunt ſigna principatus. Si uiderimus eum cum purpura conſpui, ab armigeris ſuis conculcari, præfocari, in cuſtodiam mitti, diſsipari, nũquid reueremur tunc purpuram aut diadema? Nũc & ipſum ſcema deplorabimus. Noli ergo pro-*

Cani. *pter canos uelle honorari, quando ipſe illos iniurias. Nam & ipſi ſe ulciſci debent, quoniã ſcema ſplendidũ et honorabile cõfundis. Rex quidã eſt ſenex, ſi uoluerit, & ab eo qui purpurã habet, magis regalis eſt, dum paſsiones animi uicerit, & uelut armigeros ſubijcit paſsiones. Si uerò abſtrahatur & deijciatur à ſolio, & ſeruus effectus amoris, pecuniæ, ornandi corpus, delitiarum, ebrietatis, iracundiæ, & uenerearum rerum, quali pœna non ſit dignus huiuſmodi?*

HOMILIA VIII.

Sicut qui regulas didicerunt, non compellunt decem milia metra ſcrutari, ſed illud quod traditum eſt, cuſtodire iubent: Sic & in dogmatibus fidei: propter hoc enim fidem ſuſcipimus. Dogmata fidei.

HOMILIA XI.

Sicut anchora iactata de naui, non permittit eam circum ferri, licet uenti commoueant, ſed iactata firmam facit: Sic & fides. Intuere quoniam ualde conuenientem inueni imaginem: Non enim dixit fundamentum quaſi diſſonaret, ſed anchoram. Quod enim in motu eſt, & non ualde uidetur fixum eſſe, quod eſt ſuper mare, ſicut quod ſuper terram ſtat, & mouetur, & non mouetur in ualde firmis & prophetis fortaſsis. Tempeſtas, & multus ymber commouet ratem: ſpes autē non permittit eam circumferri: Si hanc non haberemus, olim dimerſi fuiſſemus, non in ſpiritalibus tantum, ſed & in ſecularibus. Multam quis huius inuenit fortitudinem, utputa in negociando, in agricultura, in militia. Niſi hanc quiſq; ſibi proponat, nunquàm aliud attingit. Anchora. Fides. Spes.

HOMILIA XV.

Quid turpius uiro amante pecunias? quæcunque meretrices mulieres faciunt, quæcunque in ſcena committuntur, non euitat efficere, ſed quanta ille, tanta & iſte operatur. Magis autem fortaſsis aliquid illæ euitant, quàm iſte. Nam iſte etiam res ſeruis dignas perpetitur, adulans quibus non oportet. Eſca ſperatur iterum ubi non oportet. Vbique inæqualis eſt, malignis hominibus & ſenibus, fortaſsis etiam perditis amplius adulatur, & bonos ex omni Amante pecunias nihil turpius tetrius ue.

parte uirtutem habentes iniuriat, ferociter intuens ex utraque parte, confuſionem & impudentiam, humilis eſt præter modum & ſuperbus. Stant ante domos meretrices, & hoc eſt earum crimen, quia corpus ſuum uenundant pecuniæ cauſa, ſed paupertas, inquit, & fames compellit licet, hoc non idoneum ad excuſationem: poterant enim opus facientes enutriri: hic enim ſtat auarus, non in domo, ſed in media ciuitate, non corpus, ſed animam ſuam tradens diabolo, ut & uolutetur cum ea, & intret ad ea ueluti ad meretricem, & cupiditatem ſuam explens, egreditur, & uidet tota ciuitas, non duo uiri aut tres (& hoc proprium eſt meretricum) quia dantis aurum efficiuntur, ſit ſeruus, ſit quilibet, proponat autem mercedem, ſuſcipiunt: hoc etiam hic iſti faciunt, & pulchritudinem animæ perdunt. Sicut illæ quæ natura nigræ ſunt, & agreſtes, & pingues, & deformes, & male formatæ, & omni parte turpes: ſic etiam iſtorum efficiuntur animæ, & neque externis uidentibus deformitatem ſuam poſſe obcælare. Impudentia facit meretrices, cum Propheta dicat, Impudens facta eſt, ad omnes, frons meretricis facta eſt tibi, hoc etiam ad auarum dici poteſt, non ad iſtos, inquit, ſed ad omnes. Quomodo? non patrem, non matrem, non filium, non coniugem, non fratrem, non benefactorem, nullum (ut abſolute dicam) huiuſmodi reueretur. Ipſum non reueretur Deum, ſed omnia illi fabulæ uidentur.

Meretricũ excuſatiuncula.

Auarus omnium flagitioſiſſimus.

Inſignis deformitas.

HOMILIA XV.

Mortuum corpus.

Peccatum.

Sicut mortuum corpus ad nullum ſenſum eſt utile, uerumetiam contriſtat appropinquantes: Sic & peccatum confeſtim rationabile noſtrum percutit, & non permittit neque intelli-

intelligentiam ipſam quieſcere, ſed perturbat & commouet. Morbus cum generatur, corrumpit corpora: tale quiddam eſt peccatum, non quia aërem corrumpat primum, deinde corpora, ſed continuo in animam inſilit. Vt qui morbo afficiuntur, tumore quodam occupantur, conuertunt ſe atque reuertunt, fœtoribus ſunt repleti, turpes eorum facies, & per totum immundi ſunt. Tales quippe ſunt peccantes, & ſi non uident.

Morbus.
Peccatum.
Morbo tentati.
Peccatores

Vt homines ægri cum multis febribus aguntur, ſi in aquas ſemetipſos frigidas immerſerint, ad præſens quidem aliquid uidentur ſibi quæſiſſe ſolatij, multiplicatas uero corpori ſuo flammas febrium reparant: Ita & nos agimus, cum cõſcientia ſtimulamur peccatorum, & in Euripum nos, uel lacus contritos prauæ intelligentiæ præcipitamus.

Multis febribus afflictati.
Conſcietia ſtimulans.

HOMILIA XXI.

Si quis nos inflammante camino, uel paruo conſtituat tempore, nonne cuncta tolerabimus, ut liberemur, ſiue pecunias proferimus, uel ſeruitutem toleramus? Quanti in morbos acerrimos inciderunt, & omnia dare prompti fuerunt, ut ſaluarentur, ſi eis optio proponeretur? Si igitur in hac uita, morbus parui temporis ita nos afficit, & contriſtat, quid faciemus illic, ubi nulla erit utilitas pœnitentiæ? Quantis nunc repleti malis, & neſcimus?

Flammans caminus.
Cruciatus gehennæ.

HOMILIA XXV.

Infantulus quippe cum aliquid puerile deſiderat, cũ omni feſtinatione abſcondimus: utputa ſphærã, & quæcunq; talia, ne impediatur à neceſſarijs, cum autem ea contempſerit, & non iam eorũ deſiderio detinetur, ſine ſolicitudine ei damus,

Infantulus puerile quippiam deſiderans

ſcientes quoniam nulla læſio ei de cætero continget, illa cupiditate ceſſante, quæ eum à neceſſarijs poterat auocare: Sic et Deus cum uiderit non nos ea cupientes quæ terrena ſunt, tunc iam ipſa nobis ad utendum largitur, & ſicut liberi, & uiri ea poßidebimus, non ſicut pueri.

Terrena negligẽtes.

HOMILIA XXIIII.

Terrenis inhiamus, & à terris nolumus abſcindi, ſicuti quidam uermes ex terra in terram, & iterum ex ipſa in ipſam conuertuntur: Sic et nos nec modicum reſpicere uolumus, nec auferre nos à cauſis mundi, ſed quaſi quadam ſacietate, & ebrietate demerſi ac percußi, obſtupuimus imaginãtes. Et ſicut qui graui & dulci ſomno detinentur, non ſolum nocte, ſed etiam ipſa luce ueniente, & claro die facto, iacent in lecto, & non erubeſcũt ſuæ uoluptati indulgere, et tẽpus operationis, & feſtinationis, tẽpus ſomni & ſegnitiæ facientes: Sic nos die extante, cũcta quæ noctis ſunt, operamur, dormiẽtes, ſomnia uidentes, imaginationes deliciantes, & clauſis oculis mentis et corporis inſanimus, aliena loquimur, ac ſi quiſquàm nos alieno confodiat uulnere, nec ſic ſentimus, ac ſi nobis omnem quiſque diripiat ſubſtantiam, ac ſi ipſam nobis incendat domum. Imò non expectamus alios ut faciant, ſed nos ipſi hoc facimus, ſtimulantes nos ipſos omni die.

Vermes.

Graui dulciq; ſomno detenti.

Sancti peregrini fuerant his, liberari poſtulãtes ab hac peregrinatione, & ad patriam ſuam uenire: Nos econtra facimus. Si febris accedat, omnia relinquimus, ſicut pueruli plan ctuoſi mortẽ timemus. Et hæc patimur merito, quaſi peregrini conuerſamur in hac uita, et non ueluti q feſtinat ad patriã, ſed ueluti ad pœnas ituri. Dirigeſimus quaſi homicidæ & duces latronum, quum producendi ſunt ad tribunal, & mala conſi-

Peregrini.

Homicidæ. Latronum duces.

conſiderantes quæ geſſerunt, ideo timent, tremunt.

HOMILIA XXIII.

Si patria quis expulſus ab hominibus miſerabilis iudicatur, & quiſquis hæreditatem amiſerit, uidetur omnibus eſſe dolendus: qui cœlo priuatur, qui illis repoſitis bonis, quantis lachrymis plangendus eſt? Magis plāgendus plangetur quiſquàm cum paſſus fuerit aliquid, cuius ipſe cauſa non eſt. Cum autem propria uoluntate ſemetipſum quiſquàm infigit iniquitati, neque lachrymis dignus, ſed lamentationibus dignus, magis autem luctu. Decem milibus lamētationibus digni ſumus. Si omne quod in mundo eſt, uocem emittat, ad lamentandum eos qui ab illis bonis excidunt, nihil dignum lamentabuntur. Si nobis ſtatim adhuc nihil agentibus tanta bona largitus eſt, paradiſum, confabulationem ſuam, immortalitatem, promiſit uitam beatam, & à curis liberam: ijs qui tanta fecerint, qui certauerint, pro eo ſuſtinuerint, quid non præſtaturus eſt? Cœlo priuatus.

HOMILIA XXIX.

Ex horto aliquo, qui uentis & tēpeſtatibus uerberatur, ſume arbuſtū aliquod, & pone in opaco & aquoſo loco, & uidebis quòd multū à fortitudine & dignitate ſua mutabitur, quā habuit in eo loco, unde conſtat eſſe translatū: Ita corpere molli reddito & delicato, neceſſe eſt & animā participare ex corporis morbo. Sicut in chordis contingit: cum enim ſunt ipſi ſonitus molles & delicati, & non conuenienter extenti, etiam artis ratio deprauatur, & cogitur uicio ſeruire chordarum: Sic etiam fit in corpore, multas ab eo anima ſuſcipit læſiones, multas neceßitates. Quando enim multa opus habet ad ſui curationem anima, amaram ſuſtinet ſeruitutem. Arbuſtum alio translatum. A corporis morbis uitiatur & anima. Chordæ.

HOMILIA XXX.

Amara antidota. Qui amara bibunt antidota, patienter ferunt quandam primum moleſtiam, & tunc ſenſum percipiunt ſoſpitatis. Tale quiddam eſt uirtus, tale quoque malitia. In iſta prima eſt uoluptas, & ſequitur ægritudo: In illa uerum prima eſt mœſtitia, & tunc iucunditas procreatur. Sed nihil ſimile eſt cum quis primum contriſtatur, & poſtea gaudio perfruitur, & cum primo gaudetur, poſtea in mœrorem incidere, & quomodo hoc? Hic enim timor futuræ triſtitiæ præſens gaudium deuenuſtat. Illic autem ſpes futuræ iucunditatis detrahit triſtitiæ. Et contingit ut illic nunquàm gaudetur prorſus, hic nunquàm triſtitia dominetur. Et non in hoc tantum differentia conſtat, ſed in alio, quia temporis æqualitas non eſt. Nam malitiæ gaudium temporale eſt. In ſpiritualibus autem gaudij iucunditas æterna.

Virtus. Malitia.

Non uidetis medicos quando urunt, uel ſecant aliquos, cum quanta lenitate opus curationis exercent? Multò amplius corripientes oportet hoc agere. Etenim correptio & igne, & ferro uehementius operatur, & reſilire facit eos quibus offertur. Hæc circa ægrum medici etiam ſtudent primum, quatenus poßint ægrum facere, ſectionem æquanimiter tolerare: & quantum poſſunt, leniter agunt, & aliquantulum requieſcentes, ægrum faciunt recreari. Sic ergo oportet correptiones efficere, ut & qui corripiunt, non reſiliant, ac ſi eos iniuriari proueniat, ac ſi percuti non debent, abhorrere. Nam qui ſecantur aduerſus eos, à quibus ſecantur, multa reclamāt, ſed illi nihil impediuntur, ſed tantum ægrotantiū conſulunt utilitati, & ſoſpitati: Sic etiam hic cuncta gerenda ſunt.

Medicorū erga languentes ſtudium.

Pia corripiēdi ratio

HOMILIA XXVII.

Sicut magiſtrum audiens balbutientem, & ſingulas literas diſcentem, non eum ignorare dicis, cum interrogat, ubi ſit illa litera, ſcis quia non ignorans interrogat, ſed diſcipulum uolens inſtituere: Sic & Deus non opus habens oratione orabat, ſed te uolens inſtituere, ut aſsiduus ſis ad orationem, ut ſobrie, cum uigilantia ores: uigilans dico, cum intelligis ad quem loqueris, quando mente ea percipis. Magiſtrum audiēs balbutientem. Dei oratio Precatio uigilans.

HOMILIA XXVII.

Cum obtuleris preces & ſubſcriptam acceperis chartam, non requiris quali calamo ſubſcripſerit rex, neq; in quali charta, nec quali atramento, ſed unum tantummodo quæris, ſi rex ſubſcripſit: Sic & in baptiſmo, charta conſcientia, calamus lingua ſacerdotis eſt, manus, gratia ſpiritusſancti. Siue ergo per me, uel per illum, officio fungitur ſacerdotis, ipſa manus ſcribit, nos miniſtri ſumus, non autores. Baptiſmus.

HOMILIA XXV.

Sicut regnantium ſtatuæ, quæ ſine anima ſunt, atque ſermone, nonnunquàm ad ſe confugientibus hominibus, anima, atque rationibus decoratis ſubuenire conſueuerunt, non quia ſunt ære confectæ, ſed quia retinent imaginem principalem: Ita & ſanguis ille animalium, qui irrationalis fuit, animas habentes homines liberauit, non quia ſanguis fuit, ſed quia CHRISTI ſanguinis ſignat aduentum. Regnantiū ſtatuæ. Sāguis animalium.

HOMILIA XXXI.

Sicut cibus corporalis cum uentrem inuenerit aduerſis humoribus occupatum, & amplius lædit, magis nocet, & nullum præſtat auxilium: Ita & iſte ſpiritualis cibus, ſi aliquem repererit malignitate pollutum, magis eum perdet, Cibus corporalis.

non ſua natura, ſed accipientis uitio.

HOMILIA XLIII.

Hamus. *Sicut hamo eſcæ præda poſita piſces illudeſcimus & decipimus, qui uidentes eſcam, hamum non conſiderant, & dum* Diabolus. *prædam uolunt rapere, hamo capiuntur: Sic & diabolo contigit, dum tantum hominis corpus in filio Dei conſyderat, & Deum in corpore non agnoſcit, quaſi ad præparatam ſibi prædam, ſolita rapina feſtinat. Sed dum uult draco auidus prædam rapere, ipſe draco, ut piſcis adductus in hamo, præda domini captus efficitur.*

HOMILIA XXXIII.

Amore meretricio deperiens. Abundantia pecuniarum. *Nam & pater optimus & integer, cum filium uiderit amore meretricis alicuius deperire, ſi admonitiones eius audire neglexerit, illam meretricem de medio auferens, in exilia longinqua detrudit: Talis eſt etiam abundantia pecuniarum. Curam igitur de nobis gerens uerus pater & optimus dominus, uolens nos ab hac læſione liberare, aufert nobis pecunias, quarum amore mens noſtra corrumpitur.*

HOMILIA XXXIIII.

Nauis ſecũdo defluẽs amni. *Sicut enim nauis, quæ proſpero flatu fertur in pelago, non poteſt impediri, neq; demergi, uſquequo proſpero uento ac perſeuerante perfruitur, ſed etiam poſt nauigationem gloria eis magna contingit, ſiue nautis, ſiue exulatis: illis quidem requiem tribuens, quòd labore remigationis non fuerint fatigati: illis autem, quòd eos maris moleſtia liberauit, & nauigationem illam hilarem fecit, & uelut ſpectaculum illis iucundum ipſam proſperitatem curſus attribuit: Sic etiam anima à diuino adiuta ſpiritu, omnibus rebus ſuperior exi-*

ſtit,

ſtit, & omnibus fluctuationibus uitæ huius eminebit, & uitã in cœlum ducentem uehementius, quàm illa nauis incedit, utpote quæ nõ uẽto impellitur, ſed ab ipſoparacleto fertur, mũda uela poßidens, & plena proſperis flatibus, omnẽ remißionẽ, & diſſolutionem à ſua mente diſcutiens: ſicut enim in uelis iactatis uentus incidẽs nihil operatur: Sic etiam ſpiritus ſanctus in anima remiſſa, & ſegni non patitur permanere. Aranearũ

Sicut enim aranearum ſtamina flatum uenti non ſuſcipiunt: Sic neque anima ſecularis, neq; homo animalis gratiam poterit ſpiritus ſancti ſuſcipere. ſtamina. Anima ſecularis.

HOMILIA XXII.

Sicut ſol eſt quidem clarus, & in medium cunctis præpoſitus, & non opus habemus eum quærere: ſi uerò noſmetipſos in inferioribus obumbramus, ſi nos ubique circumuerſemus: multo labore opus habemus, ut ſolem uidere poßimus: Sic & in hac cauſſa, multa ſunt intellectum noſtrum impedientia. Si in profundo cupiditatum malarum, ſi in tenebris paßionum, & ſecularibus rebus obruamus noſmetipſos, uix poterimus oculos aperire, uix reſpicere, uix intuemur, quòd in inferioribus obrutus fuerit. Quanto ad ſuperiora quiſque intendit, tanto appropinquat ad ſolem. Excutiamus igitur puluerem, dirũpamus ſuperiacentem, et imprimentẽ nos nebulã, denſa quidem eſt & arcta, & non nos permittit inſpicere. Sol. Intellectũ impedientia.

Aues celerrime, montes, colles, maria, & ſcopulos momẽto temporis ſine ullo impedimento tranſuolant: talis eſt etiã mens, cum pennas acceperit, cum à ſecularibus abſceſſerit, nihil iam apprehendere poterit, omnibus erit eminentior iaculis ignitis diaboli. Non eſt ita perfectus ſagittarius diabolus, ut poßit ad illam altitudinẽ pertingere, ſed dimittit qui- Mons. Diabolus ſagittarius

demiacula, non autem attingit, ſed reuertitur ad eum iaculum inane, imò in caput eius.

Athletæ. HOMILIA XXIII.

Quies. *Sicut athletæ perfruuntur quidem omni curatione, & eo tempore quo ſunt in certamine, ſed non omni quiete, nec plena remiſſione perfruuntur ſub legibus uiuentes, ſed poſtea omni, plenaq́; fruuntur: Sic & Deus non ita præſtat, ut omnem quietem hic percipiamus: ſed de longinquo (inquit) ſalutantes requiem.*

Diſcipuli.

HOMILIA XXIIII.

Vt ſolent diſcipuli, quæ acquiſierunt, cuſtodire, quæ uerò necdũ didicerunt, diſcendo acquirũt: Ita & nos, nũc hoc peccatũ uitemus, nũc hanc uirtutem percipiamus, de hac ad aliã. Diſtribuamus uirtutes nobis ſicut ſibi diſtribuunt agriculturam agricolæ, hoc menſe uitamus illud peccatum.

Agricultura.

ἐπαγωγή.

Nonne Rhetor circa finem orationis feſtinat clarior apparere, ut cum plauſibus diſcedat? Nonne perfunctor circa finem perfunctionis ſuæ opera ſua clariora demonſtrat? Nonne athleta, niſi finem oſtendat clariorem, & uſque ad cõſummationem ſemper exuperet, ac ſi omnes uicerit, uincatur autẽ à nouiſſimo? Nonne omnia illi infructuoſa fient? Nonne gubernator, ſi totum pelagus pertranſeat, circa portum autem confringat ratẽ, omnẽ perdidit anteriorẽ laborẽ? Quid etiã medicus? Nonne ſi liberauerit ægrotantẽ morbo, cũ aũt ad perfectionẽ ſalutis peruenturus erat ægrotus, eius tũc corrũpat ualetudinẽ: nonne inq̃ totũ opus corrumpit & perdit? Sic etiam in uirtute contingit, quotquot exordijs non poſuerunt finem cõpetentem & concinentẽ, perierũt, corrupti ſunt.

Virtus. Finis inſtituendus.

HO-

HOMILIA XXIX.

Sicut domum pulchram cum quis raſerit, efficit pulchriorem: Sic etiam faciem pulchram, ſplendor animæ ſuperueniens amplius conuenuſtat.

HOMILIA XXX.

Et ſi uirtus amara ſit, tamen fructus profert dulciores, ut in arboribus cortex penè ſemper amarus et aſper eſt, fructus autem ipſi ſuauitate iocundi ſunt. *Virtus amara. Cortex.*

HOMILIA XXVIII.

Sicut filij parentes, & diſcipuli magiſtros in certaminibus attendunt, formantes mentem ex parte doctorum per uiſum, regulas quaſdam ſumentes: Sic etiam hic ſi uolumus currere diſcere, & bene curremus, ad CHRISTVM *attendamus autorē (inquit) fidei ueſtræ, & conſummatorē* IESVM, *qui pro gaudio ſibi propoſito ſuſtinuit crucem.* *Obſeruandus Chriſtus ut quā maxime.*

HOMILIA XXIX.

Tale eſt in uentrem cibos mittere, quale ſi quiſquam eos in cloacā proijciat. Magis autem non tale, ſed multò peius: hic enim fumum operatur, ſine tua læſione: illic autem plurimos morbos plurimasq́; procreat ægritudines. Quod facit fames, hoc facit & plenitudo ciborum, magis autem multò peiora: fames quippe in paucis diebus aufert hominem, & liberat ex hac uita pœnali: exceſſus uerò ciborum cōſumit, & putrefacit corpus humanum, & macerat ægritudine diuturna, & tunc cum morte crudeli conſumit. *Fames. Cœna dubia.*

Sicut terra quæ ualde humecta eſt, generat uermes & ſimos, cū compluitur, uel cum plurimum ſibi humorem retinet: terra uerò quæ libera eſt ab humoribus, fructuū fœcūditate decoratur, ſi ex abundantia non corrumpatur aquarum: ac ſi etiam non colatur, ultro tamen gramina ſubminiſtrat, ſi uerò co- *Terra imēſe humecta. Terra uacua ab humoribus.*

rò colatur, fructuum fœcunditate pollebit. obſecro igitur ne noſtrum corpus uitioſum & inutile faciamus, neque ei uitia inſeramus, ſed fructus utiles, & arbuſta fructuoſa, ne ea diſſoluamus per immoderationem ciborũ. Immoderatio quippe pro fructibus uermes facit: Sic inſita nobis cupiditas, amores turpes, & uoluptates turpiores generat.

Diuitiæ. Funes ſunt diuitiæ, & implicamenta, abſcindamus eos.

Viciſsim inſidiantes. Homicidiũ. Vſquequo inuicẽ inſidiamur ut beſtiæ, ſicut piſces mariſsima gis autem beſtiæ non inſidiantur inuicem, ſed alienigenis, ut puta urſa urſam non facile interimit, non ſerpens ſerpentem, cognationem generis reuerentur. Tu autem cum indigena etiam decem milia habens iura, naturæ cognationem, rationem, cognitionem Dei, & alia, interimis eum, & inuoluis decem milibus malis, licet gladium non mergis, neq; tingis in iugulo, alia ſæuiora committis. Illud ſi operareris, ſimul cum curis omnibus liberares, nunc autem fame, deiectione, ſeruitute, & alijs multis peccatis affligis. Contineamus ergo manus noſtras à tali homicidio, imò magis extendamus ad eleemoſynam.

HOMILIA XXXII.

Eleemoſyna. Eleemoſyna eſt amica Dei, ſemper ei propinqua, pro quibuſcunque uoluerit, facile gratiæ munus impetrat, tantum ſi à nobis non lædatur, ſi nullam à nobis patiatur iniuriam. Iniuriam autem patitur, cum ex rapinis eam uolumus operari: ſi uero fuerit munda, magnam præſtat confidentiam tribuentibus eam. Tanta eſt uirtus eius, tantaq; potentia, ſed etiam uincula peccatorũ ipſa ſoluit, fugat tenebras, extinguit ignẽ, mortificat uermem, expellit ſtridorem dentium. Huic portæ

Regina. cœli aperiuntur, & ueluti regina intrante, nullus ianitorum, nullus

nullus cuſtodum qui portis aßiſtunt, audet dicere, Qui tu es? unde? ſed omnes eam è regione ſuſpiciunt: Sic etiam miſericordia. Regina nanque eſt, & uere regina, ſimiles faciens homines Deo. Eſtote, inquit, miſericordes, ſicut pater ueſter cœleſtis miſericors eſt. Pennata eſt, & ualde leuis, habens alas aureas, & uolatum, quæ angelis magnam gratiam dilectionis apportet. Scriptum eſt enim: Pennæ tuæ ſicut pennæ columbæ deargentatæ, & collum eius in fulgore auri. Sicut columba quædam uiuens & aurea uenuſtate decorata, mites & affabiles oculos habens, per cuncta uolat: Sic & miſericordia nitet magno decore feſtiua, nihil eſt illis oculis melius. Pulcher quidem eſt pauo, ſed in illius comparatione deformis apparet. Ita enim hæc auis pulchra eſt & mirabilis, ab ipſo initio per tempora cuncta perdurans, & multa gloria diuina decoratur. Virgo eſt habens alas aureas, circũſpecta per omnia, uenuſteq; ſuccincta, uultum habens candidum, atque manſuetum: pennata eſt & leuis, & ſemper ante ſolium regale conſiſtit, quando iudicamur, repente ſubuenit, & nos à ſupplicijs liberat imminentibus, alis ſuis nos contegens: hanc amplius deſiderat Deus quàm innumeroſa ſacrificia.

Columba.

Pauo.

HOMILIA XXXV.

Paulus non dixit miſereri ſimpliciter, ſed induite uiſcera miſericordiæ, ut ſicut ueſtimentum ſemper nobiſcum eſt, ſic eleemoſyna.

Viſcera miſericordiæ indumentũ

Præſentibus inhiámus, nec diaboli uerſutias cogitamus, qui per parua, magnis nos ſpoliat, et lutum præbet ut aurum auferat, imo magis ut cœlum auferat. Et umbram prætendit, ut ueritate nos extrudat, ut in ſomnijs phantaſias oſtendat (hoc enim ſunt diuitiæ) ut cum illuxerit, omnibus paupe-

Aſtus diaboli.

Diuitiæ.

Seruitus pecuniarum. riores exhibeat Seruitus pecuniarũ omni tyrãnide eſt peior. Laqueus eſt apud Apoſtolum, uos diſruptis uinculis è laqueo proſilite, & nõ reponatur aurũ uobis in domo, ſed quod innumeris eſt precioſius pecunijs, eleemoſyna & humanitas pro auro. Nam hoc nobis apud deum fiduciã præbebit: Illud uerò multũ cõtra nos effundit dedecus, & uehemẽter cõtra nos diabolũ ſpirare facit. Quid inimicum tuũ contra te armas?

Fœnerans. Sors. Vſura. Fœnerans quidem poſt multos annos ſortẽ recipere concupiſcis cũ periculo, neq; forte recipiendi, ut moras, maius accipias fœnus: Hic uerò ſtatim repetis, & hoc cũ nõ hic ſemper, ſed illic continuo ſis mãſurus, non hic iudicari, ſed illic pœnas ſubire debeas. Et ſi quis tibi quidem domos, ubi manere non debeas, paraſſet, magnũ exſtimares detrimentũ, id factum. Nunc autem hic uis locupletari, unde frequenter & ante ueſperam es migraturus. Neſcis quod in aliena regione moramur, tanquam hoſpites & peregrini? Neſcis quod peregrinorum eſt expelli, cum nec expectauerint neque ſperauerint? Quod & nos patimur. Hoſpites & peregrini.

HOMILIA XLVI.

Vita humana. Carcer. Anima uincta. Vita præſens, non eſt melior carcere. Sicut illud ingreſſi domicilium omnes uidemus catenis obductos: Sic & nunc ſi nos ab exteriori phantaſia ſeparati, cuiuſq; uitam intrauerimus, animam cuiuſque uinculis ferro ſæuioribus uinctam intuebimur: & maxime, ſi diuitum animas ingrediaris. Nam quanto pluribus induti fuerint, tantò magis ſunt compediti. Sicut igitur captiuum cũ & dorſo uideris, & manibus, & quãdoq; pedibus ferro depreſſum, ideo maxime miſerũ uocas: Sic & diuitem cum infinitis rebus circundatum uideris, non propterea locupletem, ſed propter ipſam, miſerũ eſſe puta. Nam Captiuus. Diues miſer.

& præ-

& præter hæc uincula, cuſtodem etiam habet infeſtiſſimum, pecuniarum amorem, qui prohibet hūc egredi carcerem, ſed innumeras ei parat pedicas, cuſtodes, fores & obices, & in interiorem conijciens cuſtodiam, etiam his uinculis gaudere perſuadet, ita ut nec ullam inuenit ſpem, ab ingruentibus malis liberari. Et *ſi cogitatione illius animam reuelaueris, non uictam, ſed & ſqualentem & ſordidam, & pediculis plenam uidebis. Ideo animarum noſtrarum redemptorem deprecemur, ut & uincula dirumpat, & hunc infeſtum nobis cuſtodē arceat, & ab illarum abſoluens ferrearum pondere cathenarum, pennis leuiorem nobis ſenſum efficiat.*

HOMILIA XXXII.

Fide opus eſt, bonorum matre, ſalutis medicina, ſine qua nullam magnarū rerum doctrinam quiſpiā percipere poteſt, ſed illis ſimilis qui ſine naui pelagus tranſnatare aggreſſi, parum prouecti, laſſatis manibus pedibusq́;, fluctibus continuo obruuntur: neque aliter qui ſuis nituntur rationibus ante cognitam ueritatem (ut Paulus ait) naufragium faciunt. *Naufragiū* Fides. *Socratica inductio*

HOMILIA XXXV.

Lex & Prophetæ quaſi repagula, & frenū equo indomito, quibus eius contra rationē inſultus cōpeſceretur, ita equorum domitores ſolent.

HOMIL. XXXIIII.

Sicut ſi ex choro ipſum principē auferas, nequaq̄ modulatus chorus, uel ordinatus exiſtit. Et phalanx militū ſi ducē non habeat, nullo modo numeroſe acies illa, uel ordinate procedit. Et nauis ſi gubernatore priuetur, peſſū eat neceſſe eſt, & gregi ſi paſtorem abſtuleris, cūctus diſpergetur & peribit, Ita *& malū, & multarū cladium eſt & occaſio confuſionis & turbationum principiū: ubi nullus principatus, & eſt ſubuerſionis* Principatus. Domus orba magiſtro.

Princeps malus. ſionis argumentum. Verum ſi princeps malus exiſtat, peius malum eſt, quàm ſine principe conuerſari. Melius eſt à nullo quàm à peſſimo regi. Ille quidem ſaluatur aliquando, ac ſi in periculum decidat. Iſte autem omnibus modis pericula ſubiturus eſt, dum ad foueas & ruinas impellitur.

HOMILIA XXXVII.

Aedificatio Fundamentum. Alterum mandatum Dei ſine altero eſſe non poteſt, ut puta, ſi interroget quis in ædificationem domorum, quæ pars melior, dicis fundamentum. Sed ſicut ædificatio non poteſt eſſe, niſi fuerit fundamentum: ita nec fundametum poteſt eſſe niſi ædificatio fuerit ſubſecuta. Sic ergo fundamentum dignius eſt ædificatione, non utilius. Sicut caput dignius quàm membra, tamen nec membra ſine capite, nec caput ſine membris: Sic digniores ſacerdotes quàm populus. Sacerdotes. Populus.

HOMILIA LIII.

Canis. Diabolus. Tanquam canis, ita diabolus diuitibus inſilit, tanquã buccellam uel placentam tenenti puerulo uolẽs auellere. Demus igitur ea patri, & ſi diabolus factum hoc uiderit, omnino recedet. Cum uerò receſſerit, tunc ea patri omnia dabit in tuto, cum ille non poterit inſectari, in futuro ſeculo. Nũc enim Infantes. à paruis infantibus, diuites nihil differunt, qui à canibus uexantur, omnibus circa eos latrantibus, laniantibus, trahentibus, non hominibus tantum, uerum & illiberalibus paſſionibus, ingluuie uentris, ebrietate, aſſentatione, & omni intemperantia. Affectus humani. Et ſi fœnerare quidem ſuppetat, multum dantes conquirimus, & gratos conſideramus: hic autem contrarium facimus. Grate ſuſcipientem Deum, et non centeſimam partẽ, ſed centuplum præbentem dimittimus, at ne ſortem quidem nobis reddituros quærimus. Quid enim uenter nobis reddet, qui plurima conſumit? Stercus & corruptionem. Quid autẽ

inanis

inanis gloriæ? liuorem & inuidiam. Quid uerò auaritiæ? Curam & ſollicitudinem. Quid intemperantia? gehennam & ueneniferum uermem. Hi ſunt diuitum debitores: has ſorti iũgentes uſuras pœnitentiæ mala, pœnasq́; futuras, fœnius efficitur maius. Nam in mutuantibus hoc facientes uidemus fœneratores, poſt multũ temporis redimentibus libentius fœnerantes. Qui nanq; ſtatim totum reddit, uſuræ curſum interrumpit, qui uerò diu retinet, maiorem facit & operationem. Itaq; in hominibus quidem delationem non ægre ferimus, uerum & ſtudemus, ut maior efficiatur: apud Deum uerò cum puſillanimiter nos gerimus, ut propter hoc torpeamus & retrocedamus.

SYLVVLA SIMILIVM SACRORVM hinc inde excerptorum.

CHRYSOST. ADVERSVS VITVPERAtores uitæ monaſticæ, lib. tertio.

Non eadem eſt ratio currẽtium in Chriſtiano ſtadio, quæ in Olympico. Nam hic ſolum unus coronam aufert, eamq́; corruptibilem, cæteris ſine honore dimiſſis: at in agone Chriſtiano, tametſi alius alio maiorem reponat honorem, omnes tamen perpetuam conſequuntur coronam, modo legitime certent, omnes futuri beati & illuſtres. Stadiũ Olympicũ & chriſtianũ

HOMILIA eadem.

Seruum empturus, prius interrogat num ſeruire ſibi uelit, ac num futurus ſit utilis, deſpicimus, inutilem recuſaturi: At CHRISTVS maximum & excellentiſſimum precium, ſanguinem ſuum erogauit pro omnibus nobis, etiam priuſquã nos uellemus ſeruire illi, & quantumuis improbos recipit, ſine

Abrenũcio Satanæ. obſidibus, ſine chirographo, ſola uoce contentus, abrenuntia Satanæ.

HOMILIA XXI. ad populum Antiochenum.

Pictores. Sicut pictores in tabulis pingendis, primo albas circunducere lineas, omni libertate ſolent, repingunt, corrigunt, priuſquam colores ſuperinducãt: Ita in eo qui ex paganiſmo ad Chriſtianiſmum Iudæus uenit, antequã adhibeatur uera ſpiritus tinctura (quæ fit per baptiſmum) male inſitas conſuetudines oportet delere. Baptiſmus.

Militis delectus. In milite deligendo exteriora, hoc eſt, corporis menſuram, & bonam carnis habitudinem, ſed & libertatem contemplamur. At cœli rex nihil tale requirit, ſed & ſeruos in ſuum exercitum ſuſcipit ſenes & iuuenes, tantum ut promptitudinem habeant ſe ſuſcipiendi.

HOMILIA XXIIII. tomi IIII.

Iratus animus. Iratus animus eſt ſimilis foro cuidam pleno tumultu, ubi multus eſt euntium & redeuntium clamor, camelorum ac aſinorum fremitus, argentariorum & ærariorum utrinq; cudẽtium ſtrepitus. At mitis mens in ſolitudine mõtis uertici ſimilis eſt auram quidem habentis tenuem, purũ uerò radium, pura fontium fluenta, multasq; florum amœnitates.

HOMILIA XXX. tomi IIII.

Vlciſcens. Pueri. Qui placari non poteſt, niſi ulciſcatur eum, qui prouocauit, ſimilis eſt pueris qui placari nolunt, niſi mater pauimentum pulſit, aut rem inanimatam obiurget.

Iracundus. Quaſi ignem geſtans, ſeq; ipſum comburens ut alicui noceat, eſt, qui geſtat irã, & quærit uindictæ tempus. Ipſe multo tempore torquetur, ut alterũ modicum torqueat, imò forte nunquam dabitur occaſio.

Excuſatio. Sicut ſe excuſans ſuper irato dictis uel factis dicit, Ego il

la non

ta non dixi uel feci. Iræ ſunt uerba: idem eſt, ac ſi diceret, manus ſunt non uulnera.

Vt ſtulte agunt canes ſaxa mordere conantes, quando iacientes attingere non poſſunt: Ita & illi qui homini irato cõuiciantur, aut aliàs ulciſcuntur: Ipſi enim ſunt ira, uel diabolo potiùs, inſtigati ſiue iactati. Canes. Irato conuicians.

HOMILIA XXII. tomi IIII.

Canis inſtar eſt uoluptas, ſi pellitur fugit, ſin fouetur & nutritur, permanet.

HOMILIA XXXVI tom. IIII.

Guloſi.

Sicut guloſi, inſolẽtes, expertes honeſtatis, uẽtris ſerui, ad regale uocati conuiuiũ, nec congruã horã expectãtes, paruulorũ infantiũ more ſuã corrũpunt lætitiã, præueniẽtes, & uilioribus ſeipſos cibis ſaturãtes: Ita & homines hic mercedem à Deo exquirentes, & accipientes, futuram diminuunt.

Vt hoſpites & peregrini in aliena terra manſionem non conſtruunt, ſed malunt in ſua patria inuenire conſtructam: Ita debemus per eleemoſynam domos æternas cõſtruere, & non hic theſaurizare. Peregrini. Eleemoſina

HOMILIA XXV. tom. IIII.

Canis inſtar eſt ira, qui ſi tã ferus ſit, ut nõ obediat paſtori iubẽti, & oues comedat, occidendus eſt: Sic & ira. Is demũ generoſus eſt canis, ſi ouibus aduletur, aduerſus aũt externos ſæuiat & uigilet. Et licet eſuriat, ex ouibus nõ guſtet, & licet in ſaturitate ſit, lupis nõ parcat. Talis igitur eſt ira bene ordinati, ſiue quis mordeat, ab humanitate nõ recedit, ſiue quieſcat, aduerſus prauas cogitationes inſurgat. Ira. Generoſus canis.

A uomẽtibus ebrijs maxime fugimus, & puluerẽ inijcimus

Vomentes ebrij. *uomito: Sic debemus adeſſe iracundis, ita illorũ contumelias tegere, tacendo, & diſsimulando.*

Manſuetus *In manſuetum non hærent iacula iracundi, non magis q̃ in aqua telum non figitur: cedit enim nimium.*

HOMILIA II. *de pœnitentia.*

Naues. *Vt leuiores naues ocius æquor traijciunt, oneratiores uerò grauitate preſſæ fundo magis inhærent: Sic tenuis leniorem reddit cogitatum, præparatq; cum facilitate præſentis uitæ pelagus ſuperare, & in cœlum feſtinare.*

HOMILIA *de pœnitentia* V. *tom.* VII.

Aedificia. *Cum homines facilius, & minori tempore deſtruant, q̃ cõſtruant, ut in ædificijs patet: contrà Deus uelocius conſtruit q̃ deſtruit, iuſtificat, quã perdit. Mundum enim uniuerſum & omnẽ eius ornatum ſex diebus condidit, ſed Hiericho unam urbem ſeptimo tandem die diſſoluit.*

Hiericho.

HOMIL. VII. *de pœnitentia, tom.* VII.

Curſores. *Curſores qui in agone currunt ueſtimenta etiam penè neceſſaria abijciunt: Ita iturus in cœlũ, ut expeditior ſit, diuitias penè omnes pauperibus diſtribuat.*

Fœneratio *Diſsimilis eſt Dei, hominumq; cõditio in fœneratiõe. Deus nanq; in occulto per pauperẽ accipit, & in propatulo reddit coram uniuerſis creaturis: Is uerò q̃ palã accipit, occultè reddit, ſi ad pinguiorẽ fortunã peruenit, erubeſcens prioris fortunæ ſtatum.*

HOMILIA VII. *tom.* VII.

Via arcta & ardua. *Qui in agone deforis currunt, & ipſa exuunt ueſtimenta, uiam uerò in cœlum ferentem, & eandem arctam & arduã tot cum impedimentis, quomodo poterit ambulare?*

Vermis. *Quemadmodũ uermis in ligno natus ipſum cõminuit: Sic triſtitia de peccato nata (Eſt enim pœna peccati, indicta à*

Deo

Deo mulieri, In dolore paries filios) peccatum conterit per pœnitentiam inducta.

HOMILIA XL. in Matth.

Nullū inter auri ſolicitos collectores & cœni atq; laterum operarios diſcrimē eſt. Nā ut tūc Pharao atrociſsimus ille tyrānus flagellis ad colligendas paleas cōpellebat Hebræos: Sic etiā nūc diabolus ad officiū laterū, flagellis cupiditatū multos incēdit. Quid aūt aliud aurū ꝙ cœnū, & argentū ꝙ palea? Sicut ergo palea ignē: Sic pecuniæ cupiditas auaritiæ flammā incēdit, & quaſi cœnū coinquat poſsidētes. Sicut olim Moſes à deſerto miſſus eſt ſaluator: Ita nunc filius Dei de cœlo.

Soliciti auri collectores. Pharao. Diabolus. Aurum. Argentum Palea.

Quemadmodū impoſsibile omnino erat, per mare rubrum pertrāſire, niſi miraculo facta uia fuiſſet: Sic à priore uita ad cœlos conſcendere, ſine medicatione baptiſmi non poſsumus.

Mare rubrum. Baptiſmus.

HOMILIA XLI.

Vt ſcarabei alieno ſtercore: Sic inuidi aliorum aduerſa fortuna nutriuntur.

Scarabei. Inuidi.

Vt qui in mari uictum parant, cum in profundū deſcenderint, gemmas adferūt ſecum his qui uident: Ita nos pelagum ſcripturarum cognoſcentes, in profundū ſpiritualis ſapientiæ deſcendimus, adferentes theſaurum bonum, ornātem animas plus quàm capita regum gemmatæ coronæ.

Nautæ. Pelagus ſcripturarum.

Vt probi agricolæ ex uno agro triplices fructus percipiunt. Nos imitamur, ligone ſpiritus fodimus.

Agricolæ.

DE *fato ſermone* II.

Si quis medicus eſt, potionemq; dat, accipienda eſt, nec curioſe inquirendum qualis, ſed habenda uti ſanitati conducēs. Sin ueneficus eſt, magus, incantator, nō modo non inquirendū qualis ſit, ſed etiam mox fugienda utpote letifera.

Medicus. Veneficus. Præſtigiator.

Si præſtigiatorum incantamentis beſtiæ obtemperant, mirum niſi eloquia Dei animæ ferocis ſtatum, tranquillum & æquabilem reddunt.

Sileni Alcibiadæi. *Diuinæ ſcripturæ ſimiles ſunt Silenis illis Alcibiadæis, quæ ſub tectorio ſordido ac pene ridiculo merum numē claudunt. Alioqui ſi ſine allegoria legeris Adæ hiſtoriā: Si nihil ultra ſuperficiem quæſieris, non uideo, quid ita multò magis operæpretium ſis facturus, quàm ſi cantaueris luteum ſimulachrum Promothei, ignem dolo ſubductum, & ſimulachro inditum lutum animaſſe, imò pluſculo fructu legetur fabula poëtica cum allegoria, quàm narratio ſacrorum librorum, ſi conſiſtas in cortice.*

Allegoria neceſſaria in arcanis literis.

IN Pſalmum Credidi.

Stella lucida. *Quemadmodum hora ueſpertina quis ſtellam alijs cō paratam lucidam uocat, quam ſole fulgente nullo modo lucidam diceret, eò quòd ſplendor ſolis excellens, fulgorem ſtellæ obtegit: Ita hominem bonum ueracem dicimus eſſe, quando eum cum alijs hominibus conferamus: ſed quando cum Deo, non eſt uerax.*

Homo uerax.

SERMONE DE ELEEMOSYNA ET COLlatione in ſanctos.

Locupletes Pauperes. *Quemadmodum enim locupletes prouentus habent ex domibus, agris, & poſſeſſionibus: & pauperes ex manibus, & corpore, & non aliunde.*

Senſibilis et cœleſtis theſaurus. *Senſibilis theſaurus, & inſidijs petitur, & imminuitur, ſæpeq́; inuētores peſſundat: Cœleſtis autem ille, totus alius eſt, inſidias ignorat, auferri nequit, ſalus poßidētibus, & accipiētibus, nō cōſumitur tēpore, non perit inuidia, ſed prorſus eiuſmodi iniurijs ſuperior, multa colligentibus affert bona.*

Quemadmodum ſi opes ſubditorum in regijs promptuarijs conſeruentur, per illas etiam regiæ ſecuriores ſunt: Ita certe & in domo tua, ſi pauperum opes repoſueris, & Dominico die collegeris, etiam tua ſecuriora erunt. Opes.

Agricola ſementē facit, & quæ habet expēdit, & nō cōtriſtatur, & dolet, nec ſumptū ſe facere putat, ſed lucrū potius, tametſi incerta eius ſpes: Tu autem non in tam uilibus, ſed in multò maioribus ſeminans, & daturus pecuniam in manus CHRISTI recuſas, torpes, & inopiam prætexis? Agricola.

Quemadmodum dominus tuus cum multi blaſphement, multi fornicentur, multi furentur, latrocinentur, ſepulchris inſidientur, & multa mala faciant, ipſe non deſinit à ſua in omnes beneficētia, ſed cōmunes radios, cōmunes hymbres & fructus terræ profert, ſuā monſtrās miſericordiam: Sic & tu fac, & cū adhuc tēpus miſericordiæ, iuua pauperes, paſce famelicos, libera afflictos, ne ſis prætercea curioſe ſolicitus. Tempus miſericordiæ.

HOMILIA III. IN PROFECTIONEM Epiſcopi Flauiani.

Quemadmodum hyeme præterita, & æſtate apparente, nauta quidem nauigium deducit, miles arma detergit, equúmque ad bellum parat, agricola acuit falcem, uiator fiduciæ plenus, longum iter aggreditur, & ad certamina pugil expoliatur & nudatur: Sic & nos ieiunio tanquam æſtate quadā ſpirituali apparente, & arma tanquam milites abſtergamus, falcem acuamus tanquam agricolæ, & tanquam nautæ contra undas, contra abſurdarum cupiditatum cogitationes opponamur: & tanquam uiatores rectum iter apprehendamus, tanq̄ pugiles ad certamina ſpoliemur. Exue uitæ negocia & athleta factus es. Indue arma ſpiri- Artificum conatus. Ieiunij laus

tualia, & factus es miles. Sis agricola, excole animam tuam, & ſpinas excinde, ſemina uerbum pietatis, pulchras diſcipli næ plantas inſere, & cum multa diligentia repaſtina. Acue falcem tuam, quam per crapulam hebetaſti; acue per ieiunium. Sis uiator, aggredere iter in cœlum, ferens aſperam & anguſtam uiam, attinge, & ambula. Vbi enim uia anguſta, magnum impedimentum eſt carnis ex crapula obeſitas. Abſurdarum undas concupiſcentiarum reprime, repelle improbarum hyemem cogitationum, ſalua ſcapham, multam oſtende peritiam, & factus es gubernator. Horum omnium nobis materia & magiſter ieiunium eſt. Medicina eſt ieiunium.

Medicina.

Sed medicina licet millies utilis, per utentis imperitiam inutilis ſæpe fit. Etenim noſſe oportet & tempus quo ipſam imponere opus ſit, & ipſius medicamenti qualitatem, & corporis temperiem ſuſcipientem, & regionis naturam, & anni tempus, & congruũ uictum, & multa alia, quorũ ſi quodlibet prætermiſſum fuerit, reliquis omnibus nocebit. Si autem, ubi corpori mederi oportet, tanta nobis opus eſt diligentia, multò magis cum animam curemus, & cogitationibus medeamur, omnia ſcrutari, & cum omni ſedulitate conſiderare neceſſe eſt.

Medico obſeruanda.

Animæ cura.

HOMILIA XVI.

Sicut nulla mercatoribus utilitas, ſi magnam maris longitudinem percurrerint, ſed ſi cum rerum copia & multo mercimonio nauigauerint: Ita nulla nobis ieiunij utilitas, ſi infructuoſe ipſum nequicquam & temere prætereamus, ſi ieiunium ciborum ieiunemus. præteritis quadraginta diebus, præterit & ieiunium. Si uerò peccatis abſtineamus, & hoc tranſacto ieiunio, rurſum illud remanet, & continuum

Optima ieiunandi ratio.

erit

erit. Sicut enim in nequicia uiuens & ante gehennam uritur conſcientia ſtimulatus: ſi meritis abundans & ante regnum, magna fruetur lætitia, ſi bona ſpe paſcitur. Si alius dicat, totam ieiunaui quadrageſimam, tu dic, inimicum habebam & reconciliatus ſum, habebam detrahendi conſuetudinem & deſtiti, iurandi tenebar uſu, & mos improbus mihi reſolutus eſt. Male & bene uiuentis præmia.

HOMILIA XVIII.

Lætemur, quando cum profectibus ieiunium egerimus, ut ipſo tranſacto, fructus ipſius effulgeat, etenim hyemis lucrum tunc maxime demonſtratur, cum illa prætererit. Nãq; uernantes ſegetes, & folijs ac fructu affluentes arbores, per ipſum aſpectum clamant utilitatem ſibi ex hyeme factam. Hoc & in nobis pariter fiat: etenim pluuijs continuis & crebris in hyeme per ieiunij tempus potiti ſumus, continuam haurientes doctrinam: & ſemina ſuſcepimus ſpiritualia, & deliciarum ſpinas abſcidimus. Hyemis & ieiunij commoda.

SERMONE DE IEIVNIO.

Hypocrita, id eſt, hiſtrio uocatur is, qui in theatro alienam faciem ſumit, ut ſeruus exiſtens, ſæpenumero domini, & priuatus regis: Sic & in hac uita ad ſuos mores orcheſtras atque theatrum exercent ij, qui alia corde gerentes, alia extrinſecus hominibus præ ſe ferunt. Hypocritæ

HOMILIA III.

Diſciplina exercitatio eſt. Nam athletam perficit fortiorem, & inſuperabilem reddit in certaminibus, & inexpugnabilem declarat. In prælijs igitur talis diſciplina eſt omnis, & hæc præſens, ut talis ſit, neceſſe eſt. Proinde oportet ſperare meliora, & finem plenum iucunditatis & pacis. Et noli Exercitatio.

Cortex aſper.

mirari, ſi cum ipſa amara ſit, fructus tamen proferat dulciores. Nã & in arboribus, cortex penè ſemper amarus & aſper eſt, fructus tamen ipſi ſuauitate iucundi ſunt.

LIBRO I. DE PROVIDENTIA.

Iudex.

Sicut malefactorum plurimos carcere diutiſſime incolere permittit iudex, adeo ut plerunque uitam illic finiant, & cum ex multis aliquos punire uult, unum ex illis aut duos eminentiori loco ſtatuens, circumſtantibus omnibus, ita demum ad mortem duci præcipit, atque ad terrorem cæterorum, ſic utendum ſibi omnibus cenſet: Ita Deus cum nos emendare uult, non omnes unà malos punire neceſſarium exiſtimat, ſed aliquos rapiens, ex ijs, quos nunquàm corrigendos nouit, potentiam, atque iram oſtendit ſuam, plurima ex hac utilitate moliens, quippe malos ad execranda, ſi uelint, uitia hortatur, & bonos cautiores efficit.

Cur non ſimul ad unũ omnes mali puniũtur

HOMILIA XXX. QVOD NEmo læditur niſi à ſeipſo.

Fabricãs ſuper arenã.

Fabricam quæ ſuper arenam fundata eſt, etiam ſi flumina uenti non urgeant, ipſa tamen paulatim effluens, inſtabilis arena ædificij crepidinem ſubruit & euertit. Nam arenæ ſponte rumpuntur. Adamas uerò nec malleis cæſus infringitur: Ita ergo qui à ſeipſo non læditur, etiam ſi tundatur ab alijs, non poteſt lædi, qui uerò cum ſua ignauia proditur, etiam malo perurgente, defluit ſponte.

Adamas.

HOMILIA XX. CVM DE EXPVLſione ſua ageretur.

Mare ueſaniens.

Multi fluctus & undæ immanes, ſed ſubmergi non uereor, quia ſupra petram ſto. Inſaniat licet mare, petram

tram non poteſt commouere. Inſurgant quantumlibet fluctus, & cætera.

HOMILIA XXX.

Quòd nemo læditur niſi à ſeipſo. Meretricẽ appello hanc uitã quæ in delicijs et uoluptatibus tranſigitur, & eam quidẽ turpiſſimam, cuius facies fœda, horrida, aſpera, amara, crudelis, & licet tã turpis uultus eius & ferus, tamen multos decipit, cum uideant, apud eam cruenta omnia, periculis, mortibus, inſidijs, inuidia, tormentis plena, cumq́; eam ſtipari uideant peßimis ſodalibus, contumelijs, inſania, inuidia, curis perniciofis, metu iugi, tremore frequenti, & mille alijs infauſtis conſortibus, uelut anguium corona circundari: fructum uerò in his nullum, niſi interitum eſſe, perniciem, pœnamq́; perpetuam, expetitur tamen à pluribus, amabilis et exoptabilis habetur. Tanta eſt eorum qui decipiuntur ſtoliditas, ut cum eos ratio nulla ex hoc interitu reuocet; ne euidentia quidem inde ſinenter pereuntium exempla deterreant. Non ego iſtos ſtolidiores multò, quàm paruulos iudicem uel negẽ, quos puerilis ludus, ubi aut circulus uoluitur, aut turbo uel trochus uerberibus agitatur, et longis porticibus per curua ſpacia rotantur: ita intentos & inhiantes puerilis animus tenet, ut auelli inde nullatenus queant, ignorantes penitus, per ætatis fragilitatem nihil in illo ludo utilitatis, nihil perfecti operis haberi. Sed epulis ſatisfacit ætas immatura. Iſti quid habebunt excuſationis, qui ætate perfecta, puerilem, imò & puerili imbecilliorem ſententiam gerunt?

Voluptuaria uita, turpißima eſt meretrix.

Paruuli.

Sicut plerunq; meretricis uultus cum turpis & fœdus eſt per naturam, fucis & coloribus pigmentatus proſtituitur ad decipiendos eos qui ignorant, quæ fœditas ſub uelamine

meretricis uultus.

fuci

Hypocrita fuci illius contegatur: Ita hypocrita.

Quæ ſit uirtus, ſimilitudinem ex corporeis ſubſtantijs capiamus. Verbi gratia, uideamus quæ ſit equi uirtus. Nunquid in argenteis frenis pulchriſq; tapetibus, ac ſericis flammulis, phaleriſq; gemmatis, iubáq; aureis intexta funiculis equi uirtus iudicatur: an uelocitate curſus, fortitudine pedũ, greſſuſq; cautela, ac pectoris firmitate, cunctiſq; quæ itineri conficiendo apta uidentur, aut prælijs peragendis, ut uel interitus hoſtem petat, uel in aduerſis propriũ poſſit ab exitio liberare ſeſſorẽ? Nonne in his potius, equi uirtutem, q̃ in illis, de quibus ſuprà dictum eſt, declarari? Quod autẽ & reliquorum animalium, nonne in eo omnis probitas habebitur, ſi uel ferre onera fortiter, uel robuſta poſſunt mouere carpẽta? Nunquid uolẽs aliqs probare animal, ad ea reſpicit, quæ ei ſuperpoſita uiderit, an (ut diximus) ſi nõ potius mẽbris, ungulis ualidum ſit, inſpicietur? Item ſi uineam probare uolumus, nunquid ad hoc inſpicimus, ſi latos habeat pampinos, aut flagella diffuſa: an illud magis aſpicimus, ſi denſior ei fructus ſit, & uua fœcundior? Similiter de oliua, & huiuſmodi arboribus cõtemplamur: Igitur eodem modo quoq; de hominibus agamus, diſcutientes, quæ, & ubi uera ſit hominis uirtus: & tunc cum lædi putemus, cum in ipſo fuerit læſus.

Equi uirtus, phaleræ & ornamenta. — *Animalium omniũ uirtus.* — *Vinea.* — *Hominis uirtus.*

LIB. II. DE compunctione cordis.

Si corporalis amor, ita deuictam ſibi tenet animam, ut ab omnibus etiam neceſſarijs actibus cogat abſcedere, & illi ſoli, quem amat operam dare, atq; in eius cogitatione fixam tenere: quomodo nõ amator CHRISTI, ab omnibus reliquis abſtrahit animam, ſibiq; conſociat, atque deſiderij ſui uinculis conſtringit?

Corporalis amor. — *Amator CHRISTI.*

HOMILIA XXX. QVOD NEMO læditur niſi à ſeipſo.

Amor pecuniæ ut fera quædam & crudelis domina, omnium corda poſſidet, & tyrannica dominatione deuinxit. Sæuit ut barbarus, feruet crudeliter ut tyrannus, debacchatur impudenter ut meretrix, nuſquàm miſeretur, nuſquàm pudet. Et cum lupis, urſis, leonibus ferocius ſæuiat, ſuauis tamen uidetur hominibus & amabilis, melle imò & fauo ipſo dulcior. Cumq; his qui eam deſyderant, exoptant, gladios acuat quotidie, foueas paret, ſcopulisq; eos mille, & mille naufragijs illidat, expetitur tamen ab eis. Volutari in cœno eius tanquam ſues delectantur, & ut canthari ſtercus eius euoluere: Tales quodammodo omnes qui auaritiæ huic manus dederunt, infeliciores & turpiores etiam iſtis immundiſſimis animalibus. Amor pecuniæ.

HOMILIA V. de laudibus S. Pauli.

Medicum cum nunc urentem uideris, nunc fouentem, nūc ferro urentem, nunc medicamento, & aliquādo quidem ægrotum à cibo potuq; cohibentem, aliquando uerò cum in iſta laxantem, & modo quidem cooperientem undiq;, & undiq; con fouentem, nunc uerò illi ipſi calefacto, ſecurius plenam frigidis aquis imperantem epotare phialam: nunc utiq; ſuper hac uarietate & frequenti mutatione eum culpabis, ſed tunc præcipue ſtupebis artem, quando ea quæ nobis contraria uidentur & noxia, illum cum fiducia uideris offerentem. Hoc eſt enim ueri artificis ac periti: Ita Deus. Medicus.

HOMILIA VI. de laudibus Pauli.

Deus quaſi gladio aciem, ita menti noſtræ iræ acumen impoſuit, ut eo, cum oportet, utamur. Iræ acumē

HO-

HOMILIA I. DE VERBIS APOſtoli, Modico uino utere.

Sicut in corpore, aliquo quidem membro corrupto, non eſt magnum damnum: oculis uerò læſis, uel capite contrito, totum corpus inutile redditur: Sic & qui in alta quadam tanquàm uirtutis ſpecula, cum multa claritate conſtitutus, ab omnibus admirationi habitus, quando cecidit, magnam ruinam & iacturam facit, non tantum quia ex alto cecidit, ſed quoniam alijs multis ſcandali materia eſt, in ipſum reſpicientibus.

Ex alto cadens.

HOMILIA II.

Si quis te prætereunte ſtercus commoueat, hoc facientem non continuo conuicio & contumelia afficias? hoc fac & circa detractores. Non enim ſic commotum ſtercus illam fœtorem ſuſcipientem cartilaginem percellit, ſicut aliena peccata excuſſa, & uita impura audientium animos prodita contriſtare, & exturbare ſolent.

Obtrectatores.

HOMILIA VI.

Non ſic flammæ natura in materiam delapſa, uicina ſemper ligna incendit, ſicut uirtutis zelus in paucas lapſas animas, ulterius procedendo, omnes implere poteſt.

Flamma.

Virtutis zelus.

HOMILIA DE VERBIS APOſtoli, Modico uino utere.

Quemadmodum in exterioribus certaminibus corpore uigentes, & bonæ habitudinis athletæ, non ſic apparent, cum ueſtimentum undique oleo madidum fuerint induti, ſed quando illo abiecto, nudi in ſtadia feruntur, tunc maxime ſpectatores, membrorum proportione penitus obſtupefaciunt, cum nihil illam amplius obumbrare poſſit: Sic & N. patiens,

Athletæ.

tiens, quando omnibus diuitijs, gloria circumfuſus erat, quis eſſet, non multis manifeſtus erat: poſtquàm uerò [illegible]ſe, uelut ueſtimentum exutus athleta, abierit, & ad pietatis certamina nudus intrauit, ſic ſpoliatus ſpectatores omnes perculit, ut & angelorum theatrum illi uictori applauderet. Patiens.

HOMILIA I. DE VERBO APOſtoli, Modico uino utere.

Non ita terræ natura uexata, aquarum ſuperabundantia continuo diſſoluitur, ut corporis uis molleſcit, & diffluit, & exilis redditur uini potu continuo ingurgitata. Ebrius eſt uoluntarius dæmon ueniam non habens, ruinæ excuſatione carens, commune generis noſtri opprobrium. Terra. Ebrius quid.

HOMILIA XXIII.

Anima eorum quæ corpore, quaſi in aliquo ſepulchro recondita eſt, cuiuſmodi in homine temulentia, nec ſecus uideri debet, quàm ſi barbarus quiſpiam deformis & impurus, ui ſumma & poteſtate impetum faciat in adoleſcentulam decoram aliquam, uenuſtam & continentem. Temulẽtia

HOMILIA XXI. ad Theodorum monachum.

Omnia umbra, ſomnia, curſus. Curſor eſt uita. Vt ſi quiſpiam rupis excelſæ uerticem tenens, pelagus omne proſpiciat, multosq́; inde nauigantium crebris fluctibus freti, unda ſubmergi, alios in prærupti montis ſaxo collidi, nonnullos ad alia littora contendendo properare, aliquos tabulæ unius auxilio, ex fragmentis nauis inuentæ à morte defendi, aliquãdo pro gubernaculo, atq; remigijs, manibus tantũmodo ſuis uti, alios autem uideat turbidos fluctus multiformi atq; multiplici genere, cadauera ferre: Ita eſt qui militat Deo, cum ſe à tem- Naufragiũ è rupe conſpiciens. Militans Deo.

tempeſtatibus, atq; turbinibus uitæ iſtius ſepararit, conſiſtit in arduo ſemper ac tuto ſecurus loco. Quid enim celſius poteſt eſſe, quid tutius, quàm unam tantum nos ſolicitudinem gerere, quomodo Deo placere poßimus? Vidiſti naufragia huiuſmodi, pelagus, undasq; decliua, & excelſum illum huiuſcemodi pelago quære nauigantem, & excelſum locum occupa, à periculo captiuitatis immunem.

LIBRO II. DE *compunctione cordis.*

Puto non delinquat, ſi ſanctum iſtud N. quidam tali ſimilitudini cōparet, uerbi cauſa, flamma quædam immenſa uniuerſam replet terrā, & inde aſcendens, repletis omnibus, uſq; ad ipſa perueniret cœli faſtigia, ſed & inde ſuperans omnia, etiam illum qui ſupra cœlum eſt, aërem tranſcenderet, ſiue aër ille dicendus eſt, ſiue quid aliud, atq; ibi etiā illa quæ ibi ſunt, ſpacia compleret, nec illic quidem flamma hæc incrementa finiret, ſed aſcenderet adhuc uſque ad tertium cœlum, & omnia hæc uno eodemq; igne compleret, ita ut nec terræ ullum, nec cœli omnino cœlorum ſpacium relinqueret uacuum: Tales erant animæ ſanctorum prophetarum, quibus oculus erat interior illuminatus, unde uidentes dicti.

Flamma immenſa.

Animæ ſanctorū prophetarum.

LIBRO I. DE *compunctione cordis.*

Si in corpore parum aliquid morbi pulſauerit, ſtatim & medicos adhibemus, & pecuniam profundimus, & omni obſeruantia quod competit gerimus, nec prius ceſſatur, quàm quæ moleſta ſunt, mitigentur: Anima uerò cum quotidie uulneretur, & per ſingula lanietur, uratur, præcipitetur, & modis omnibus pereat, ne parua quidē pro ea nos cura ſolicitat.

Morbi corporis.

Animæ uulnera.

HOMILIA LXXX. *id eſt, ultima de pœnitentia.*

Sicut planta quidem nuper humi conſita, facile euelletur,

Planta recēs poſita.

tur, per multum uerò temporis radicibus firmata, non itidem. Et ut ædificium recenter fundatum à uexantibus facilè ſubuertitur, bene uerò firmatum, multa, diruere conantibus, præbet negocia. Et ut fera, quibus locus multum temporis eſt conuerſata, difficulter expellitur. Et ſicut febris ab initio aggreſſa, non magna ſiti laborantes exurit: poſtquàm autem inualuerit, & flammam extulerit, iam ſitim inducit immedicabilem: etiam ſi quis eis conceſſerit, ut potibus impleantur, non extinguit, ſed accendit fornacem. Sic & in uitioſo accidit affectu, ſi ſe circa primordium in animam noſtram inferentem non prohibuerimus, neque fores occluſerimus, ingreſſus iam inſanabilem morbum ſuſceptoribus infert. Aedificiũ. Fera. Febris. Vitioſus affectus mox arcendus.

De compunctione cordis LIB. I.

Vt qui phreneſin patiuntur, uel mente capti ſunt, à quibus cum multa turpia & periculoſa, uel dicantur, uel gerantur: nec pudoris tamen aliquid, nec pœnitudinis capiunt, quinimo & magnifici ſibi, & ſapientiores, ſanis uidentur & ſapientibus: Ita & illi, cum omnia quæ ſanitati ſunt contraria gerunt, nec hoc ipſum quod deeſt nobis, ſanitas, nouimus. Phrenetici. Mẽte capti

Sicut in corporibus, & in fiſtulis, niſi prius quis humorem influentem ſiſtat, & uulnus terentem, quotquot impoſuerit medicamenta, mali fonte nõ obſtructo, incaſſum omnia facit: Itidem & nos, niſi occaſionem, quaſi fontem mali, cauerimus. Fiſtulæ. Occaſio mali.

HOMILIA XXII. de nequitia depulſa.

Sicut qui carcerem habitant, capitis damnati, damnationem operientes & mortem, uel ſi delitijs abunde fruantur, uitam longe agunt moleſtiorem, & anxiam: Sic

Carnifici-na conſcientia. qui improba conſcientia moleſtantur.

SERMONE DE POENITENTIA.

Medici. Vt medici qui ægros à cibo & potu nociuo arcere cupiũt, licet illa promptam habeant uoluptatem, ante tamen perſuadent ineſſe illis, præter nocumenta multum inſuauitatis.

HOMILIA XVI. CVM PRINceps intraſſet eccleſiam.

Clauum rectiũ tenens. Nónne uides naucleros, ut inſaniente mari, nubibus trãſcurrentibus, fulminibus eliſis, omnibus in nauigio tumultuantibus, ad gubernacula ſedent ipſi, ſine trepidatione & metu, arti ſuæ uacantes, ut imminentem procellam repellant? hos

Sacra ancora ſpes. & tu imitare, & ſacram capiens anchoram in Deum ſpem, inconcuſſus permane & irreuolubilis.

Mercator. Sicut mercator non ſentit nauigationis laborem, lucrorũ

Pugil. ſpe releuatus, & pugil generoſe fert capitis uulnera, coronam reſpiciens: Ita & nos quoq; cœlum & ad cœleſtia intendentes bona, quæcunque inferantur grauia, generoſe cuncta

Spes futurorum. feremus bona, futurorum ſpe roborati.

HOMILIA XVIII. DE APOSTOli dicto, Gaudete in domino ſemper.

Scintilla. Sicut in mare decidens immenſum ſcintilla breuis, facile

Deum timens. deletur: Sic quantacunq; Deum timenti illidantur, uelut in uaſtũ lætitiæ pelagus incidentia, extinguuntur et perduntur.

HOMILIA XXV. de uia recta.

Sicut ſi breuem ſcintillam in magnum deieceris profundum, ſtatim extinxeris: Itidẽ et omnis triſtitiæ ſuperabundantia in bonam miſſa conſcientiam, extinguitur facile.

HOMILIA XL. DE pœnitentia.

Tanq̃ fluentum influens remiſsio, animam tollit (nam omnium perſecutionũ hoc grauiſsimum) & quod æſtas eſt & hyems, hoc eſt perſecutio & remiſsio. Vt autem uobis oſtendam quid remiſsio peior eſt perſecutione, audi. Somnũ enim infundit animæ, multum hiatum & teporem, undiq; uitia ſuſcitat: nam inuidiam, uoluptates, &c. Sed in perſecutione nihil horum uexare ſolet: ſed timor ingreſſus, tanquàm flagello quodam, latrantem canem acriter percutiens, has omnes peſtes ne clamare quidem permittit. Tunc eſt perſecutio, uitijs, tanquàm feris, nos urgentibus. Remiſsio. Perſecutio. Timor.

HOMILIA LXIIII.

Neq; ſi quis infirmum habens ſtomachum, amaram non admittat medicinam, ipſum curare ualentem, ſed potius atteratur, medicinam accuſabimus, ſed membri infirmitatem. Sicut & hic mentis facilitatem. Nam à tribulatione ſubuerſus, multò magis hoc à remiſsione pateretur. Nam ſi ligatus cadit (hoc eſt enim tribulatio) multò magis laſciue uiuens. Laborans è ſtomacho. Tribulatio.

Tribulatio eſt ſpiritualis mercatura. Sicut pecunias colligere uolentes, & hanc ſecularem exercentes mercaturam, non aliter propriam rem augere poſſent, niſi multa terræ mariſq; pericula ſuſtinerent: neceſſarium eſt enim latronum inſidias, piratarum incurſus ſufferre, & prorſus omnia, cum magna ſubeunt promptitudine, propter lucri expectationem, nullum capientes triſtium ſenſum: Eodem modo & nos diuitias hinc nobis confluentes, & ſpiritalem cogitantes mercaturam, gaudere decet & exultare, nec quæ uidentur, ſed quæ non uidentur, conſiderare. Spiritualis mercatura.

HOMILIA LXVI.

Aurum & ignis. Quod auro ignis, hoc animis tribulatio, ſordes abſtergens, faciens mundos, claros reddens ac ſplendidos.

HOMILIA LXVII.

Mœrẽtes. Mœrentium ſocietas, grauem triſtitiæ uehementiã auferre conſueuit. Onus. Sicut in onere, ſi quis ponderis partem ſuſceperit, ſoli ferenti ſarcinam leuauit: Sic in omnibus alijs.

HOMILIA X. de diuite & paupere.

Diabolus. Diabolus colluctatus diu, athletam uincere non potuit; ſuſcitat fluctus, & firmiſsimam petram mouere non potuit: Subiectio rhetorica. machinationes ſuas adhibuit, & turrẽ ualidiſsimam non proſtrauit: arborem concuſsit, & poma non decerpſit: & ramos quidem confregit, ſed radici nihil nocuit: parietem perforauit, ſed theſaurum auferre non potuit, theſaurum dico non auri & argenti, ſed fidem CHRISTI. Vidiſti petram firmiſsimam inter fluctus, militem præparatum, turrem inexpugnabilem. Athletam hunc dicam? ſed præcellit tantarum copia coronarum: petram nominem? ſed firmiorem uideo: militẽ appello? ſed robuſtiorem cerno conſtantiã: turrem eum nominabo? ſed eminet ſapientia: arborem eum dicam? ſed decorior inuenitur: fructum eum appellem? ſed ſpecioſior demonſtratur: theſaurum eum nominabo? ſed copioſior dinoſcitur.

CHRISTVS athleta, petra, miles, turris, arbor, theſaurus.

HOMILIA IIII.

Tumultus. Quemadmodum mari æſtuante, & multis procellis inſaniente, ad portum confugere timor omnes cogit: Sic & nunc fori procellæ, & ciuitatis hyems omnes undique in eccleſiam compellit.

Tentatio. Niſi tentatio, nec corona: niſi certamina, nec brauia, niſi ſtudia, nec honores: niſi tribulatio, nec remiſsio: niſi hyems, nec æſtas. Et hoc non in hominibus tantum, ſed in ſeminibus

quoq;

quoque ipſis intueri licet. In his enim multam quidem pluuiã, multam uerò nubium colliſionem, multam deniq; glaciem fieri oportet, ſi uernans ſpica exurgere debet. Vbi uerò ſementis tempus, tempus & pluuiæ. Poſtquàm igitur nunc ingruit hyems animarum, non aëris, ſeramus & nos in hac hyeme, ut in æſtate metamus. Semina. Hyems animarum.

Non ſic ſemina delatus hymber germinare & creſcere facit, ut pietatis ſemen excitat, & uernare facit ex lachrymis ruens hymber: hic animam detergit, irrigat mentem. Ideo profundum ſulcum proſcindere neceſſarium. Lachrymæ Hymber.

Quemadmodum aratrum immittens deorſum terram aperit, tutam ſeminibus cuſtodiam parans, ne iacta in ſuperficie remaneant, ſed tanquàm in ipſos terræ ſinus immittantur, & in tuto radices figant: Sic & nos facere neceſſarium, & tanquàm aratro, tribulatione utentes, cordis profundum ſcindere. Scindite corda ueſtra, ait Propheta. Corda igitur ſcindamus, ut ſi qua doloſa herba, & improba cogitatio nobis ineſt, radicitus eam euellamus, & puras pietatis ſeminibus terras exhibeamus. Niſi nunc renouemus nouale, niſi nunc ſeramus, cum adeſt tribulatio, quando unquàm in compunctionem ueniemus? Aratrum. Tribulatio

Cum agricola ſemina cum multo labore collecta ſeminauerit, ignarus quæ fiunt, omnia cernens admirabitur, forteq́; apud ſeipſum dicet, Quid hic homo tandem facit? Collecta diſsipat, ſed & terræ cum multa cura commiſcet, ne facile colligi poſsint: nec tantum commiſcet terræ, ſed & optat uehementer fieri pluuiam, ut proiecta omnia marceſcãt, & lutum fiant, & turbabitur cernens fulmina & coruſcationem deferri. Agricola uerò non ita: ſed lætatur, & gaudet hyemẽ cer- Agricola.

nens: non enim præſentia reſpicit, ſed futura: non ad fulmina ſpectat, ſed ad manipulos: non marcentia ſemina, ſed uernantes ſpicas: non grauem hymbrem, ſed iucundiſsimam areæ uentilationem, ex ipſa naſcentem fructum: Expectemus itidem & nos aream, & manipulos, non præſentem laborem & dolorem, ſed orientem ex ea fructum, mentis noſtræ penus ex eo implere poterimus. Et ſicut aurum, & ſi aquis immoretur, propriam præſtat ſpeciem, ſiue in conflatoriū ceciderit, ſplendidius rurſum apparet: Lutum autem & fœnum, ſiue aquis immiſceri accidat, hoc quidem marceſcit, illud uerò diſſoluitur, ſiue in ignem ceciderit, hoc quidem fugitur, illud autem comburitur: Sic certe iuſtus & peccator, ille quidem ſiue remiſsione fruatur, manet ſplendidus, ſicut aurum aquæ immerſum: ſiue in tentationem ceciderit, ſplendidior fit, ſicut aurum in igne: Peccator uerò ſiue remiſsione contriſtatur, diſſoluitur, marceſcit, ſicut fœnum & lutum aquæ immorans, ſiue tentationem ſuſtineat, comburitur, perditur, ſicut lutum & fœnum ab igne.

Aurum. Lutum. Fœnum. Iuſtus. Peccator.

Sicut in arboribus accidit, ſi quis fructum cum folijs auferat, & ramos omnes amputet, radice manente tota, cum maiori etiam ornatu arbor reſurgit: Sic quidem & in nobis, ſi pietatis radix permaneat, & ſi diuitiæ auferantur, & corpus corrumpatur, omnia rurſum nobis cum maiori gloria redeunt.

Arbores. Radices.

SERMONE DE CARNIS CONCVPISCENTIJS NON SECTANDIS.

Sonus uita. Somnus eſt uita præſens. Nam ut ſomno preſsi, pleraq; & ſuperuacanea, et fruſtra loquūtur, uidētq; perſæpe nihil ſani: Ita & nos deteriora ijs pleraq; ſperamus, ſiquidē q indecora & im-

et impia geſſerint, eadē q; obuerſari ſibi per uiſum conſpexerint: mox ſomno expergefacti, turpi et indecoro aſpectu liberentur à pœna, quā pro ſcelere meruiſſent, q. aliter nobis euenire ſolet, quibus ob ignauiā et ſecordiam, ignominia atq; ſupplicia perpetua ſunt. Itē et qui per quietē ſomniādo diteſcūt, ubi dies illuxit, inanes et diuitijs uacui arguuntur: captos uerò, dū uiuitur, inertiæ, ſomno plerūq;, necdū luce oborta, falli poſſe, compertū eſt, & ita ut breui corū inſomnia euaneſcant.

HOMILIA XXXVI. de uitijs & uirtutibus.

Si ſeruum habueris non ebrium, non contumacem, ſed ſobrium, modeſtum, omni flagitio uacuum, hic ſi domi quotidie ocioſus ſedeat, ſi, quorū à ſeruo uſus debetur, domino nihil efficiat, dic obſecro, nónne flagellabis eum? nónne tormētis afficies? Et tamen nihil flagitij commiſit. Satis eſt igitur mali hoc ipſum, nihil boni feciſſe: Sit nobis agricola quidam, nihil porrò peculij noſtri diſsipet, neque dolis, furtoúe ſurripiat, tantum ſuas manus compreſſas domi tenens ſedeat, ſemina non ſpargat, rura non ſcindat, uites non colat, & quod ad agriculturam pertineat, nihil prorſus efficiat, nónne ab eo ſupplicium ſumemus? Et tamen nihil intulit iniuriæ, nec habemus omnino, quid illum accuſare poſsimus. Sed hoc ipſum arbitramur iniuriam. Et noſtro quidem in corpore abſtineat capite manus, non linguam excīdat, non oculos eruat, non denique tale quicquàm mali faciat, ocioſa tamen fuerit, nec ſui quicquid eſt officij, toto corpori ſufficiat, nónne ipſam potius fuerit abſcindere, quàm nihil agentem & inutilem toto corpori manum circumferre? Quod autē os, ſi neq; manū abſumpſerit, neq; pectus momorderit: quæ uero ad ſe pertineant, prorſus omiſerit, nō'ne illud omnia obſignaſſe melius fue

Ocioſus ſeruus.

Ignauus.

Agricola.

Ocioſa manus.

Os.

rat? In his igitur, ſi non modo aliquid feciſſe mali, uerumetiã aliquid omiſiſſe boni, magna comprobatur iniuria: porrò diuinis in rebus idipſum multò magis appareat.

HOMILIA IX. in Geneſim.

Nauis. Sicut nauis quæ aquis impletur, ut exhauriri nequeat, ſtatim ſubmergitur: Ita & homo cum crapulæ & ebrietati ſeipſum exponit, in præceps uadit, et rationẽ ſuam ſubmergit.

Crapula. Ebrietas.

SERMONE XXX. de ieiunijs & geneſcos.

Ver. Iocundum quidem nautis eſt uer, iocundum quoq; agricolis, ſed neque nautis, neque agricolis ita iocundum eſt ueris tempus, ut his qui philoſophari uolunt, iocunda ſunt, ieiuniorum dies, ſpiritale animarum uer, & fidiſsima tranquillitas animorum. Nam agricolis uer ideo iocundũ eſt, quòd delectat aſpicere tunc depictam floribus terram, & uarijs frondibus uirgulta comantia: Nautis uerò acceptum eſt uer, quòd dorſum maris deductis nauibus, tuto licebit aſcendere, nec undarum pericula formidare. Nobis autem iocundum eſt ieiuniorum uer, quòd tunc non undarũ, ſed cogitationum, & concupiſcentiarum carnis fluctus ac turbines mitigauit, & coronæ nobis non florum, ſed ſpiritalium gratiarum parantur.

Agricola. Nauta. Ieiuniorũ dies.

Magiſtri literarum. Sicut apud magiſtros literarum fieri uidemus, quorũ alius puerulum de gremio matris acceptum, & ignarum omnium, atque incapacem malorum, primis tantummodo imbuit elementis, quem rurſus alius magiſter accipiens, perfectioribus inſtruit diſciplinis: Ita & Moyſes ignaram omnium rudẽ hominum naturam, & (ut ita dicam) nuper à lacte euulſam, prima diuinæ cognitionis edocet elementa: Ioannes autem & Paulus, uelut à Moyſe iã quæ prima ſunt imbutos homines, ad excelſiora & perfectiora deducunt, non ut quæq; prima

Moyſes. Ioannes. Paulus.

ſunt,

ſunt, deſtruentes, ſed tanquam fundamento competenter poſito, ſuperponentes totius ædificij celſa faſtigia. Vidiſti utriuſque teſtamenti ſtructuram, unius lineæ modulatorem directum. Vidiſti totius ædificij conſonam quadraturam.

HOMILIA XXXVI. de uitijs & uirtutibus.

Vt enim cum febreſcit puer, grabato aſſidens filio mater, querebunda uoce ſæpius imprecatur, Vtinam hoc mihi daretur poſſe, me tuam fili ſuſcipere febrem, & hanc omnem in me haurire flãmam: Sic etiam pro uobis utinam perduellis rem bene gerere poſſem. Maternus affectus.

Vt in theatris, qui per ſublatum funem ſcandere ac deſcendere exercent, ſi parum aliquid oculorum acies errarit, præcipites continuo ruunt: Ita qui ſpiritualem graſſantur uiam, ſi breue ſegnitiæ tempus conceſſerit, per anfractus quoſdam proni ſæpe truduntur. Et func illo quidem hic limes anguſtior eſt, erectus magis et arduus, multoq; celſior, cuius ad apicem terminatur cœlum. Scænobatæ. Spirituale̅ uiam graſſantes.

Sicut in cythara non unius tantum fidis melodiam excitaſſe ſatis eſt, ſed omnes pari quodam numero percurrẽdæ: Sic in uirtute animi, nõ una tantum lex nobis ad ſalutem ſufficit, ſed omnes æque diligenter obſeruandæ ſunt. Cythara. Omnes leges diligenter obſeruãdæ ſunt.

HOMILIA LV.

Sicut domum pulchram, cum aër appropinquauerit, ſplẽdidam oſtendit: Itidem & aſpectum ſpetioſum, hilaritas animæ meliorẽ exhibet, ſi uerò in triſtitia, deformior redditur.

HOMILIA XV. de poſterioribus.

In medio laqueorum ambulas, qua de cauſa tot laqueis ne deorſum uolemus, ſed ſuperiora quæramus. Etenim uolatilia donec in altum aëra ſecant, non facile capiuntur. Ita tu, do- Volatilia.

nec ad ſuperiora reſpexeris, nec laqueo, nec ullis alijs facilè capieris inſidijs. Venator eſt diabolus, fias igitur illius calamis ſublimior. In altum aſcendens, non amplius ullam rerum humanarũ admirabitur, ſed ſicut poſtq̃ in montiũ verticẽ aſcenderimus, parua nobis, & urbs, & mœnia eſſe uidentur, & formicarũ more, nobis uiri ſuper terrã ire uidentur: Sic poſtquam ſupra celſam prophetiæ cogitationem aſcenderis, nihil te terrenorum percellere poterit, ſed parua uidebuntur omnia, & diuitiæ, gloria, potentia, honor, & ſi quid aliud huiuſmodi. Illud cõtinuo ratiocinemur. Sicut auiculæ laqueo captæ utilitas nulla, ſed fruſtra & incaſſum alas concutit: Ita tibi nulla rationum utilitas, ſi ab improba penitus cupiditate captus ſis, ſed quantumcunque reſilieris, captus es. Ideo alæ ſunt auiculis, ut fugiãt laqueos, propterea ratiocinationes hominibus, ut peccata fugiant. Quam igitur ueniam habebimus? quam uerò defenſionem: cum brutis ſimus dementiores? Auicula nanque ſemel capta, laqueo mox elapſa, & ceruus in rete decidens & effugiens: iiſdem iterum difficile capientur: nam cuiq; fit experientia, cautelæ magiſtra. Nos ſæpius eiſdem capti, in eadem cadimus.

Diabolus uenator.

Prophetiæ cognitio.

Auicula laqueo irretita.

Cupiditas.

HOMILIA VI.

Cæſtus.

Sicut cæſtibus pugnans, ſtudio exire feſtinat, ut uulneribus liberetur, & luctator ſpectatores exurgere concupiſcit, ut laboribus abſoluatur: Sic in rigida & aſpera uita cum uirtute uiuens finem deſiderat, ut præſentibus eripiatur laboribus, & pro repoſitis ualeat coronis confidere, ad tranquillum nauigans portũ, & in illo tranſmigrans, ubi non eſt amplius timendum naufragiũ. Ideò Deus laborioſam naturaliter uitam noſtrã & grauẽ inſtituit, ut præſenti tribulatiõe cõpulſi, futura

Laborioſa uita.

futurorum deſideriũ capiamus. Si enim nũc cũ ſint tot triſtia, pericula, timores et curæ nos undiq; circũeuntes, tã libenter præſenti immoramur uitæ, ſi nihil horũ eſſet, & abſq; triſtitia & ærũnis omnibus tota foret uita noſtra, quando unquã futura deſideraremus? Futurorũ deſideriũ.

HOMIL. I. in Pſal. I. in Procœmio.

Pictores imitantur arte naturam, & colores coloribus permiſcentes, uiſibiles corporũ depingũt imagines, & faciũt homines, & animalia, & arbores, & reges, & ruſticos, & barbaros, & pugnas, & rixas, torrẽtes ſanguinũ, & lanceas, & loricas, & ſcuta, & ſedẽ regalem, & imperatorẽ ſedentẽ, & barbarũ, & ſubditum, & gladiũ acutũ, & fluuios decurrentes, & cãpos uarijs floribus adornatos, & omnia quæ uidentur per artẽ imitantes, mirabilẽ hiſtoriã uidentibus præſtant: Sic & Prophetæ uelut quidã pictores ſunt uirtutis ac militiæ: deſcribunt enim & illi peccatorẽ, iuſtũ pœnitentem, ſtantem, cadentẽ, ſurgentẽ, titubantẽ. Et ſicut faciũt peccatores occidẽtes et occiſos, ſic & Prophetæ faciũt aliquãdo quidẽ inſurgẽtia peccata, aliquãdo etiã alliſa. Sicut habẽt imagines ſubſcriptiõis deorſum fixas minij colore, in quibus ſcriptũ eſt, qui rex, quod prælium uicerit: Ita in Pſalmis deſuper titulus fixus eſt, quæ cauſa ſit, quæ ſic doctrina, & quapropter Pſalmus ſit dictus. Pictores. Prophetæ. Titulus Pſalmorũ.

SERMONE *de fide & lege.*

Vt lanas, quæ ſubinde in tincturas immergũtur, ut crebra tinctio profundius operationẽ recipere facit. Ita opus eſt ut animæ noſtræ cõtinuo in diuinos ſermones intingantur, ut abluamur quidem à ueteri opprobrio, induamur autem nouam pulchritudinem. Lanæ cum intinguntur, nomen naturæ ſuæ amittunt, non ultra uocatur lana, ſed purpura, praſinum, coccinum, uel ſimile aliquid. Si tinctio naturæ nomen transformat, cur Dei natura non hominẽ? ut is qui pulueris imaginẽ Lanæ.

portauit, poſt tinctionem fulgidam portat & cœleſtem.

SERMONE de humilitate.

Lampades

Ne fiat quod in lampadibus, in quarum ampullas ſi paru͂ inſtillaueris olei, ſatis alime͂ti habet ignis, ſin iuſto largius in fuderis, etiam quæ in ea eſt flammã extingues, nõ igitur uos obruam multitudine dictorum.

Obruens auditores.

HOMILIA I. in Pſalmum L.

Formoſitas

Si uideris uirum aut mulierem ſpecioſam, ne admireris. Nam & robore arbores, cum denſæ ſint folijs, & altitudine excelſæ: attamen non habent fructum hominibus aptum: ſed porcis afferunt cibum. Vinea autem per terram repens, maturum uuarum affert fructum. Quid ergo? uis uineam habere an arborem? puto te uineam eligere magis quæ lætitia eſt, ad hominum uſus, quàm arborem animalium eſcam. Quid ape uilius eſt? quid pauone pulchrius? quid formica ſapie͂tius? Et apis quidem dulcedinem in ſe habet & aculeum, pauo uerò ſolummodo in pennis eſt, non in fructu decorus: formica uerò contemptibilis hominibus, ſed magiſtra uirtutum eſt.

Arbores.

Vinea.

Grauiter ægrotans.

Sicut cum quidam graui ægritudine uexatur, & multis indiget medicaminibus, & attenuatus eſt ſumptibus, ſi introierit medicus, & dixerit ad ægrotum, plures ſpecies ad confectionem medicaminis neceſſariæ ſunt, reſpondeat uerò ægrotus, non habeo, unde tantas ſpecies emam, paupertate detineor, dicat ad eum medicus, Illam & illam da mihi ſpecie͂ tantum, cætera de meo præſtabo: Sic & Deus dicit, da mihi confeſſionem tuam, lachrymas tuas pœnitentiæ: cætera aute͂ pro hoc, miſericordia mea præſtabo. Ideo rogat Dauid: Dele, laua me ab iniquitate mea.

Confeſſio. Lachrymæ

HOMILIA XVII. de recipiendo Seueriano.

Sicut

Sicut capiti corpus cohærere neceſſarium: Ita Eccleſiam ſacerdoti, & principi populum, utq; uirgulta radicibus, & fontibus riuuli: Ita & filij patri, & magiſtro diſcipuli. *Eccleſia.*

HOMILIA XIX. ad Eutropium.

Omnia uanitas, omnia repente ſpiritus flatu, tanquam folia cuncta decuſſa ſunt, & arbor nuda derelicta eſt, & non ſolum nuda, ſed ab ipſis conuulſa radicibus. Omnia nox ſunt, & ſomniũ, & die exorto nuſq̃ comparuerunt. Vmbra erat, & pertrãſijt. Fumus fuit, & diſſolutus eſt. Bullæ aquarũ fuerunt, & diſruptæ ſunt. Araneæ telæ erant, & diſciſſæ ſunt. *Omnia uanitas.*

HOMILIA XXI.

Nõ eſt pernicioſum in prælio uulnerari, ſed poſt uulnus acceptũ deſperatione curandi medelã ulceri denegare. Nullus ſe demergit naue fluctibus ſemel merſa, ac totũ onus perditũ deſijt nauigare, ſed rurſus ad maria, nudusq; feſtinat, rurſus immẽſa peruolat freta, & iterato felicius curſu, caſus prioris dãna cõpenſat. Sæpe & iam athletas uidemus poſt frequentes lapſus, et detractiones plurimas coronari. Militẽ quoq; ſcimus poſt fugas multas, uirũ fortem fuiße, & uiciſſe uictores. *Vulnerari.* *Naufragi.* *Athletæ.* *Milites.*

Non eſt theatralibus ſcenis præſens uita dißimilis. Nam ut illic, ille imperatoris, ille iudicis, alter militis implet officium, ubi autem nox cõſecuta fuerit, nec imperator agnoſcitur imperator, nec iudex qui fuerat iudex uidetur, nec miles qui fuit miles: Ita unuſquiſq; noſtrum in illius ſeculi die, non perſonis, ſed rebus, atq; actibus competentem accipiet dignitatem, hanc dignitatem ſcriptura uocat florem. *Theatricæ ſcenæ.* *Præſens uita.* *Dignitas.*

HOMIL. *de ſancto & adorãdo ſpiritu.* *Spiritus ſanctus.*

Da mihi nauim uacuam, gubernatorem, nautas, funes, anchoras, omnia diſpoſita, & nuſquam eſſe ſpiritum uenti, nonne

tardat

tardat omnis quãtuſcunq; eſt apparatus, ſi deſit operatio ſpiritus? Ita fieri ſolet, licet ſit ſermonis ampla ſupellex, & mẽs profunda, & eloquentia, & intelligentia, & non aſſit ſpiritus ſanctus, qui uim ſuppeditet, ocioſa ſunt omnia.

Durum eſt contra ſtimulum calcitrare, quia non ſtimulũ retũdes, ſed pedes recalcitrans lædis uulneribus. Neq; fluxus qui ſaxo illidũtur amplius aliquid proficient, q̃ ut ſemetipſos fracti diſſoluãt, & in ſpumas extenuati deperẽãt. Qui iuſtũ hominẽ impugnare uelit, tale eſt, ac ſi cœlo bellũ meditetur.

HOMILIA XII. de muliere Cananea.

Sicut pluuia in terrã deſcendens eleuat ſemina: Sic & tribulatio animam intrans auget deſiderium. Sicut aurũ in camino non læditur: Ita nec ſtabili animæ tribulatio nocebit. Quid operatur caminus? aurum mũdat. Quid operatur tribulatio? tolerantiam, ampliorem coronam. Vbi ſunt qui nos tribulant? Folia erant, & uento flante diſperſa ſunt. Paleæ erant, & aſpirante aura, raptæ ſunt, & purum remanſit triticum, fundamentum ſtat ſupra petram.

Tribulatio

DE patientia Iob ad quandam uirginem.

Vt in certamine athletam, ſudore, calore, frigore, puluere, multo labore, periclis luctari oportet: Sic & iuſtum in hac militia plurima pati, & omnia ſtrennue ferre decet, ſi ſplendidam utiq; palmam accipere debeat. Si corpus ita maxime laudamus, ſi frigus, calorẽ, famẽ, ſitim, & cæteros labores haud grauatim ferat, multò magis laudãda anima, quæ poſſit omnes impetus malorum fortiter ac ſtrennue pati.

Athleta. Militia Chriſtiana Palma. Corpus. Anima.

HOMILIA LXVII.

Quemadmodum qui putres, & ruinam minantes parietes albo tectorio linunt, non tamen eos poſſunt erigere: Ita et menda-

Mendaces facile deprehenduntur, & omnis error ita imbecillis eſt, quamuis extrinſecus callide fucetur. Mendaces. Error.

Si ſeruus alicuius ueſtrum qui iſta proponitis perſuadeatur, quælibet in uos patrauerint, ſiue illi iugũ dominatiõis excutiãt, ſiue corpora ipſorũ dominorũ effrenata ferantur audacia, ſiue aſportent omnia, ſiue ſingula moueant loco, & uniuerſa cõfundant, & deteriora etiã hoſtibus faciãt, illi non intentabũt minas, nec cruciatus admouebũt, nec digna plectẽt pœna? Num iſta bonitatis eſſe uideãtur? atq; ego ſummæ immanitatis eſſe mõſtrabo. vidéſne ut pœnas repetere id tandẽ clementiæ plerunq; ſit opus? quãto magis id in Deo erit, qua ſi rationem factorum exigent, omnes res humanas magna cõfuſio inuolueret, euaderent homines peiores feris. Pœnas repetens.

HOMIL. XLIIII. de liuore & inuidia.

Sicut furẽtes ſæpenumero gladios in ſe cõuertunt: Itidẽ & inuidi, ſolã inuiſi perniciem intuentes, propriã negligunt ſalutem: Hi feris quoq; peiores. Nam illæ quidẽ eſcæ indigẽtes, uel priusq̃ à nobis irritentur, aduerſum nos armantur: Hi uerò beneficijs frequenter allecti, benemeritos maleficijs proſecuti ſunt. Hi quidem peiores feris, dæmonibus autem pares, fortè uerò peiores iſtis. Hi nanq; contra nos bellum exercent impacatum, conſortibus autem generis non inſidiantur: Hi uerò neq; naturæ cõmunionem reueriti ſunt, neq; ſibi peperrerunt: nam neq; inuiſas animas ſuas pœnis afficiunt. Furentes. Inuidi feris peiores

HOMILIA LII.

Si quis contumeliã inferat nobis, lugemus, contrahimur, ſi quid deripiat, idem patimur illorum more paruulorum infantũ, quos aſtutiores coëtanij pro nihilo iritant, ſed ex minis cõtriſtãtes occiſionibus. Veruntamẽ & illos, ſi ægre ferre uiderint, Infantes iritati.

uiderint, mordere pergunt, ſi uero ridentes obſiſtunt. At nos & his ſtolidiores ſumus: pro quibus oportebat ridere, pro his lamentamur. Supplicio puerilẽ hic ſententiam omittẽtes, cœlos petamus: uiros enim perfectos uult nos eſſe Chriſtus.

HOMILIA XXIX. De diuerſis.

Ferrũ ignitum. Iracundus

Neq; ferrum ignitum, & aquæ immerſum tam cito calorem amitteret, q̃ in longanimam mentẽ incidens iracundus.

Sicut ſi in forum ingrediantur aues canoræ, nugæ eſſe uidentur: Ita quidem & monita noſtra iracundas animas incidentia.

Iraſcens & manſuetus

Sicut dies clara & ſerena, & hyems multæ plena triſtitiæ: Itidem & iraſcentis animus, & manſueti.

Dũ tẽpus eſt, equũ cohibeamus, ne ſeſſorem ſubuertamus, iræ amputemus alas, nec amplius in altum extolletur.

Metallorũ excoctores Gemmæ.

Sicut metallorum terrã excoquentes, poſtq̃ in caminũ inie cerint, non tantũ auri maſſas tollũt, ſed & paruas bracteolas multa cũ ſedulitate colligũt: Ita & nos aurũ Apoſtolicis hauſtum metallis excoquimus, non in fornacẽ iacientes, ſed in animæ noſtræ cogitationẽ immittentes, nõ flammã accendẽtes, ſed ignẽ ſpiritus excitantes, & paruas micas cum diligentia colligimus. Si etenim breue uerbũ, ſed multa uirtus. Quia gẽmæ non in corporis tumore, ſed naturæ pulchritudine precium habent: Sic & diuinarum ſcripturarum lectio.

HOMILIA II.

Nubes. Triſtitiæ nebula.

Sicut nubes quædam condenſata, & ſub ſolarem radium currens, omnem retrorſum ſplendorem auertit: Sic & triſtitiæ nebula, cum ante animũ noſtrum ſteterit, non ſinit facilẽ eſſe orationis curſum, ſed ſuffocat, & cũ multa neceſſitate intus reprimit. Sed cogito quod nõ ſolum nebulæ natura, radij in ante-

in anteriora proceſſum impedit,ſed & contrarium ipſa ſæpe patitur:nam cũ ſol calidior continuè illapſus nubẽ cõtriuerit, medium ipſius ſæpe diſſipauit,& totus ſimul elucens, ſplendidius cernentium obtutibus incidit. Hoc ipſum & mihi futurũ ſpero ſermone in animis ueſtris continue uerſante,et amplius immorante,fractam iri ſpero triſtitiæ nebulam, & mentem ueſtram ſolita rurſum doctrina micaturam.

HOMILIA III.

Quemadmodum qui in bello regia ſigna circumferunt, magnis indigent uiribus,maximaq́; peritia,uti ne id hoſtib. prodant:Ita & qui Chriſti nomẽ portant, non in bello ſolũ, uerumetiã in pace,ſummis uiribus indigent, ne id maledicis linguis exponãt,ſed id ſtrẽnue ferãt,uexillo crucis armati.In gẽti enĩ profecto opus eſt robore,ut quis digne portet Chriſti nomẽ. Nã qui indignũ aliquid,uel dixerit,uel fecerit, aut etiã cogitauerit,Chriſti nomen non legitime portat,neq; habet in ſemetipſo Chriſtum.Porrò qui id portat, is triũphat, non in foro,ſed in cœlis,eiq́; aſtant angeli laudantes. *Regia ſigna.* *Chriſti nomen portans.*

HOMILIA X.

Quemadmodum nemo obſcurum diceret ſolem,ne ſi cæcus quidẽ fuerit,erubeſcit quippe opinionibus omniũ aduerſari:Ita & eum qui nimio decore fuerit conſpicuus,atq; morũ honeſtate illuſtris,nullus profecto culpare præſumit. *Inſignite cõſpicuus.*

HOMILIA XI.

Sicut cũ uideris pueros,cõſtituto inter ſe principe ludere,riſum tenere non potes:Ita & facito cũ uideris homines in terrenis delectari.Imò hoc longe gratius, quippe hoc à puerili ætate magna cũ ſimplicitate, & innocentia geritur,ſed illi ridiculi. *Pueri.* *Terrenis ſe oblectãs.*

HOMILIA III.

T Bonarum

Optima puerorum institutio. Bonarũ artiũ præceptores, cũ pueros doctrinæ rudimentis accipiũt imbuẽdos, nõ grauiori primũ lectiõis onere, eorũ mẽtes implicãt, ſed breuibus & ijſdẽ ſæpenumero repetitis præceptis, paulatim eos aſſuefaciunt, quo fit, ut eorũ animis facile doctrina imprimatur, neq; ab ipſo eruditionis principio ad lectionum multitudinem capeſſendam memoria nimium laborante perterriti, ad colligenda præcepta ſegniores reddãtur, & doctrinæ difficultate torpeſcãt: hunc & morẽ nos ſecuti, ut uos labore leuemus, paulatim hoc diuinũ pabulum diſtribuamus, ueſtriſq; inſtillemus pectoribus.

Ignis. Vt ignis in materia deliteſcens, & ſi nondũ flammã clarã emittat, ſcintillis tamen quibuſdã micãtibus, aut fumo è profundo emergenti indicatur: ſicut fontes qui fiſtulas quaſdã ui ſpiritus ſub terra ferũt, poſtea nec latũ ſpatiũ, nec exitũ habent liberũ, ſæpius terrã inflãt, impetu quodã ſpiritus expulſi, ſed ui ſuperna cohibiti & interciſi: Ita & plurimũ impietatis ob tẽporis gratiã abſcondit peccator, cũ nondũ tutũ ſit impie agere. (Peccator.)

HOMILIA V.

Multa nõ propter ſe fiunt, ſed propter cuenietia ex ipſis. Seminans nõ propter hoc ſeminat, ut tantũ ſeminet, ſed ut et metat, quòd niſi hoc fieret, & damnũ ſemẽtis pateretur, ſeminibus temere & incaſſum marceſactis. Mercator nõ propter hoc nauigat, ut tantũ nauiget, ſed ut peregrinatione, maiorẽ faciat rẽ, quod niſi adſit, & dãnum accidet extremũ, & dãnoſa mercatorũ peregrinatio. Hoc quidẽ & in nobis ipſis ratiocinemur. Nos in Eccleſiã cõuenimus, nõ propter hoc ipſum ſolũ, ut hic immoremur, ſed ut aliqd magnũ lucrati & ſpirituale lucrũ diſcedamus. Si in pecunijs, quãtò quis plures cõparauerit, tanto plures cupit: multò magis in officijs ſpiritualibus

(Margin: Seminans. Mercator. Eccleſiæ lucrum.)

hoc

hoc contingere uideas.

HOMILIA VI. de auaritia.

Veſana diuitiarũ cupiditas eſt morbus inſanabilis, fornax quæ nuſq̃ extinguitur, tyrãnis per orbẽ lõge diffuſa. Diuitiæ ingratæ ſunt, fugitiuæ, homicidæ, crudeles & implacabiles, beſtiæ incicurabiles, præcipitiũ undiquaq; præruptũ, ſcopulis aßiduis plenus fluctib. mare innumeris uẽtis agitatũ, tyrãni acerbe imperantes, nunc quouis barbaro ſæuiores, inimicæ irreconciliabiles, hoſtes implacabiles, quæq; nunquam erga eos à quibus poßidentur, remittunt ſimultatem. Cupiditas.

Sicut beſtia fiet ſæua, more leonum, more pardorum, more urſorum, qui dũ includuntur, cohercenturq́; in tenebris, erigunt animos, acuuntq́; iras: Itidem & diuitiæ dum includũtur & defodiũtur, acrius rugiunt q̃ leones, perturbantq́; omnia. Quòd ſi eas è tenebris eduxeris, & in egenorum uentres diſſemines, ex feris beſtijs fiunt oues, quæ fuerant inſidioſæ duces, pro ſcopulis fient portus, pro naufragio tranquillitas. Quandoquidẽ & hoc in nauigijs uidere licet, ſi quando onus eſt iuſto grauius, demergitq́; cymbã, rurſum cũ eſt moderatũ, proſpero fertur curſu. Idẽuſu uenit in noſtris ædib. Quũ ultra quàm uſus poſtulat congeris pecunias, exigui uẽti procella & quouis rerũ inexpectatarum incurſus demergit cymbã: at ſi tãtum reponas, quantũ poſtulat neceßitas, etiã ſi uehemẽs turbo ingruat, facile percurris undas, ne totũ amittas: noli quæ ſuperãt uſum cõgregare, ne perdas etiã neceſſaria.

HOMILIA IIII.

Sicut cytharœdus neq; neruum intendit ut non abrũpat, neq; remittit ultra modum, ne harmoniæ concentum lædat: Sic & Deus agit, neque in remißione continua, nec in longa tribulatione, noſtram conſtituit animam, ſecundum ſuam Cytharœdus.

Remiſsio. prudentiã,utrunq; faciens,non ſinit nos cõtinua potiri remiſ
ſione,ne ſegniores fiamus,nec rurſum in cõtinua tribulatione
ſinit eſſe,ne cõcidamus, ne deſperemus. Neq; ſemper hyẽs,ne
que ſemper æſtas,neq; ſemper procella, neq; ſemper trãquil
Tribulatio litas,nõ ſemper nox,nec ſemper dies: Sic neq; ſemper tribula
tio,ſed erit tribulatio. HOMILIA VI.

Piſcatores Piſcatores cũ ſæpe tota die fruſtra iactauerint retia,non
tamen deſiſtunt, neq; deſperant: multò magis nos id facere
conuenit.

Imperitus agricola. Sicut ſi imperitus agricola ubi plantauit uitem,primo illo
anno diligenter curet & fodit,ſecundo uerò ac tertio,fructũ
ſe percepturũ ſperet,idq; niſi obuenerit,deſperans,quarto iã
anno,quo laborũ ſuorũ præmia percipere poterat,curã uitis
Deſperatio. omittat: Ita interdũ is,cui perſiſtẽdo perſuadere poteramus,
deſperatione noſtra prorſus eligitur. HOMIL. VIII.

Sicuti qui omnes fluuij partes æque tranſire uult,hic ma-
xime fluminum proprietates ignorat,& ſæpe dũ nimis præ
ſumit ſecreta penetrare,omiſsis planioribus locis,perit teme
Temeritas ritate ſua: Ita & in Deo qui ſcire omnia uult,& cuncta im-
proba temeritate rimari, hic qui ſit Deus, ignorat. Quem
admodum igitur in fluminibus maior pars tuta eſt, paucíq;
ſunt fluctus atq; profunda: Ita in Deo pars maior occulta
eſt,neq; inueſtigari poſſunt opera ipſius. Quid ergo teipſum
præcipitare moliris? HOMILIA VII.

Ignis. Sicut ignis in diuerſas plerunq; materies incidẽs augetur
magis,et ex ſubiecta ſibi ſubſtantia, incrementa ſortitur: Sic
& lingua Pauli quibuſcunq; fuiſſet admota,ad ſeipſum conti
nuo transferebat. HOMILIA VIII.

Sol. Sæpe fulgido cœli globo delectatus oculus ad ſpectaculũ

oppoſiti

oppoſiti è regiõe luminis ſeſe uiolẽter intẽdit. Et licet ſentiat aciẽ ſuã imparẽ radiorũ eſſe certamini, deſiderio illius tamẽ pulcherrimi luminis intuendi libenter inacceſsibili radiantis orbis reluctatur choruſco. Tale quippiã ego ipſe perpetior, qui cũ uideã propriæ mentis oculos, ex radijs Apoſtolici ſplẽdoris hebetari cupio, tamẽ Pauli animã miro fulgore uirtutũ rutilantem, uelut eminus intueri, & contra importabiles ſolis micatus contentioſa ſubire certamina. Sol enim eſt Paulus. Micatus.

HOMILIA VII.

Si quis uulnus habeat, quid timere dignum eſt, ſaniem an medici ſectionem? ferrum an ulceris depopulationem? Peccatum ſanies eſt, pœna ferrum eſt medicinale. Sicut igitur saniẽ habens, & ſi non ſecetur, male habet, & ergo non ſecatur, tunc peius habet, in maioribus malis eſt: Ita peccans & ſi nõ puniatur, omniũ miſerrimus, & tũc maxime miſer, cũ non punitur, & graue nil patitur. Et ſicut ſplene & intercute laborãtes, cum larga fruũtur menſa, & frigida potione, & delicatis ferculis & ſaporibus, tunc maxime omnium ſunt miſerrimi, delitijs morbum augentes. Si uero ſiti & fame, ſecundum medicorũ leges crucientur, aliquã ſalutis ſpem habent: Sic in iniquitate uiuentes, ſi puniantur quidem, bonã ſpem habent, ſi uerò cũ iniquitate, licentia & delitijs fruantur, & hydrope laborantibus, & crapulantibus ſunt multò miſeriores, & tantò magis, quantò corpore melior anima. Peccatum Sanies. Peccator impunitus Splene & intercute laborantes

HOMILIA VII. de triſtitia.

Patres omnium maxime filios amant, & menſa prohibẽt, & flagella infligunt, & afficiunt ignominia, & alijs infinitis talibus laſciuientes pueros corrigunt. Sed tamẽ patres ſunt, non tantum dum honorant, ſed dum hoc faciunt, ut tunc ma- Patres filiorum amantiſs.

xime patres ſunt, cũ hæc faciũt. Si autẽ & homines, qui furore & ira ſæpe ab utili declinant, non crudelitate, ſed cura & charitate, quos amant, punire putantur, multò magis de Deo ſic ſentire oportet, omnem excedente paternam charitatem, propriæ bonitatis cumulo.

HOMILIA IX.

Colonus. Nauta. *Sicut colonus nihil curat præter ſemina & ſegetes, & nauta undas, & portus: Sic & dicens audiẽtes, et illorũ profectũ.*

Materna pietas. *Sicut pia mater menſam apponens, nõ omnibus filijs præſentibus dolet & gemit: hoc & ego nunc patior, & fratrum noſtrorũ abſentiã cogitans, à ſolutiõe retrahor promiſſorũ.*

HOMILIA XVI.

Aquantes. *Aquantes non tantum apud fontem habent uaſa repleta, domũ autem abeuntes euacuant, ſed illic ipſa maxime cũ cautela reponunt, ne ſubuertantur, & labor fiat inanis: Hoc etiam & nos imitemur, & domum profecti, dicta cum ſtudio ſeruemus: Itaq; ſi hic maneatis ſatiati, domũ uerò redeatis inanes, uaſa mentis ueſtræ admonitione uacua referentes, nulla uobis ex hac repletione erit utilitas. Ne mihi in palæſtra demonſtres athletam, ſed in certamine, hoc eſt, non ut hic tantum philoſophemur, ſed ut pietatem hanc capientes extra ſeruemus, ubi maxime ipſius indigemus.*

Athleta.

CHRYSOST. *in illud Matth. Sit ſermo ueſter eſt, eſt, non non: quod autem abundantius eſt, à malo eſt.*

Nutrix. *Sicut merita nulla nutricis, quum omne officium ſuum impleuerit, et puerũ ad firmiorem mẽſuram ætatis perduxerit, inutilis iam uidetur, & parentes qui neceſſariam prius filio eius iudicabant mamillam, mille illã poſteà irriſionibus proſequuntur: pleriq; autem eam non ſolum uerbis horribilem,*

faciunt

faciunt, ſed etiã auris quibuſdam herbarum ſuccis oblinunt: ut cum ſermone nequiuerint importunum iam circa illam pueri deſiderium compeſcere, ipſis ſaltẽ illud rebus extinguant: Sic etiam CHRISTVS à malo legem eſſe dicit: non quòd à diabolo eſſet, ſed ut Iudæos ab antiqua uilitate reuocaret.

HOMILIA XVI.

Neq; uulnerato ſufficit ad ſalutem tantummodo ſpicula de corpore euellere, ſed etiam remedia adhibere uulneribus, delitijs ante, temulentia diffluebas, ieiunio, & aquæ potu utrunq; compenſa, &c. Remedia uulnerum. Ieiunia.

HOMILIA LXX.

Si quis aureis domum tuam uelit depenſis ornare, te uerò nudum in cilicijs ſedere cogeret, nõ æquo animo id ferre poſſes: nunc uerò non alius, ſed tu ipſe domiciliũ animæ tuæ (corpus dico) auro & gemmis exornas, animã uerò in turpitudine cilicij ſedentem negligis. Ignoras forſan ciuitatis principẽ magnifice ornari oportere, propterea ciuitati quidem tentoria, principi autem purpura & diadema contẽpta ſunt: pariter ergo etiam tu uiliora corpori tribue, mentem uerò atque animã ſtragula, atq; corona magnifice polias, & in ſublimi ſolio atq; ſplendido ſedere permitte: tu autem è contrario penitus facis. Nam urbe magnifice compta, animum, qui regnare debet, à paßionibus uictum trahi permittis, nec in mentem tibi uenit, non ad nuptias ſimpliciter, ſed ad Dei nuptias te uocatum fuiße. Non cogitas, quomodo hos inuitatam animam thalamos ingredi oporteat in deaurato ueſtitu, uarietate circundatam? Corpus ornans. Animã negligens. Nuptiæ dei.

HOMIL. LI.

Sicut in regali prætexta, illi flores & colores pretioſi ſunt Prætexta.

qui hanc conficiunt chlamydem: Itidem & hic illæ ſunt pretioſæ uirtutes, quæ charitatem contineant.

HOMILIA LV.

Aulæum. Cõſummatio. *Sicut in ſcena aulæo ſublato uarietates diſſoluũtur, & omnia choruſcante luce ſomnia auolãt: Ita nũc quoq; cõſummatione ueniente tam communi quàm uniuſcuiuſq;, omnia diſſoluuntur & euaneſcunt.*

HOMIL. LVII.

Vere iuſtus. Hypocrita. Meretrix. *Homo uerè iuſtus, ſimilis eſt pulchræ mulieri, nihil exteriorum indigenti, ſed naturalem habenti pulchritudinem: homo ficte iuſtus, hyppocrita, ſimilis eſt meretrici cuidam turpi atq; deformi, multos tamen habenti fucos, nec tamen turpitudinem obumbrare ualenti, ſed quantò quis propius acceſſerit, magis redargutioni obnoxiæ.*

HOMILIA X.

Metus paruulorum. Tribulatio. *Manſuetiores filiorũ parentes, cum paruulos ſuos uiderint à ſe quidem diſcedere, æqueuorum autem ſuorũ luſibus detineri, præcipiunt famulis terribilia multa ſimulare, ut exagitati etiam metu paruuli, ad maternum ſinum feſtinent confugere: Ita & Deus non modo ab alijs nos ſinit tribulari ſæpe, ſed nonnunq̃ etiã ipſe plagam minatur, non ut eam in nos inducat, ſed ut nos ad ſe potius adducat. Siquidem cũ ad eum fuerimus reuerſi, continuo diſſoluit timorem.*

HOMILIA XXIIII.

Margarita. *Sicut calcata brutorum pedibus margarita, nõ ideo quia uilis eſt conculcatur, ſed quia in porcorum incidit uilitatem: ita iuſtus inter peccatores cõtemnitur: diſrumpant nos, &c.*

Quod ſi nautis minaces illi pelagi fluctus, ſi tempeſtates atq; hyemes agricolis, ſi uulnera cædesq; militibus, ſi grauiſſimi

ſimi illi ictus, plagæq́; pugilibus leues uidentur atq; tolerabiles, propter ſpem temporalium, ac pereuntiũ commodorum: multò magis cum cœlum proponatur in præmio, & ineffabilia illa bona atque perpetua, nihil ex præſentibus his aduerſitatibus ſentietur.

HOMILIA XXIX.

Cum Deus bona promittens contemnitur, idem fit, quaſi rex ſuos quidem hæredes, filij uerò cohæredes, poſt alia quoque innumera beneficia, nos conſtituere uolet, contemnatur. Diabolus uero quaſi latronum princeps, qui nos parentesq́; noſtros, innumeris affecit incommodis, & infinitis plenus eſt malis, & noſtram confundit gloriam & ſalutem, uno tantum obulo prætento nobis adoretur, diabolus gehennam miniſtrat & honoratur. Deus contemptus. Diabolus.

HOMILIA XL.

Seruorum hos cenſebimus beneuolentiores, qui nullam ſupellectilem confuſe iacentem deſpiciãt. Dic mihi: Si domi uideris uas argenteum foris proiectum, licet non ſis deputatus, non in domũ feres? Si ueſtibus licet non ſis dominus, et domini inimicus tantũ beneuolentiæ nõ bene collocabis: Ita et nũc in proximis, qui uaſa domini ſunt, ſi uideris inordinate iacentes, cõpone, dic mihi: Sumus multitudo fœni, inordinatum mare. Serui bene uolẽtiores. Vaſa domini.

HOMILIA XX.

Diuerſæ ſunt ad uirtutem uiæ, ſiquidem & margaritæ inter ſe differunt plurimum, uel ſi omnes idem ſint nomẽ ſortitæ, tamen hæc fulgentior eſt & rotunda, illa uero haud parem habet decorem, ſed alium quendam & uarium. Quemadmodum coralium artificio quodam productas in longum lineas aliquando habet, circumciſosq́; angulos & expolitos, Diuerſæ uirtutũ uiæ Margaritæ Coralium.

coloremq́; à candido & ſi diuerſum, longè tamen delectabiliorem, uiridis etiam iniectus color, præter omnem uiriditatem iuuat. Item & flos quidam coniunctum habet cum innata fragrantia, & ſanguinis colorem, & iſtiuſmodi: alius autẽ qui glaucus fuerit, glaucitate ipſa mare uincit, alius erit etiã purpureo colore ſplendidior, & iſtiuſmodi alios pleroſq; uidemus inſuper & ſolis colores uarios eſſe, inuenire facile qs poterit? Sic & his ſimiles dici uiri ſancti poſſunt, quorũ nonnulli, propria quadam exercitatione & induſtria ſibi ipſis, plerique uerò eccleſiæ profuere.

Viri ſancti

Gemmæ. *Vt gemmæ non corporis tumore, ſed naturæ pulchritudine precium habent: Sic & diuinarum ſcripturarum lectio.*

Diuina ſcriptura.

Si quis ſitienti & ardenti præ ſiti fontem lympidum purum demonſtratum, ſed non ſolum non guſtare, ſed ne extremis quidem digitis attendere permittat, an quid eo cruciatu acerbius?

Aegrotantium mos. *Aegrotantiũ mos eſt ut perquirant quandã frigidam & parui temporis uoluptatem, unde prolixiorem ſibi cõciliant (pœnam.*

HOMILIA XXIX.

Solitudo. *Anima mitis hominis, ſolitudini cuidã eſt ſimilis, multam habẽti quietem. Irati mali hominis mens, cuidam foro & tumultui, medijsq́; ciuitatibus ubi multus euntiũ & redeuntium ſtrepitus, clamor animalium accedentiũ, aurem agaſonibus multo replentibus ſonitu, ne conculcentur, & ſimilis facta argentarijs, ærarijs utrinq; cudentibus, & his quidẽ moleſtiam patientibus, his autem inferentibus. At mitis mens cuidã montis uertici ſimilis eſt, auram quidem habenti tenuem, purum uerò radium, pura fontium fluenta, multaſq́; florum amœnitates,*

Forum. Tumultus.

Mitis & irati mens. Vertex mõtis.

tates,uernantiumq; pratorum,& hortorum plantis & floribus frondentium,et aquis uiridantium irriguis.Si quis autem & ſonus immurmuret,dulcem,& multam inſperget audientibus uoluptatem:uelut aues enim canoræ ſummis arborum inſident frondibus, & cicadæ ac philomelæ, & hyrundines, concentum quendam concorditer efficiunt muſicum:Vel zephyrus arborum folijs ſenſim aſpirans, pinos & piceas ſuſurrantes,& cygnos frequenter imitans,& roſæ,ac uiolæ,& flores ſe leuiter inclinantes, & uiridantes,quaſi mare cœruleum blande fluctuans, exhibent. Quinimo multas aliquis inuenire poteſt imagines. Nam cum in roſas reſpexerit, uiride ſe uidere putabit,cum uiolas,pontum fluctuantem:at cum lilia,cœlum. Eſt alia quædam uox,cum à uertice montis aqua per riuos ſponte defluens, & ſubiectis lapillis, quieto ſono, ſenſim immurmurat, & ita membra reſoluit per uoluptates,ut ſtatim laxatiuum oculis ſomnum ingerat,multò iucundior eſt mitis uiri anima.

TOMO IIII. HOMILIA XXII.

Sicut uinum dum bibitur,triſtitiam ſedat, & cor mutatur in lætitiam: Sic & ſpirituale uinum ſcripturarum dum bibitur,in lætitiam conuertit animam. *Vinum. Spirituale ſcripturarum uinũ.*

HOMILIA XXXIIII. de diuerſis.

Sicut in tẽpore hyemis inter uirides et aridas arbores diſcretio non eſt,cũ autẽ uenit tẽpus beatũ uernale,diſcernũtur: Ita tũc unuſquiſq; ſecundũ fidem ſuã et opera ſua manifeſtabitur,impijs quidẽ nulla proferẽtibus folia,nec fructũ:ſancti autẽ et fructu gloriæ ornabuntur,et folijs ueſtientur æternæ (uitæ. *Virides & aridæ arbores. Impij. Sancti.*

HOMILIA XXVIII.

Quid ſunt decem milia anni,cum ſecula cogitas infinita? *Secula.*

Nonne

Nonne quantum eſt ſtillicidium minimum abyſſo compara-
Thalamus. tū? Si in hac uita ſic clarus eſt thalamus ſponſi, ſic clara ſunt habitacula atq; feſtiua, ut nullus poßit intuens ſatiari, multò amplius ille thalamus, hoc eſt, cœlum, & qui in cœlo eſt ſponſi thalamus, melior extat.

HOMILIA XXXV.

Si quis te ſenio confectum, & uiuentē in paupertate, ſubito iuuenem ſe facturum promiſiſſet, et in ipſum ætatis florem reducturum, & ſuper omnes prævalidum & ſpecioſum redditurum eſſe, & regnum in mille daturum annos, regnum in-
Promißio. quàm, pacem firmißimam poßidēs, quid pro hac promißione non eligeres facere & pati? Ecce CHRISTVS non hæc, ſed his multò maiora promittit. Non enim quantum eſt ſenectutis & iuuentæ medium, tantum eſt corruptionis et incorruptionis interuallum, neq; quantum eſt regni & paupertatis, tantum eſt gloriæ præſentis & futuræ. Sed quantum ſomniorum & ueritatis. Quinimo nec adhuc quicq̃ dixi: Quomodo
Vita fine carens. enim præſentibus aliquis uitam comparet fine carentē? Pacis autem illius tantum eſt medium ad præſentem, quantū pacis & belli diſcrimen: & incorruptionis, quantū gleba lutea melior munda margarita. Imò uerò quantumcunq; quiſq; dixerit, nihil par exprimere poterit. Nam ſi ſolari lumini comparo futurorum pulchritudinem corporum, ſiue ſplendidißimo fulguri: nondum quicquàm illa claritate dignū dico? Propter hæc quæ pecuniæ, quæ corpora non ſunt impendenda? Imò quot animas, exponere dignum fuerit: Nunc uero ſi quis te in regiam aulam deduxit, & ut omnibus præſentibus regem alloquereris, effecit, & illi te reddidit commenſalem & conui-
Beatißimus. uam, omnium te dicis eſſe beatißimum. In cœlum autē aſcenſurus,

ſurus, & omniũ regi aſsiſtere, & parem angelis debens habere ſplendorem, & illa frui ineffabili gloria, dubitas an pecuniam erogare poterit? Cum opus eſſet, etiam ſi uita exuenda eſſet, geſtire, exultare, & præ uoluptate efferri.

HOMILIA XXXVI.

Sicut nauis fracto gubernaculo illuc ducitur, quò tempeſtas uoluerit: Sic homo diuinæ gratiæ auxilio perdito, per peccatum non quod uult, agit, ſed quod diabolus uult. Et ſi Deus ualida manu miſericordiæ ſuæ ſoluerit eam, uſque ad mortem in peccatorum ſuorum uinculis permanebit. Et ſicut in mundialibus regnis quomodo in primis quidem nemo poteſt facere ſeipſum regem, ſed populus creat ſibi regem, quem elegit, ſed cum ille rex fuerit factus, & confirmatus in regno, iam habet poteſtatam in hominibus, & non poteſt populus iugum eius de ceruice ſua repellere: Sic & homo priuſquàm peccet, liberum habet arbitrium, utrum uelit ſub regno eſſe diaboli an non: cum autem peccando ſe tradiderit ſub regnò ipſius, iam non poteſt de poteſtate eius exire, ſed ſic prima uoluntas eius in neceſsitatem conuertitur. Nam primum quidẽ in poteſtate populi eſt, facere regem ſibi, quem uult, factum autem de regno iam repellere non poteſt, ſi uoluntas poſt in neceſsitatem uertitur.

Tẽpeſtas. *Rex factus & confirmatus.* *Peccatum.*

HOMILIA XXX. DE IRA.

Sicut febre correptus, non tantũ hanc paſſus eſt moleſtiã, quòd infirmatus eſt: uerum & poſt morbum iam erit imbecillior, licet ad ualetudinem, ex longa redeat ægritudine: Sic quidẽ in peccato licet ualeamus, etiam multa indigemus fortitudine. Age mihi quempiam contumelioſum, licet contumeliæ pœnas non dederit, aliud tamen lugendum eſt, quòd anima eius

Febre correptus. *Contumelioſus.*

ma eius reddita ſit impudentior. Peccatorum enim quoque crimine patrato, & tranſacto, quoddam in anima noſtra uenenum reponitur. Non audis quoſdam dicentes, cum bene ualeant, nondum aquam audeo bibere? Atqui conualuit quidem, ſed morbus hoc intulit & detrimentum.

HOMILIA XXXIX.

Metalla fodiens.

Ignari ordinis diuinarum ſcripturarum.

Qui metalla fodere aggreditur, artis ignarus, auri uenas non inuenit, ſed confunditur, & laborem ſubit incaſſum: Ita qui diuinarum ſcripturarum ordinem non intelligunt, qui earum proprietates, qui leges non diſquirunt, ſed omnia ad uerborum ſonum accipiunt, aurum terræ confundentes, nunquàm reconditum in ijs theſaurum aſſequũtur. Hoc mihi in mentem uenit, quoniam propoſitus eſt nobis locus multi auri plenus, quod tamen nõ omnibus in promptu eſt, ſed arcana quadam obſcuritate obrutum. Quamobrem effodiendo, et diligenter pugnando, ad uerum ſenſum perueniendum eſt.

HOMILIA XXXVI.

Laus ſacræ ſcripturæ.

Omnium medicinarum theſaurus diuinæ ſcripturæ ſunt, & ſiue ſtultitiam exuere, ſiue affectus ſedare, ſiue pecuniarũ cupiditatem expellere, ſiue dolores contemnere, ſiue fortem animũ inducere, ſiue aduerſa æquo animo tolerare uelimus, quàmplurima hinc remedia inuenire poßimus.

HOMILIA LXVI.

Vt ancillæ uoluptas dominæ mœrenti nihil confert: Nec ueſtis magnifica debili corpori: Ita nec animæ quicquàm confert, licet corpus floreſcit, omnibus bonis fruens.

HOMILIA V.

Balneum.

Balneum egreſſus, publica conuenticula euitas, ne beneficiũ forte fomẽti negotia moleſtiora corrũpant: quãto magis

cum

cum ab eccleſiæ congregatione regrederis, oportet hoc facere, ne ignẽ deuotionis, quẽ ſermo in uobis prædicationis accẽderat, extinguãt peſtifera colloquia, & conuerſatio uitioſorũ (hominum. Peſtilentia colloquia.

HOMILIA XLVIII.

Si quis rex, uel regis filius profectus, & bellis innumerabilibus expeditis, admirationi habitus, & uniuerſum habens exercitum, aliquam oſtenderet ciuitatem curru cum trophæis, cum innumeris ordinibus, cum aureis clypeis, circa ſe miniſtris occurrentibus, & coronata tota ciuitas eſſet, & omnes orbis principes, cum eo, & ipſum autem omnis alienigenarum gentium captiuarum ætas ſequeretur, mox duces, ſatrapas, & ciues, præſentibus cũctis magiſtratibus, cum illo ſplendore occurrentes ſuſciperet & oſcularetur, manum porrigeret, & omnem exhiberet fiduciam, & omnibus aſtantibus tanquàm ad amicos loqueretur, & diceret, & omnem uiam illam, ſe propter eos feciſſe, & in regias deduceret, & cum eis communicaret: licet alij non punirentur, quantum pœnæ eſſet horum priuatio comparanda. Si uerò cum omnibus tam amarum eſt, ab hac excidere gloria, multò magis coram Deo, cum ſupernæ uirtutes aderunt cum rege, cum uincti dæmones, & deorſum inclinati, & ipſe diabolus agetur captiuus, & omnis contraria multitudo, cum uirtute cœlorum, cum ipſo uenerint in nubibus. Bellici apparatus. Trophæa. Excidens ab æterna gloria.

HOMILIA X.

Non uelim exiſtimes, ut hic fieri ſolet, ita & in futura uita contingere, ut ſcilicet ſolatium aliquod ferat, ſocios habere miſeriæ. unde id conſtat? Ex ſubiecto ſcilicet exẽplo. Dic enim quæſo, ſi quis damnatus ignibus filium quoque ſuum unà intueatur, nidoremq; ex ipſius carne aſcendentem hauriat naribus, Socij miſeriæ.

ribus, nónne morietur? Nam ſi hi quoque qui ſani ſunt, dum hæc fieri uidẽt, penè reſoluũtur, multò magis id paſſuri ſunt, qui ea clade uexantur. Et ad paſsionem pronum humanum genus, aliorumq́; calamitatibus facile commouemur. Quo pacto pater filium in eadem damnatione poſitum uidens, ſolatium capiat? Contrà pœna illi ex ea ſocietate auctior. Eadem ratione, ſi uir uxorem, frater fratrem &c.

HOMILIA LIIII.

Menſura. Immodeſtia. Menſura quidem ſemper deſiderabilis, immodeſtia uerò nequaquàm. Modicæ ſcintillæ, multam lignorum pyrã ſuper pone, iam non ardentem uidebis ignem, ſed multum inſuauem fumum. Viro ualido, forti & magno, onus impone uires excedens, & cum onere uidebis humi iacentem & proiectum. Multum oneris ingere nauigio, & graue feceris naufragium, quale quidem & hoc eſt. Sicut inſuper plenis nauigijs multus eſt tumultus nautarum, gubernatoris, proretæ, & remigum: qui ſuperiora quidem in mare iaciunt, inferiora uerò & ſeipſos perdentes pereunt. Et quod eſt omnium turpiſ-

Os. ſimum, os poſteriorum partium aſſumit uſum, & illud fit

Anima. ignobilius. Si uerò in ore tanta turpitudo, quanta in anima cogita. Nam illic omnia, tenebræ, caligo, tumultus.

Tritici quidem, hoc eſt ſiligo, hoc farina, hoc furfur. Igitur ſi mola quidem ſit idonea molere, hæc omnia ſeparauerit. Si uerò plus ingeſſeris, confuderis omnia: Itidem & ui-

Vinum. num, ſi congruam coctiuram, & temporum aſſequatur temperiem, quoniam citra quidem hoc omnia confuſa ſunt, poſt hæc uerò, hoc quidem in fecem ſubſidet, hoc in ſpumam exilit, hoc uerò in guſtantium uſum, & hoc eſt bonum, quod nunquàm facile ſubuertitur. Quòd uerò dicunt tropiam, ne-

que uinum eſt, neq; fex, omnibus commiſtis: hoc & in flumine quiſpiam uiderit, cum aquarum uortex efficitur. Sicut tunc mortuos piſces uidemus annantes, & fimi craßitudine oculis captos: Itidem & in nobis efficitur. Cum multus ingluuici superne influxerit hymber, poſtquàm omnia cognouerit, mortuas amare facit cogitationes pridem ſanas, & in puro uiuentes. Vortex. Ingluuies.

Sicut hoſtibus urbem ſubeuntibus, & obſidione facta & perturbatione, multum efficitur tumultus: Ita fit in anima ſubrepente uino cum delitijs. Tumultus. Ebrietas.

In chordis quidem craſſa & immunda, ad cantus ſuauitatem inutilis eſt; undiq; uero re, t intenſa eſt, & conſonatißima. Quid pariętem facis craßiorem? Quid multũ fumum et nebulam, cum uapores, tanq̃ caligo quædam, undiq; reddantur? Si non alius quiſquàm, certe athletæ doceãt te, quoniam gracilius corpus eſt & fortius, & anima fortior, aurigæ ſimilis eſt & equo. Sed illic uides ſicut in ijs qui delicijs uacant & carnoſis: ſic & equos carne fluentes motus eſſe difficilis, & multos aurigis labores præbentes: optabile eſt facilem, & expeditum agentem equum, brauium accipere, cum autem cum auriga trahere cogitur, & frequentißime cadentem ſtimulans, nec ita quidem excitare poteſt, licet ipſe ſit ualde peritus, uictoria priuabitur. Ne noſtram contemnamus animam, propter corpus calumniam patientes, uerum illam faciamus perſpicatiorem, alas ei leues nectamus, molliora uincula, rationibus eam paſcamus. Chordæ. Athletæ. Animæ cura.

HOMILIA LXXI.

Sicut febre præterita, febris manet detrimentum: Ita & ebrietate ſublata, ebrietatis tam in anima quàm in corpore Febris.

Tempeſtas pore uerſatur tempeſtas. Et miſerũ corpus ſolutũ iacet, ſicut ex naufragio ſcapha, hoc autẽ infelicior anima, etiam hoc ſo luto procellam ſuſcitat, & incendit libidines, & cum continens eſſe uidetur, tunc inſanit, uinum, dolia, phialas, & crateres, mente concipiens. Et ſicut in tempeſtate, ſedata procella, tempeſtatis tamen remanet nocumentum: Itidem & in iſta. Sicut illic mercium fit iactura, ſimiliter & iſtic omnium fere bonorum efficitur, ſiue modeſtiam inueniat, pudorem, prudentiam, manſuetudinem, humilitatem: in iniquitatis omnino proijcitur pelagus ebrietas. Illic enim poſt iacturam ſcapha leuis efficitur, hic autem magis grauatur. Nam pro diuitijs il lis, arenam admittit, & ſalſum laticem, & omnem ebrietatis

Ebrietatis incõmoda. ſordem, quæ cum nautis pariter & gubernatore ſcapham ilico ſubmergit. Itaque ne patiamur talia, liberemus nos ab huiuſmodi procellis.

Quantò melior ebrioſis aſinus & canis: Nam quodlibet horum animaliũ, & omnium brutorũ, ſeu comedere, ſeu ſit opus bibere, neceſſitatem terminũ nouit, nec ultra, quod eſt opus,

Ebrioſi brutis deteriores. progreditur, licet ſint infiniti qui cogant, in immodeſtiam procedere non patitur, uos ergo brutis deteriores eſtis.

HOMILIA XLII.

Canũ cura. Quot curam canum habent, ne plus quàm expedit, impleantur, ut ueloces ſint & uenatici, dum fame premuntur: ſe uerò non curant ne crapulentur? Et bruta quidem temperanter agere docent, ipſi uero ad brutorum feritatem deducuntur. An non uidetur tibi eſſe opus temperantiæ, cum

Canis temperantia. canis qui fame medetur, poſtquàm uenatus aliquid ceperit, à præſenti ſe continere eſca, & appoſitam cernens menſam, licet urgente fame, dominum expectat? Reueremur noſmetipſos.

ipſos. Veſtros docete uentres ita philoſophari: Canis futuræ uoluptatis ſpe, præſentem contemnit: Tu non uis præſentia contemnere, ſpe futurorum bonorum.

HOMILIA V. DE
diuerſis.

Si quis te in regias duxiſſet aulas, & de parietibus aurum undique fulgens, & omnem alium ornatum tibi demonſtraſſet, poſtea te inde in pauperis cellam induxiſſet, & te poſt breue tempus in regias deducturum aulas, & perennem manſionem ſe tibi daturum promiſiſſet, nunquid non deberes affici deſiderio, uel ipſos dies paucos ægre ferre? hoc quoque de cœlo, de terra cogites, & ingemiſce cum Paulo non propter mortem, ſed propter præſentem uitam. *Regiæ aulæ.* *Gemitus præſentis uitæ.*

Pictoriam intra officinam, & ibi magnum inuenies ſilentium: Sic igitur & hic. Nam & hic regias depingimus imagines, nullam uerò priuatam, per uirtutis colorem. Stilus nobis eſt lingua, artifex uerò ſpiritus ſanctus. *Pictoria officina.*

HOMILIA XL.

Idem accidit perinde ac ſi quis expurgare locum uelit in quem fons ſuperpoſitus cœnum ſuperne demittat. Nam quantacunq; purgaueris, rurſum aliud influit: Idem & hic accidit. Cum ingreſſos à theatris immunditiam reportantes expiauerimus, eò rurſus abeuntes, maiorem ſuſcipiunt ſordem, &c. *Fons. Cœnum. Theatra.*

HOMILIA LI.

Nec enim ſi quis uulnus habẽs, & ſuperimponens medicamentum, non diligẽter alligauerit, ſed aquã, & puluerem, & ſqualorem, & alia mille uulnus ſuum atterere ualentia permiſerit incidere, quanq̃ amplius ab eo poterit effici, ſed nõ per medicaminũ infirmitatem, ſed per proprium torporem. Hoc *Vulnerum leuamẽta.* *Torpor.*

& nobis accidere ſolet, cum & diuinis ſermonibus parum intẽdamus, nos uerò penitus, et ſemper ſecularibus addicamus. Sic totum ſemen ſuffocatur, & omnia fiunt infructuoſa.

HOMILIA LVI.

Apes. *Mel de petra ſugunt, non quale ſylueſtres quæpiam apes floribus inſidentes colligunt, neque rorem maturantes aluearibus immittunt: ſed ſpiritus ſancti gratia conſtruens, profanis, & aluearibus, & fiſtulis in ſanctorum animis reponant, has apes imitantes, ſanctorum uoluminum fauos circumuolamus, magnam hinc decerpentes uoluptatem.* Sanctorum uoluminũ faui.

HOMILIA LVIII.

Vt medicus dicit quod frigida nocent dentibus, neruis, oſsibus: Itidem & ſcriptura breuius quidem, multo tamen manifeſtius dicit hoc: Peccatum malum eſt. Peccatum malum eſt.

HOMILIA LXX.

Ira efferueſcens. *Si quis amicum tolerat, acrius æquo, animo inſurgentem intentionem conſiderans, quod beneuole, non inſolenter hoc agit: Multo magis doctorem increpantem, non autoritate tyrannica iſta dicentem, neque quaſi principis loco conſtitutum, ſed curatoris.* Doctor. Curator.

HOMILIA LVI.

Metallorũ effoſſores. *Sicut qui metallorum operi träditi ſunt, nullum inde emolumentum, nullas opes conſequantur, ſed periculo magno, atq; detrimento ſuo, alijs laborant, nihil prorſus de ſudore, de labore, et morte, quam plerunq; obeunt ad fructũ ſuum inde cõuertentes: Ita et illi, qui non ſibi, ſed alijs diuitias quærũt, imò et his multò miſeriores ſunt, quoniã mors doloris finẽ illis, no bis quos gehenna expectat, ueræ afflictionis initium affert,* Alijs utenda parãtes

HOMILIA LXIIII.

Qui cœlorũ regna permutent pecunia, idem faciunt, ut ſi quis regno exactus ampliſſimo, ſtercoris cumulo glorietur. Nihil nempe pecuniarum aceruus, à ſtercoris cumulo diſtare uidetur, imò uero multò præſtantior hic q̃ ille. Nam tũ ad ædificanda balnea perutilis, tum ad colẽdos agros neceſſaria eſt ſtercoris exaggeratio, aurũ uero ſuffoſſum, nihil penitus prodeſt, neq; nõ prodeſt ſolum, ſed quaſi fornax ardentiſſima, niſi quis oportune utatur, habentẽ exurit. Adeò multa mala hinc, adeo magnæ afflictiones ſcaturiunt, ut malorum omnium arx ab autoribus auaritia ſit uocitata, quam beatiſſimus Paulus ſignificantius multò, omnium malorũ radicem appellauit.

Auaritia malorũ omnium arx ſeu radix.

HOMILIA LXXXI.

Veluti enim ebrius maiori ſiti uexatur, q̃ q modico uino uſus eſt: Ita multò magis pecunia à diuitibus, q̃ à pauperibus cõcupiſcitur. Et quemadmodũ ignis addita materia magis efficitur: Sic pecuniarũ auiditas adiectione auri magis extollitur.

Ebrius.

Ignis.

HOMILIA LXXXII.

Quemadmodũ qui continua ſiti uexatur, etiã ſi mille fontes imbiberit, tamen quia bibendo ſatiari non poteſt, paruam inde percipit uoluptatem: Sic auari non modo non quieſcunt adipiſcendo, uerum etiam quoniam nullus huius cupiditatis terminus eſt, uehementius cruciantur.

Sẽper auarus eget.

HOMILIA LXXVII.

Si magno fœnore argentũ tibi eſſet collocatum in homine grato, nec impotẽti, ſcio huius te malle literas liberis relinquere, ut ingentes inde capiãt fructus, q̃ pecuniã, ne cogerentur alios quærere, ubi tuto queãt collocare. Da igitur filijs tuis has literas, Deum ſibi debitorẽ relinque, hoc chirographum

Chirographum filijs relinquẽdũ quod maiores omnibus prædijs fructus reddere ſolet, relinquere filijs recuſas? magná certe id eſt dementia: præſertim cum ſcias, quia quamuis hoc filijs relictum ſit chirographum, tamen & ipſe abiens hinc, tecum portas. Talia quippe ſunt ſpiritualia, ut multis multiplicata ſatisfaciant.

HOMILIA LXXXIIII.

Effllictim amans. Quemadmodũ ſi quis amans mulierem amplexu uti non poßit, extremo dolore cruciatur: Sic diuites facultate quam habent, ſi auari ſunt, nullo modo ſe ſatiare poſſunt, ſed ſibi accidit tale, quale quidam uir ſapiens de Eunuchis ait: Cupiditas autem Eunuchi uirginitatis adoleſcentulæ florem nititur eripere. Sicut igitur eunuchus uirginem amplexus ingemiſcit: Sic omnes qui diuitijs inhiant.

Eunuchus.

Pecunia ſi amentem hominẽ reperit, inſanũ reddit, ſi laſciuum, in maiorem impellit luxuriam. Pecuniæ cupiditas tenebroſa eſt, qua efficitur ut aliter, ꝗ̃ ſe habeant, res uideantur. Sed quemadmodum ſi quis in profundißimis tenebris &c.

Pecuniæ cupiditas.

HOMILIA DE PRODITIONE TRADItoris, & ſacramentorum traditione.

Nuptur ientes. Quemadmodum uox illa qua dictum eſt, Creſcite & multiplicamini, & replete terram, ſemel quidem dicta eſt, ſemper autem fit, operi naturæ noſtræ uim præbens ad generandũ: Ita hæc quoq; uox (Hoc eſt corpus meũ) ſemel dicta in ſingulis aris ex eo tẽpore uſq; in præſentem diem, & uſq; ad CHRISTI aduentum hoc ſacramentum integre perficit.

Sacramentariorum error. Euchariſtia

HOMILIA XII.

Pauperẽ regis filiũ cooptatus. Neq; ſi rex terrenus aliquis aſſumens te pauperem ac mẽdicũ, repente ſibi adoptaret in filiũ, tu iam ad tugurij tui reſpiceres uilitatẽ: Et certe nõ hæc diſcrimine ſeparantur: Longe ta-

ge tamē maiora ſunt, ad quæ uocatus es capeſſenda. Nō te à terra trāſponit in terrā, ut terrenus rex, ſed à terra in cœlū, à mortali, ad immortalē naturam. An forte putas oīa iſta quæ cernimus, cōparatione cœleſtis regni, mēdicorum panniculis eſſe uiliora?

HOMILIA LXVI.

Vt miles in militia ædificia non cōſtruit, ſed uilia tugurio la, neq; agrum excolit, ſed ualla tantum & foſſas ad munitionem ſuſcitat. Et neq; mercaturam exercet, ſed ſcit hæc in patria, non in caſtris facienda eſſe: Ita & nos facere oportet, qui huc militare uenimus aduerſus diabolum, ſupernam patriam, & ibi omnem affluentiam expectantes. Anima. Corpus. Miles. Militia chriſtiana

HOMILIA LXIII.

Si uidentes uiri alicuius ſeculari dignitate inſignis familiarem, operam damus, ut quantum poſſibile eſt, illi præſtemus obſequium, cogitantes, quòd quæ illi fiant, eius domino accedant: Multò magis apud omnium dominum, quidquid laudis ſanctis impendimus. Sanctorum ueneratio.

HOMILIA LXXXII.

in Matth. de Iuda.

Veluti probi uiri uexati, ſummis laudibus et præmijs digni ſunt: Sic profecto & praui duabus de cauſis, tum quia cum poſſent uirtutem ſequi, ſicut & iuſti, non ſunt ſecuti: tum quia nihil exemplo bonorum uirorum lucrari ſtuduerunt, ſupplicijs digni comperiuntur. Probi. Praui.

HOMILIA LXXXVIII.

Si quis ſolem autorem tenebrarū exiſtimat, ſoli an ſibi detrahit? Sibi uidelicet: Ita qui bonos, prauos arbitratur. Sol.

Vermes.

HOMILIA XXIIII.

Veluti uermes quidã ex terra in terrã, & iterũ ex ipſa in ipſam cõuertuntur: Sic et nos penitus, nec modicũ recipere uolumus, nec auferre nos à cauſis hominũ: ſed ueluti quadã ſatietate & ebrietate demerſi ac pcuſſi obſtupuimus imaginãtes.

Corpus.

Si in corpore parũ aliquid morbi pulſauerit, ſtatim et medicos adhibemus, et pecuniã profundimus, et omni obſeruantia, quod competit gerimus, nec prius ceſſatur, q̃ quæ moleſta ſunt, mitigentur: Anima uerò cum quotidie uulneretur, cum per ſingula lanietur, uratur, præcipitetur, & modis omnibus pereat, ne parua quidem pro ea nos cura ſolicitat.

Anima.

HOMILIA XLVII.

Ira furor breuis eſt. Dæmoniacus.

Inter iram & inſaniam nihil differt, ſed breuis quidẽ dæmon eſt, imò quàm qui uexatur dæmonio grauior. Ille enim uenia dignus eſt, iratus nulla, ſed ſupplicijs innumeris, ſponte ſua in perditionis profundum defertur, & etiam ante futuram gehennam, pœnas dat. Tumultu enim quodã & æſtu intolerabili, die noctuq; uarijs cogitationibus anxius iactatur. Ira fera eſt uehemens & furibunda, incantemus eam diuinæ ſcripturæ carminibus: Terra es, & cæte. Impetus iræ eius caſus ipſius, Vir iratus immodeſtus eſt, & cæt. Si aſpectu irati nihil turpius, quid, imò multò magis anima.

Iratus.

Velut in prato, multos & uarios uideo lectionis flores, & amplum roſarium, multas uerò uiolas, nec pauciora lilia, ſed & uarium ubique & copioſum ſpiritus fructum diſſeminatum, & multum odoris ſuauitatis. Imò uerò non tantummodo pratum, uerum & paradiſus eſt, diuinarum lectio ſcripturarum: non enim fragrantiam ſolum nudam habent eius flores, ſed & fructum, quo animam nutrire poßint.

Paradiſus. Diuinarum lectio ſcripturarum.

HOMILIA LXX.

Sicut corpus hoc quotidie corporalis indiget nutrimenti, ne multam cadens in imbecillitatem, inefficax iaceat: Itidem & anima, ſpiritalis indiget pabuli, & optimæ cõuerſationis ut in aliqua bonorum conſuetudine poſita, maligni demum inſidijs conſtituatur inexpugnabilis. Corpus. Anima.

Medicus ægrotantes omittens, ipſis aſsidentes alloquitur: Ita ego, omiſsis illis, ad uos ſermonem dirigo, ne tali unq̃ uitio capiamini. Medicus.

HOMIL. LIIII. *in caput* XXV. *Matthæi de opere imperfecto.*

Sicut ouis ad mortem ducitur, & nõ clamat: uita eius tollitur, & mãſuetudo eius non immutatur: Sic & ſancti maledicuntur, & nõ remaledicunt, percutiuntur, & nõ repercutiũt: bona eorum diripiuntur, & illi non contradicunt, dolorem ſentiunt, & clamorem non emittunt. Ouis. ſanctorum patientia.

Si tu conſiſtas in publico pariter cum amico, & ueniens aliquis illum ſalutet, & te contemnat, aut ſeparans illum à te, cum illo loquatur, aut familiariter cum illo iocetur: nõnne tu relictus ſolus ſtas aporiatus in publico, & grauiorem exiſtimas illam confuſionem, q̃ mortem? Et quomodo putas impios confundendos in die iudicij, quando ante conſpectum angelorum ſegregatis iuſtis fuerint derelicti? Nõnne & ſi ulterius nihil paterẽtur, illa ſola uerecundia ſufficeret illis ad pœnã? Contẽptus. Confuſio impiorum in die iudicij.

Hodie ſi amicus tuus, aut colonus, aliquod tibi offerat munus, uerbi gratia, aliquod ueſtimentum: tu autem deſpiciens illud, eo ipſo uidente, des illud uni ex circunſtantibus ſeruis, nõnne munus uileſcere facis, & confundis grauiter offerentem? Si uerò ſuſcipiens munus illius, ſtatim ueſtieris te, & Munus oblatũ faſtidiens.

proceſſeris cum ipſo ueſtimento, magnificas munus, & nimis lætificas offerentem. Putas quanto gaudio extolluntur ſancti, quando in conſpectu omnium angelorũ, quod fecerunt hominibus, ipſe dominus fatetur ſe accepiſſe.

Sanctorum gaudium.

Quemadmodum ſi quis à rege ſuo contra hoſtem tranſmiſſus, colludit cum eo, & factione habita fugam petit, prodidit cauſſam regis ſui, & confundit uirtutem ipſius: Ita qui ſuo arbitrio, & negligentia diabolo locum dat, confundit eũ, qui propter gloriam ſuam contra diabolum, cum quaſi in expeditione creando tranſmiſit, & uictus oſtendit diabolum potentem eſſe, quum nihil poſſit.

Colluſio factioſa.

Diabolo cedens.

HOMILIA LV.

Criminoſas perſonas iudex auditurus in publico, tribunal ſuum collocat in excelſo, circa ſe collocat uexilla regalia, ante conſpectum ſuum ponit ſuper menſam, tabellam, unde tribus digitis mortem hominum ſcribat aut uitam: huic inde officiales ordinate conſiſtunt in medio ſecretario, ponuntur genera horrenda pœnarum, quæ non ſolum pati, ſed & uidere tormentum eſt. Stant iuxta parati tortores crudeliores aſpectu quàm manibus. Tanta iudicij facies, cuiuſdam ſcematis terrore ueſtitur. Et cum ad medium productæ fuerunt criminoſæ perſonæ, ante interrogationem iudicum, ipſius iudicij terribili diſcutiuntur aſpectu: Similiter & dominus ſe ad iudicium uenturum promiſit, ſimiliter cum terrore, non cum ſimili terrore. Pœnæ enim quæ hic ſunt, non comparandæ ad æternas pœnas: Sic nec gloria iſta.

Iudex.

Criminoſi.

Horrenda genera pœnarum.

Extremi iudicij horror.

THE-

in Abacuc CAP. II.

Libanus mons Phœniciæ ſyluoſus, odorus, precioſis arboribus exuberans: huic ſimilis Hieruſalem quælibet ſanctorum, cedro ſimilis, in altum tollitur, ſuſcipit ſub eo omnes. Libanus.

IN Ionam cap. III.

Perinde ac medicus, ſimulac flammantem & ſanie refertam partem, latentem tamen obſeruauerit, iudicat neceſſariã eſſe ſectionem, hoc ipſum ſcriptura nominat indignationẽ: poſt hoc iudicium inſequitur ſectio, cruciatum parans in eo qui ſcinditur, atq; iſtud ira Dei dicitur. Medicus. Ira Dei.

IN Naum cap. I.

Velut ſmilax expanſa comedetur. Smilax planta eſt hederæ ſimilis, perpetuo ſurſum tẽdens, ſubtilibus ramis, quæ proxime aſtant plantas comprehendens, maxime uerò paliuros, adeò ut illos quidem feriat, ipſa etiã ſuo tempore pereat: Huiuſmodi ſanè erat Babylon, nunq̃ non ad altiora ſcandere uolens, undiq; potentiæ ſuæ retia extendens, ut depremerentur ab ipſa comprehenſi, comeditur tandem ipſa à Perſis & Mœdis, atqui circumeuntes mare & aridam, ut unum proſelytũ faciant, ac poſtea ipſum filium gehennæ conſtituunt, ſmilax fuerunt expanſa, ſuffocans ſub ſe comprehenſos, ac uelut ardua ſtipula neq; ſuſceperunt deſcendentem pluuiam, neq; aquam ſalientem in uitam æternam. Smilax. Babylon.

Smilaci etiam æquiparantur, qui charitatem ſimulantes, & cõplectentes per blanditias proximum, ac interim quæ ad perniciem eorum faciant, meditantes. abſumetur tandem talis ſmilax ipſa à ſeſe: alter enim impoſtor ab altero fraudulentiore capitur. Impoſtor.

CAPVT III.

Omnes

Omnes munitiones tuæ, ut ficus fructus habentes, ſi quaſſatæ fuerint, cadent in os dentis. Vt fructus ficus habentes, hoc eſt, ficus tempeſtiuos, & prorſus maturos, ſi à uento concutiantur, uel ab homine potius uolente illis ueſci, facile illos proijciunt à ſeſe, quos arreptos homo comedit. Non diſsimili pactione, munimenta ſynagogæ, id eſt, Phariſæi, deinde obſeruationes legis ſecundum literam, cum traditionibus ipſorũ: quæ fructus quidem habent, dulcedinem tempeſtiuam & mollem præ ſe ferentes, iſtæ CHRISTI *aduentu decuſſæ ceciderunt in os, humanas ſemper traditiones deuorãtis ſathanæ.*

Quid lutum? Idem corpus, maiore quàm margaritum honore afficis animam? conculca paleas, id eſt, ſterilia opera, quæ combur et uentilabrum dijudicationis habens uerbum Locuſta. *Dei, igni inextinguibili. Vt locuſta quæ deſcendit ſuper ſepem in die glaciei, ſol ortus eſt, ac deſilijt, nec agnouit locum ſuum, hoc eſt, Quemadmodum locuſta cæteraq; id genus uolatilia, rore ac pruina eorum alis ſuperpoſita, ſepibus inſident atq; fruticibus, ut quæ uolare nequeunt, ſole autem oriẽ*Animalcula. *te, abſumenteq; rorem, ipſaq; animalcula calefaciente, expandunt alas, & in alium tranſmeant locum: hunc in modum aſ*Potentia Dei. *cendebat etiam ſuper ſepem legis, potentia Dei, purificationes quaſdam corporales perficiens, & mira ſigna faciens, uſque dum dies erat glaciei, hoc eſt, regnaret peccati ex Adamo contracti hyems: quando uerò ſecundus Adam peccati expers, ſol iuſtitiæ exiſtens ortus eſt, deſilijt diuina potentia ex legali ſepe, oſtendens ipſam infirmam eſſe, ut quæ non poſſit mundam facere conſcientiam, tranſijtq; ad fidem quæ poſsit iuſtificare, nec ulterius cognouit locum eius quem antea occuparit, legis.*

IN Oſeæ caput II.

Vinea & ficus ſunt lex & Prophetæ. Lex ficus itidem fu erunt, quoniam infanti Iſraëli dulces fructus proferebant, terreſtrium nempe bonorum promißionem: Si enim, inquit, audieritis me, bona terræ comedetis. Aſperitatem quoq; in folijs habebant ficus, hoc eſt, tranſitorijs, & facile marceßibilibus rebus: non enim gehennam interminabantur eis ac tenebras exteriores, uel quod ex cœleſti regno excidere deberent, ſed captiuitatem, ſeruitutem, mortem temporalem, taleſq; id genus pœnas. Hæc igitur, nempe uitis & ficus, ablatæ ſunt quidem ab Hieruſalem, traditæq; ſunt gentibus, qui uolucribus cœli aßimilantur, ob mentis ſuæ leuitatem atq; dementiam, eoq; quòd principi poteſtatis aëris ſubiectæ fuerint: beſtijs uerò & reptilibus propter efferos mores aßimilantur. Ficus. Vinea.

CAPVT VIII.

Iudas extruxit oppida mœnibus cincta, demittam ignem in ciuitatem eius qui deuorabit fundamenta eius, qui per uanam ſophiſtes ſcientiam, hæretica dogmata munit, extruit urbes mœnibus cinctas, cæterum fundamenta, & ſubiecta, & principia talium urbium abſumit ignis Euangelici & Apoſtolici ſermonis, quem uenit dominus iacere ſuper terram. Sophiſtice

IN Marci caput I.

Quo pacto igitur inquit hoc loco Marcus, in remißionẽ peccatorum? Dicimus quòd prædicarit baptiſmum pœnitẽtiæ, hoc eſt, prædicauit quò ferret baptiſmus pœnitentiæ, nẽpe in remißionem peccatorum. Vt quãdo dicimus: Venit quidam ſatelles regis, prædicans ciborum præparationem, ut benefiat his qui præparant cibos regios, non dicimus hoc, quòd ſatelles bene facturus ſit his qui præparant regios cibos, Baptiſmus pœnitẽtiæ Satelles regius.

bos,ſed quòd ipſe prædicarit præparationem ciborũ, ut hi qui illos præparauerint,regemq; ſuſceperint,beneficia conſequantur: Sic igitur & hoc loco præcurſor prædicauit pœnitentiam, ut hi qui pœnitentiam egerint, ſuſcepto CHRISTO,remiſsionem peccatorum conſequantur.

IN Lucam cap.XIIII.

Medici. Sicut enim medici ſinunt in ſæui morbi ulceribus humorẽ colligi,& deinde remedia apponunt: Ita & peccatum oportebat omnes ſuas ſpecies indicare, & deinde magnum medicum imponere pharmaca. Et propterea expectauit CHRISTVS, donec diabolus malitiæ menſuram impleret, & tunc demum incarnatus eſt, & omne genus malitiæ per ſanctam uitam ſuam ſanauit.

IN Epiſtolam ad Romanos cap.V.

Neque enim ſimplici aliquo & unico bono affecti iam ſumus,ut quicquam ſit de futura gloria hæſitandũ: ſed gratiæ abundantia bona nobis impertit, qui haud ſecus habendi ſumus,ac alius quiſpiam qui æris alieni ſit obſtrictus magnitudine,ubi cum liberis & uxore in carcerem truditur, non ſolũ carcere & debita pecunia liberetur,ſed donetur etiã talẽtis mille, inuectusq; in regiã aulam, dignetur honore ampliſsimo,ſicq; demũ ab Imperatore in filiũ adoptetur: Vt itaq; ſenſum concludat,ſic inquit: Igitur ſicut per unius delictum oẽs homines pereũt,ſic per unius iuſtitiam in omnes homines diffunditur gratia, hisq; & iuſtificationẽ pro peccato cõdonat, & uitam pro morte.

Aeris alieni magnitudine obſtrictus.

CAPVT VII.

Illud autem mortuus eram,duplici modo poteſt intelligi, uel quia deliquerim, uel quia acriori ſupplicio obnoxius ſum affectus,quod ſanè non legis eſt crimẽ,ſed eius qui legẽ attenderit.

derit. Exempli gratia, ægrotat quiſpiam, nec ualetudine ſe affectū intelligit, accedēs medicus laborare hūc morbo ſignificat, iniūgitq́; hoc illo ue cibo abſtineat, qui augere ægritudinem queat: ſic ille cum medico nihil obtemperat, moritur. Aegrotus.

Quemadmodū enim & medicus febricitanti cuiq́, & gelidam potionē intēpeſtiue optanti, quò minus explere ſitibundā illam permiſerit auiditatem, eò magis augebit, nō imminuet ſitim, & medici officium ſit potū eiuſmodi interdicere, ægrotātis ſine potiōe manere: Sic & lex ipſa homines inſtruebat, ut hos à concupiſcendo abigeret, uolūtas tamen peccati oblectatione detenta, prauā hanc propagauit cupiditatem, neq; unum aliquod huiuſce concupiſcentiæ genus, ſed multiplex & uarium proſeminauit, malū enixe operata. Siquidem cum quis aliquid exequi, quod ferat animus, prohibetur, ilico inſanit, & furit maxime, & peccatū tum magis patebit, cum lex præteritur: nam ſine lege delictum emoritur, id eſt, nuſq̄ eſſe exiſtimatur. Lege autem extante, & decētia ſuggerente, uiuit peccatum, id eſt, extat, & delictum eſſe conuincitur, unde ſcienter delinquunt qui legem tranſgrediuntur. Febricitās Lex.

IN CAPVT VII.

Quæret aliquis, quomodo id, inquit Apoſtolus, non in me habitat, hoc eſt, in mea carne bonū: dicā equidē: cū conſtet hominē ex duob. eſſe cōpoſitum, anima ſcilicet & corpore, horū ſanè alterū cæteris dominatur & præſidet, alterū uerò, id eſt caro, ut ſerua obſeqtur. Nō igitur inhabitat in carne q̄ bonū eſt, hoc eſt, nō reſidet in corporis poteſtate, ſed animæ: quodcūq; itaq; deſtinauerit anima faciendū, et corpus faciat neceſſe eſt, neq; id ſecus ſe habet, q̄ ſi dixerit quiſpiā non in cythara eſſe, ſed in cytharœdo, ut pulcher aliquis, & concinnus Anima. Corpus. Cytharœdus.

edatur

edatur ſonus, neq; id, inquiens, cytharam ille inſimulabit, ſed organo illum & cytharæ præſtare monſtrabit, qui hanc ex arte oppulſet.

CAPVT VIII.

Neq; enim aliam CHRISTVS præter humanam hãc carnem aſſumpſit, quam & ſanctificauit aſſumptam, & coronauit condemnato peccato, quòd carni ineſſet, quam ſuſcepiſſet, hanc ipſam oſtendit nequaquam eſſe natura peccatis addictam, nec ſecus CHRISTVS effecit, quàm faceret quiſpiã qui muliere aliqua in foro uapulante conſpecta, ut eam à uerberantium manibus eruat, fœminæ illius ſe uel priuatæ, & infimæ ſortis filium fateatur, cum regius ſit.

Mulier in foro uapulans.

CAPVT IX.

Opifex.

Quemadmodum cum condenda eſt domus, in opifice pendere omnia dicimus, tametſi ille id opus per ſe exequi nequeat. Sed & materia eſt ad ſtructuram neceſſaria, & ſe iuuantium miniſtrorum indiget opera. Sed quoniam illi abſoluenda eſt domus, fatemur illius eſſe omne id opus: Sic item dicere de Deo ſolemus, & in eius poteſtate cuncta cõſiſtere: Qui nihil à nobis niſi animi exigat promptitudinem, & quoniam finem ille rebus imponit, & benemerẽtes coronat, damnatq; ſontes, dicimus uniuerſa in eius poteſtate conſiſtere.

Animi prõptitudo.

IN ſecundam ad Corinthios epiſt. cap. III.

Argentum ſoli obiectum.

Quemadmodum argentum ſoli obiectum, ex ſolis occurſu micantes radios in ſolem ipſum reflectit: Sic & nos baptiſmo accepto, purgati per ſpiritum, & huius ſplendore deniq; illuſtrati, fulgorem & ipſi ſpiritalem quendam ex aduerſo remittimus, eandemq; imaginem à ſpiritus gloria in gloriam noſtram, & claritatem transferimus, & talem inquam imaginem

Baptiſmi gratia.

ginem, qualem decens eſt ut is ſortiatur, qui à ſpiritu domini nulli rei obnoxio lucẽ acceperit. Dominus enim ille cum ſit, & regiũ habet ſplendorẽ, fideles aũt omnes baptiſmi gratia ſpiritu ſancto opplentur, & illarũ eſt fulgentior anima, quã doquidẽ & Moyſes Dei gloriæ fulgore inſpecto, in eius gloriæ imaginem eſt transformatus, hoc eſt, & ipſe diuinæ gloriæ & ſplendoris participauit. Huius & facies reſplẽdebat, cum ipſe noſtri præferret figuram.

IN Epiſt. ad Galat. cap. III.

Poſtquam, inquit, fides aduenit, quæ hominem reddit perfectiorẽ, nil ultra pædagogo ſubijcimur, qui ſumus per fidẽ perfectionem adepti, & infantiam ipſam exceßimus: quòd autem ſimus ex fide perfectiores, patet ex eo, quia ob noſtram in Chriſto fidem, Dei efficimur filij: qui autem fuerit, ut in Dei filium ſuſciperetur, dignatus, nil prorſus uel imperfectus, uel infans putandus eſt, eò fit, ut ridiculum uideatur, ut qui iam in uirum euaſerit, pædagogi ſit legi obnoxius: neq; enim ſecus id uideretur, quàm ſi ubi dies illuxit, lucernam quis intueretur, non ſolem. Fides.

IN Epiſt ad Epheſios cap. V.

Vt enim quàmdiu opertum eſt uulnus, medicationem nullã admittit: Sic & delictum cum fuerit retectum, in lucẽ conuertitur: non enim peccatũ dixerim, ſed peccata patrantẽ, nã caſtigatus cũ fuerit delinquẽs, & acriorib. uerbis increpitus, et pœnitudine ueniã cõſequetur, nõne huius oẽs purgatæ ſunt & abolitæ, quas antea peccatorũ mole obduxerat tenebræ? Opulentus

Quemadmodũ opulentus uir quiſpiam, cum quempiã uiderit, ut ſua diripiat, & ſe inuadentẽ ut enecet, omnia illi eximẽdi ſe gratia ab eodem diſcrimine permiſſurus eſt: Sic uos

uniuerſa offerte, ut in tuto ſit caput, hoc eſt, fides ipſa.

IN Epiſtolam ad Ephe. cap. 6.

Quis enim hæreticorum in ueritate ſuccingitur? quin humi reptant, & nihil queunt quod altum ſit & ſublime, per noſcere, ſed humanis ſenſibus terra ſerpentibus diuina conqui runt, quinetiam neq; hi quidem, qui cum in humanis agunt, falluntur, cum mundi uacant deceptiùnculis, obducuntur hac ueritate, ſed ita in terram proſtrati, falſis inhabitant rebus.

IN Epiſto. ad Coloſſen. ca. 1.

Qui dignos uos fecit.) Tanti inquit illius ſunt munera, ut non modo opulentos reddiderit, ſed & uires ſuffecerit, ut ni hil immerito uideamur ab eo opes has accepiſſe. exēpli gra

Imperator tia: imperator aliquis tenui cuidā & fortunæ ſordidioris, pro uinciam credidit procurandam, contulit quidem huic digni- tatem, nihil tamen tanto magiſtratui dignum effecit, ut pro merito & dignitatem hanc gubernaret: quò fit, ut tantus illi

Ridiculus. delatus honos ridiculum ſæpe præſtiterit, Deus uerò & nos honore prouexit, eundemq; ad promerendum idoneos fecit, geminatur itaque honor cum ad munus accedat collata ſufficientia.

IN Epiſto. ad Theſſalon. 1. cap. 4.

Quemadmodum terra non modo quæ huic demandãtur,

Terra. producit: Sic & anima ipſa nequaquam eſſe debet præceptū

Anima. feciſſe iam ſatis contenta, niſi et factis illa exceſſerit.

IN Epiſto. ad Theſſalon. 1. ca. 3.

Nocte ac die abundantius orantes, ut uideamus faciem ueſtram. Orabat, horum ut liceret cōſpectu frui, nec ſanè mi

Agricolæ nori cupiditate, quàm ſolet agricola quiſpiā, cum audit quē

cupiditas. optime coluerit agrum, fructus uberrimos protuliſſe, & re-

uiſere

uiſere eundem, & oculis perluſtrare mox cupiat.

IN CAPVT II.

Quemadmodum ignis ſuo fragore parua quædam & minuta animantia torpere cogit, & contrahi, cōſumitq́; uel antequã ea pertingat: Sic & CHRISTVS uel ſolo iuſſu & eius afflatu, ſpiritus ſancti uirtute oppleto, perditurus eſt illum, uel ſola præſentia, & ſolo eius conſpectu ſedabit errorem. Ignis.

IN Epiſt. ad Timoth. I. cap. I.

Iuſtum autem hoc loco intelligi qui uirtutem eſt aſſecutus, qui nulla legis formidine, ſed ex officio nequitiam odit, & uirtutem cōplectitur, & in eo ſuperat legem, quia haudquaquã dignatur pro inſtructrice hanc ipſam habere, quæ & flagra ſibi intendat, ſi labitur, & ſupplicia cōminetur, ſed magno animo perſtat, ut qui in uirum euaſerit, & quæ uiri ſunt ſapiat, & iam ex ephebis exceſſerit. Sicuti & medicus uulneribus affecto & ægrotanti ad medelam paratus eſt, non ei qui proſpera utitur corporis ualetudine. Et frena equo laſciuienti & effrenat, o non ductu facili, imponuntur. Iuſtus. Medicus. Frena.

Quemadmodum noctu lucernæ lux omnis à lunæ fulgore obtenebratur, ſi fuerit ſub diuo expoſita: Sic legis iuſtificatio CHRISTI occultatur iuſtitia, & planè tollitur: cum enim CHRISTVS apparuit ſolis inſtar, tenebris legem offudit, peccat itaque & inſipiens eſt, qui lucernæ lumine utitur, micante ſole.

Honor aũt & gloria non quæ uerbis ſolũ, ſed & operibus cōſtet. Ille enim gratos uos arguit. Hæc uerò regis imitatores, quod ſanè præſtãtius eſt, atqui gloriã, quæ uerbis exprimit, à nobis depoſcit, ut ſe non ſolũ pie colamus, ſed animũ ipſum penitus intendamus, geramusq́; illi morem, ut ex hoc & ipſi

proficiamus, nec ſecus ac ſolent, qui ſolis ſplendorem cum ſpe ctant, & demirantur, eo fulgore delectati ſibi profuerunt, & eodem illo cum aliquid his eſt operandum, fruuntur, ut contra qui ſolaris ſunt neſcij claritatis, ſibi officiũt maxime, quia nullo in opere uti hac poßint.

Ductans exercitum. Quemadmodum qui ductare exercitũ uelit, ut optimũ militem antea egerit, neceſſe eſt: Sic & præceptorem oportet his eſſe uirtutibus præditum quas poſtmodum ſit à diſcipulis exacturus. Inde nanq; ediſcimus, & ſi docendi officio fungimur, quemadmodum inſtruere alios debeamus.

Virtutes præceptoris.

Traditi ſatanæ. Quos tradidi ſatanæ ut diſcant non blaſphemare.) Dicet aliquis, ſi alios ſatan caſtigat, cur non ſeipſum emendat? non enim ut caſtiget dixit, ſed caſtigandos, quippe qui nemini poteſt niſi dei permiſſu obeſſe, ſicuti & carnifices ipſi, & ſi nequißimi ſint, morte tamen damnatos conficiunt, & multis, ut recte uiuant, cauſſam præbent.

Carnifices.

Verum quomodo aliquis dicit, ſatanæ tradebantur? qui enim contumax eſſet, & minus obediens, extra eccleſiam emittebatur, eijciebaturq; à cætero grege, & nudus mox & deſertus, lupis dedebatur in prædam: nam quẽadmodum olim nube tabernaculum obducebat, ſic Chriſti Eccleſiam ſpiritus: quicunq; ergo ex Eccleſia fuerit eiectus, & ſpiritu ſancto priuatus, erit hic miſer, perfacilis in capturam, tanti eſt ab aliorum conſortio & communione repelli.

Eccleſia eiectus.

IN CAP. VI.

Et inſeruerunt ſe doloribus multis.) Quippe qui hac cupiditate tenentur, mœrent dũ uiuunt, & dolent quod explere auidißimum habendi animum nequeant. Bene autem inſeruerunt dixit: ſunt nanq; ſentibus ſimiles curæ diuitiarũ, ut teſtatus eſt

Sentes.

tus eſt dominus, quæ undequaq; ubi ipſe attigeris innatis acu leis manus cruentant, infiguntq́; uulnera, & dolorib. angũt.

IN 2. ad Timoth. Epiſtolam cap. 3.

Erunt enim homines ſeipſos.) Statim malorũ omniũ cáuſam produxit in medium, quòd ſuis quiſq; magis proſpiciat, q̃ proximi commodis. Ei nanq; qui ſui ipſius duntaxat trahitur charitate, accidit ſæpe ut nec ipſe ſe amet. Nam quemadmodum ſolet & in membris cõtingere, quorum cum unum aliquod læditur, & reliqua lædantur neceſſe eſt, quod utiq; & ædificia patiuntur: Sic dici & in Eccleſia poteſt, qui proximum negligat, & ipſum ſe curet, ſibijpſi officere. Suo quiſq; commodo impenſius ſtudet. Membra. Aedificia.

IN Epiſt. ad Hebræos cap. 9.

Quærit Gregorius Nyſſes, cur in ſeculi conſummatione carnem aſſumpſerit filius: Aitq́;, quemadmodũ enim peritiſſimi medici, febre adhuc in præcordijs permanente, & ægroti corpus acrius diuexãte, & ægritudinis fomẽtis adaucta magis, incenſaq́;, nullã afferunt lãguenti medelã, quæ languoris cauſas tollat, ſed & morb. increſcat operiũtur: Sic & uobiſcũ agit animarũ medicus ille: expectat eñ ut prorſus omnis retegatur neqtia, ut nihil maneat ex his quæ recõdita ſunt incuratum; ſic demum retectis ille & patentibus malis medebitur. Peritiſſimi medici. Medẽdi peritiſſimi.

Impoſſibile eñ eſt ſanguine taurorũ & hircorum auferri peccata.) Ex oblatorũ hac uilitate, & morbi ipſius magnitudine, dicta ſua confirmat. Perinde ac ſi quiſpiam medẽdi peritus, ſi elephantico morbo, affecto cuiquam in medelam dari linozoſam herbam perſpexerit, dicat neceſſe eſt, nequaquã poſt hanc herbam elephantico illi reſtituere ſanitatem.

IN CAPVT X.

10 Vt belua aliqua iritata, non antè ſæuire deſiſtit, quàm Belua iritata.

aliquem arripiat, lacerétq́; , & uorans expleat iram: Sic & ignis æmulatione ductus, & zelo ulciſcendi mandatorum trãſgreſſus, ob idq́; deſæuiens, quemcunq; corripiat, depaſcitur ſemper.

Quemadmodũ nullam habemus eorum quæ pedibus ſuppreßimus rationem: Sic & CHRISTVM nihil ducimus, quum ad peccandum prouehimur. *Chriſti contemptus.*

PARABOLAE SIVE SIMILITVDINES EX BIBLIIS SACRIS *deſumptæ per Alardum Aemſtelredamum.*

DEVTERONOMII CAP. I.

PORTAVIT te dominus Deus tuus, ut ſolet homo geſtare paruulum filium, in omni uia per quam ambulaſtis, donec ueniretis ad locum iſtum.

Itaq; egreſſus Amorrhæus, qui habitabat in montibus, & obuiam ueniens, perſecutus eſt uos (ſicut ſolent apes facere) & cæcidit uos.

2. Vt audita fama tua paueant, & in morem parturientium dolore teneantur.

28. Percutiat te dominus amentia, & cæcitate ac furore mentis, et palpes in meridie, ſicut palpare ſolet cæcus in tenebris, & non dirigas uias tuas.

32. Stillet ſicut pluuia doctrina mea, fluat ut ros eloquiũ meum. Quaſi hymber ſuper herbam, & quaſi ſtillæ ſuper germina.

Sicut aquila prouocans ad uolandum pullos ſuos, & ſuper

per eos uolitans, expandit alas ſuas, & aſſumpſit eum, atque portauit in humeris ſuis.

Numeri 11. Nunquid ego cōcepi omnē hanc multitudinē uel genui eam, ut dicas mihi: Porta eos in ſinu tuo, ſicut portare ſolet nutrix infantulum, & defer in terram pro qua iuraſti patribus eorum?

22. Ita delebit populus hic omnes qui in ueſtris finibus commorantur, quomodo ſolet bos herbas uſque ad radices carpere.

23. Ecce populus ut leæna conſurget, & quaſi leo erigetur, non accuſabit, donec deuoret prædam, & occiſorum ſanguinem bibat.

1. Reg. 26. Egreſſus eſt rex Iſraël, ut quærat pulicem unum, ſicut perſequitur perdix in montibus.

2. Reg. 1. Doleo ſuper te frater mi Ionathan decôre nimis & amabilis ſuper amorem mulierum. Sicut mater unicū amat filium ſuum: Ita ego te diligebam.

2. Re. 14. Omnes morimur, & quaſi aquæ dilabimur in terram, quæ non reuertuntur. Nec uult Deus perire animā, ſed retractat, cogitans ne penitus pereat, qui abiectus eſt.

2. Reg. 17. Tu noſti patrem tuum, & uiros qui cum eo ſunt eſſe fortiſsimos, & amaro animo, ueluti ſi urſa captis catulis in ſaltu ſæuiat. Eodem. Et fortiſsimus ipſe, cuius cor eſt quaſi bouis, pauore ſoluetur. Eodem. Et operiemus eum, ſicut cadere ſolet ros ſuper teram.

23. Sicut lux auroræ oriente ſole, mane abſq; nubibus rutilat, & ſicut pluuijs germinat herba de terra. Ibidem. Præuaricatores autem quaſi ſpinæ euellentur uniuerſi.

Ad hunc ordinem referendum eſt quod ſcriptum eſt 3. Reg.cap.4. Locutus eſt quoq; Salomon tria millia parabolas, & fuerunt carmina eius quinq; millia.

3.Reg. 14. Idcirco ecce ego inducam mala ſuper domũ Ieroboam, & percutiam de Ieroboam mingentem ad parietem, clauſum & nouißimum in Iſraël, & mundabo reliquias domus Ieroboam, ſicut mundari ſolet fimus uſq; ad purum. Ibidem. Et percutiet dominus Deus Iſraël, ſicut moueri ſolet arundo in aqua.

Eodem. Cui exprobraſti, & quem blaſphemaſti? contra quem exaltaſti uocem tuã, & eleuaſti in excelſum oculos tuos contra ſanctum Iſraël?

4.R.19. Facti ſunt uelut fœnum agri, & uirens herba tectorũ, quæ areſacta eſt antequam ueniret ad maturitatem.

21. Et delebo Hieruſalem, ſicut deleri ſolent tabulæ, delẽs uertam & ducam crebrius ſtilum ſuper faciem eius.

Eſdræ quarto capite primo. Nonne ego uos rogaui ut pater filios, & mater filias, & ut nutrix paruulos ſuos, ut eſſetis mihi in populum, & ego uobis in Deum, & uos mihi in filios, & ego uobis in patrem? Ita ego uos collegi, ut gallina pullos ſuos ſub alas ſuas.

Cap.2. Væ tibi Aſſur qui abſcondis iniquos penes te. Gẽs mala memorare quid fecerim Sodomæ & Gomorræ, quorum terra iacet in piceis glebis & aggeribus cinerum. Sic dabo eos qui me non audierunt dicit dominus omnipotens.

Mater amplectere filios tuos, educa illos cum lætitia: Sicut columba confirma pedes eorum, quoniam te elegi, dicit dominus.

Eſdræ.4.cap.4. Quemadmodum enim terra ſyluæ data eſt, & mare fluctibus ſuis: Sic qui ſuper terram inhabitant, quæ ſunt ſuper terram intelligere ſolummodo poſſunt, et qui ſuper cœlos, quæ ſuper altitudinem cœlorum.

Quemadmodum enim illa feſtinat quæ parit, effugere neceßitatem partus: Sic & hæc feſtinat reddere ea quæ commendata ſunt.

4. Eſdræ 8. Quomodo autem interrogabis terram, & dicet tibi, quoniam dabit terram, multò magis unde fiat tibi fictile, paruum autem puluerem, unde aurum ſit: Sic & actus præſentis ſeculi. Multi quidem creati ſunt, pauci autem ſaluabuntur.

Cap. 9. Sicut enim omne quod factum eſt in ſeculo, initium habet pariter & conſummationem, & conſummatio eſt manifeſta: Sic & altißimi tempora initia habent manifeſta in prodigijs & uirtutibus, & conſummationes in actu & in ſignis.

Olim locutus ſum, & nunc dico, & poſtea dicam, quoniam plures ſunt qui pereunt quàm qui ſaluabũtur. Sicut multiplicatur fluctus ſuper guttam.

Reſpondit ad me & dixit: Qualis ager, talia & ſemina, & quales flores, tales & tincturæ, & qualis operator, talis & creatio, qualis agricola, talis cultura, quoniam tempus erat ſeculi.

Ecce conſuetudo eſt, ut cum acceperit terra ſemen, uel nauem mare, uel uas aliquod eſcam uel potum, cum fuerit exterminatum id in quo ſeminatum eſt, uel in quo miſſum eſt, ſimul id quod ſeminatum uel miſſum eſt, uel quæ ſuſcepta ſunt exterminantur, & ſuſcepta iam non manent nos. Sed nobis

ſic non factum eſt, nec quidem qui legem accepimus, peccantes periuimus, & cor noſtrum, quod ſuſcepit eam. Nam lex non periijt, ſed permanſit in ſuo labore.

4\. *Eſdræ cap.* 16. *Quemadmodum prægnans cum parit in nono menſe filium ſuum, appropinquante hora partus eius, ante horas duas uel tres dolores circumeunt uentrem eius, & prodeunte infante de uentre non tardabunt uno puncto: Sic non morabuntur ad prodeundum ſuper terram, & ſeculum gemet, & dolores circum tenebunt illud.*

Eodem. *Quomodo zelatur fornicaria mulierem idoneã et bonam ualde: Sic zelabitur iuſtitia iniquitatem, cum exornat ſe, et accuſat eam in facie, cum uenerit qui defendat exquirentem omne peccatum ſuper terram.*

Væ qui conſtringuntur à peccatis ſuis, & obteguntur ab iniquitatibus ſuis, quemadmodum ager cõſtringitur à ſylua, et ſpinis tegitur ſemita eius, per quam non tranſit homo, & excluditur, et mittitur ad deuorationem ignis.

LECTORI.

In prouerbijs plures ſunt ſimilitudines, quàm ut numerum earum perſequi laboremus, qui uolet indidem mutuetur licebit.

Eccle. 1. *Qui nunc uerſantur in terra, aſsidue ad interitum properant, & alij in eorum locum ſuccreſcunt: terra interim immota manet, ueluti theatrum, in quo hæc fabula peragitur.*

Cap. 2. *Vidi tantum inter ſapientem & ſtultum intereſſe, quantum intereſt inter lucem & tenebras.*

Quia non erit diuturna memoria ſapientis, magis quàm ſtulti: quomodo enim id quod olim fuit, obliuioni nunc traditum

tum eſt: ſic & id, quod nunc eſt, ſubſequentibus annis obliuioni traditur, et æque moriuntur ſapiens atque ſtultus.

Cap. 4. Non minor fuit numerus eorum qui ſenem hunc olim ſequebantur, cum regno præficeretur, quàm nunc eſt qui nouum hunc ambiunt, et ſicut grauis illis ſuperioribus uiſa eſt poteſtas regia illius, qui nunc contemnitur: Ita et huius qui nunc tantopere placet, grauis uidebitur.

Cap. 5. Sicut diurnæ curæ gignunt ſomnia: Ita multa uerba ſtultam faciunt orationem.

Sicut in multis ſomnijs multa ſunt uana: Ita & in multis uerbis.

Sicut nudi egreſſi ſunt ex utero matris: Ita nudi eò reuertentur, unde prodierunt, neque ulli quicquàm eorum hinc ſecum aſportabunt, quæ tantis moleſtijs conquiſierunt.

Cap. 7. Qualis enim eſt ſtrepitus ſtipularum ardentium ſub olla: talis eſt riſus ſtultorum.

Fecit dies hominis Deus ſimiles umbræ, de qua poſt abitum quis iudicabit?

Cap. 9. Nec magis nouit homo tempus mortis ſuæ, quàm piſces priuſquàm hamo capiuntur, uel aues priuſquàm laqueo irretiantur. Sicut enim capiuntur illæ, ſic mors de improuiſo homines illaqueabit.

Cap. 10. Sicut muſcæ in unguentū quantumuis fragrans collapſæ, ſi illic moriantur, unguentum corrumpunt, & bullis ueluti ſcabie obducunt: Sic parua ſæpe ſtultitia homini ob ſapientiam, & reliquas naturæ dotes claro, multum exiſtimationis adimit.

Serpens qui non edito ſibilo mordet, per omnia delatori ſimilis eſt.

Cap.

Cap. 11. Sicut ignoras, quomodo anima iungatur corpori, & oſſa compingantur in utero prægnantis: Sic nunquàm intelligere poteris rationem ullius earum rerum, quas Deus fecit tam multas & uarias.

Cap. 12. Verba ſapientum ſunt ueluti ſtimuli, & ueluti claui uiri ſtudioſi, qui alijs inculcant, quæ ab uno paſtore Deo, ut illis excitemur, donata ſunt ipſis.

Eccleſiaſtici 2. Quoniam in igne probatur aurum, & homines receptibiles in camino humilitatis. Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemoſyna peccatum.

9 In manu artificum opus laudatur, & princeps populi ſapiens in ſermone ſuo.

11 Perdix capta in cauea: Sic cor ſuperbi, et ut proſpector aſcendens ad caſum, nam bona in mala conuertens inſidiatur, & in dictis impone maculam. Ab ſcintilla parua augetur pruna, & homo peccator ad ſanguinem inſidiatur.

12 Ne credas inimico tuo in ſeculum: Sicut enim æs æruginat: Sic nequitia illius, & ſi humiliatus fuerit, & uadat incuruatus, ſuperpone animam tuam, & caue ab illo; & eris ei ut qui abſtruſit ſpeculum, & cognoſces quòd non in finem terſit æruginem.

Quis miſerebitur incantatoris, à ſerpente morſi, & omnium accedentium beſtias? Sic eius qui accedit uirum peccatorem, & qui commiſcetur in peccatis eius.

13 Quid communicabit lupus agno? Sic peccator ad impium. Quæ pax hyenæ ad canem, & quæ pax diuiti ad pauperem? Venationes leonum onagri in deſerto: Sic paſcua diuitum pauperes.

14 Sicut folium denſe germinans in arbore, alia quidem

deijcit,

deijcit, alia autem producit: Sic & generatio carnis & ſanguinis, alia quidem finitur, alia autem gignitur.

23 Iurationi non aſſuefacias os tuum, & nominationi ſancti non aſſueſcas. Sicut enim ſeruus qui ſcrutatur aßidue, à uibice non minuetur: Sic iurans & nominans ſemper, non purgabitur à peccato. Vir multum iurans, implebitur iniquitate, & non diſcedet à domo illius flagellum.

18 Sicut gutta aquæ à mari, & ſicut calculus arenæ: Sic mille anni in diebus ſeculi.

Eodem. Nónne ardorem ſedabit ros? Sic melius uerbum, quàm donum.

21 Qui ædificat domum ſuam in pecunijs alienis, quaſi qui congregat ſibi lapides ad tumulum ſepulchri ſui. Stuppa collecta ſynagoga impiorum, & conſummatio illorum, flamma ignis in perditionem.

Cognitio ſapientis, tanquàm inundatio abundabit, et conſilium illius, ſicut fons purus uitæ. Interiora fatui quaſi uas cõfractum, omnem cognitionem non tenebit in uita ſua.

Eodem. Sicut aſcenſus arenoſus in pedibus ſenis: Sic mulier linguata uiro taciturno.

22. Connexio lignea ligata in ædificium in concußione non diſſoluetur: Sic cor firmatum in cogitatione conſilij, in omni tempore timore non timebit.

Suſtentacula in alto poſita contra uentum non permanebunt: Sic cor timidum in cogitatione fatui contra omnem timorem non ſuſtinebit. Ante ignem uapor camini & fumus: Sic ante ſanguines conuicia.

27 Narratio pij ſemper in ſapientia, & ſtultus ſicut luna mutatur.

Fide-

29 Fideiuſsio multos perdidit diuites, & commouit illos quaſi fluctus maris.

30 Equus non domitus euadit durus, & filius diſſolutus euadit præceps.

31 Fornax probat ferruminationem in tinctura: Sic uinum in corde ſuperborum in ebrietate.

Eccle. cap. 21. Quaſi à facie colubri fuge peccata, & ſi acceſſeris ad illa, ſuſcipient te. Dentes leonis dentes eius, interficientes animas hominum, quaſi romphæa bis acuta, hominis iniquitas, plagæ illius non eſt ſanitas.

13. Sicut cõmunicabit lupus agno: Sic & peccator iuſto.

33. Contra malum bonum eſt, & contra uitium mors: Sic & contra uirum iuſtum peccator.

12. Sicut ferramentum eruginatum, ſic nequitia illius.

19 Sagitta infixa femori canis: Sic uerbũ in corde ſtulti.

26 Poſt inuerecundum oculum caue, & ne mireris ſi in te errauerit. Sicut ſitiens uiator os aperiet, cum inuenerit fontem, & ab omni aqua proxima bibet, contra omnem palum ſedebit, & contra ſagittam aperiet pharetram.

In duobus contriſtatum eſt meum cor, & in tertio ira mihi aduenit, uir bellator deficiens per inopiam, & uiri prudentes ſi contemnantur. Rediens à iuſtitia ad peccatum. Dominus parabit eum ad romphæam. Difficile exuitur negociator à deceptione, & non iuſtificabitur caupo à peccato.

26 Boum iugum concuſſum, mulier nequam: qui dominatur illi, quaſi qui apprehendit ſcorpionem.

In medio compaginum lapidearum figetur palus, & in medio uenditionis & emptionis cõprimetur peccatum. In concuſsione cribri permanent ſtercora: ſic ſpolia hominis in cogi-

tatione

ctione illius. Vaſa figuli probat fornax, & tentatio hominis in cogitatione illius. Culturam ligni oſtendit fructus illius: Sic loquutio cogitationis in corde hominis. Leo uenationi inſidiatur: Sic peccatum operantibus iniquitatem.

34 Quaſi qui apprehendit umbram, & qui perſequitur uentos: Sic qui intendit inſomnijs.

32 Homo peccator declinat correptionem, & ſecundum uoluntatem inuenit conſonantiam.

33. Rota currus præcordia fatui, & quaſi axis uerſatilis cogitatio illius.

Quaſi lutum figuli in manu ipſius omnes uiæ eius, ſecundum beneplacitum ipſius: Sic homo in manu eius qui fecit eum, ad reddendum eis ſecundum iudicium ſuum.

34. Qui intingitur à morbo, & iterum tangit eum, quæ utilitas in lauacro illius? Sic homo qui ieiunat in peccatis ſuis, & iterum uadit & hæc faciens: Orationem illius quis exaudiet? & quid proficit, humiliando ſe?

35 Speciosa miſericordia Dei in tempore tribulationis, quaſi nubes pluuiæ in tempore ſiccitatis.

40 Opes iniuſtorum ſicut fluuius ſiccabuntur, & ſicut tonitruum magnum in pluuijs perſonabunt.

Sapientiæ 2. Et tranſibit uita noſtra tanquàm ueſtigia nubis, & ſicut nebula diſſoluetur, quæ fugata eſt à radijs ſolis, & à calore eius aggrauata.

Sapien. 5 Tranſierunt omnia illa tanquàm umbra, et tanquàm nuncius præcurrens: & tanquàm nauis quæ pertranſit fluctuantem aquam, cuius cum præterierit, non eſt ueſtigium inuenire, neque ſemitam carinæ illius in fluctibus: aut tanquàm auis quæ tranſuolat in aëre, cuius nullum inuenitur

argu-

argumentum itineris illius, ſed tantum ſonitus alarum uerbe-rans leuem uentum: & ſcindens per uim itineris aërem, commotis alis tranſuolauit, & poſt hoc nullum ſignum inuenitur itineris illius: aut tanquàm ſagitta emiſſa in locum deſtinatum: diuiſus aër continuo in ſe recluſus eſt, ut ignoretur tranſitus illius: Sic & nos nati continuo deſiuimus eſſe, & uirtutis quidem nullum ſignum ualuimus oſtendere: in malignitate autem noſtra conſumpti ſumus. Talia dixerunt in inferno hi qui peccauerunt: quoniam ſpes impij tanq̃ ſi lanugo eſt, quæ à uento tollitur, & tanquàm ſpuma gracilis, quæ à procella diſpergitur: & tanquàm fumus qui à uento diffuſus eſt, & tanquàm memoria hoſpitis unius dici prætereuntis.

16. *Ingrati enim ſpes tanquàm hyemalis glacies, tabeſcet, & fluet tanquàm inutilis.*

IOB. 3 *Antequam comedam, ſuſpiro, & tanquam inundantes aquæ: Sic rugitus meus.* 5 *Per diem incurrent tenebras, & quaſi in nocte ſic palpabunt in meridie.* Eodem. *Ingredieris in abundantia ſepulchrum, ſicut infertur aceruus tritici in tempore ſuo.* 6 *Fratres mei prætericrunt me, ſicut torrens qui raptim tranſit in conuallibus.* 7. *Sicut ceruus deſiderat umbram, & ſicut mercenarius præſtolatur finem operis ſui: Sic & ego poſſedi menſes iniquos, & noctes laborioſas enumeraui mihi.* Eodem. *Sicut conſumitur nubes, & pertranſit: Sic qui deſcenderit ad inferos, non aſcendet.*
8 *Sicut umbra, dies noſtri ſunt ſuper terram.* 8 *Nunquid uirêre poteſt ſcirpus abſque humore? aut creſcere carectum ſine aqua? Cum adhuc ſit in flore, nec carpitur manu; ante omnes herbas areſcit: Sic uiæ omnium qui obliuiſcuntur Deũ, & ſpes hypocritæ peribit. Non ei placebit uecordia ſua, &*

ſicut

ſicut tela aranearum fiducia eius. 9 Dies mei ueslociores fuerunt curſore, fugerunt, & non uiderunt bonum. Pertranſierunt quaſi naues poma portantes, ſicut aquila uolans ad eſcam. 11 Vir uanus, in ſuperbiam erigitur, & tanquàm pullum onagri, ſe liberum natum putat. 12 Palpabunt quaſi in tenebris, & non in luce, & errare faciet quaſi ebrios.

13 Qui quaſi putredo conſumendus ſum, & quaſi ueſtimentum quod comeditur à tinea. 14 Qui quaſi flos egreditur & conteritur, & fugit uelut umbra, & nunquàm in eodem ſtatu permanet. Eod. Quomodo ſi recidant aquæ de mari, & fluuius uacuefactus areſcat: Sic homo cum dormierit, non reſurget, donec atteratur cœlum, non euigilabit, nec conſurget de ſomno ſuo. 15 Lædetur quaſi uinea, in primo flore botrus eius, & quaſi oliua proijciens florem ſuum.

20 Hoc ſeculo à principio ex quo poſitus eſt homo ſuper terram. Quod laus impiorum breuis ſit, & gaudium hypocritæ ad inſtar puncti. Si aſcenderit uſque ad cœlum ſuperbia eius, et caput eius nubes tetigerit. Quaſi ſterquilinium in fine perdetur, & qui cum uiderant, dicent: Vbi eſt? Velut ſomnium auolans non inuenietur, tranſiet ſicut uiſio nocturna. 21 Erant ſicut paleæ ante faciem uenti, & ſicut fauilla quam turbo diſpergit.

24 Ad nimium calorem tranſiet, ab aquis niuium, & uſque ad inferos peccatum illius. Sicut æſtus & calor abſorbent aquas niuis: Ita infernus eos qui peccauerunt. Eod. Et ſicut ſummitates ſpicarum conterentur. 27 Si comportauerit quaſi terram argentum, & ſicut lutum præparauerit ueſtimenta, præparabit quidem, ſed iuſtus ueſtietur illis, & argentum innocens diuidet. Aedificauit ſicut tinea domum

ſuam, & ſicut cuſtos fecit umbraculum. Et uelut turbo ra-
piet eum de loco ſuo. 29 In nidulo meo moriar, & ſicut
palma multiplicabo dies. Expectabant me ſicut pluuiam,
et os ſuum aperiebant quaſi ad imbrem ſerotinum. 30 Ab-
ſtuliſti quaſi uentus deſyderium meum, et uelut nubes per-
tranſijt ſalus mea. 32 Plenus ſum enim ſermonibus, et coar
tat me ſpiritus uteri mei En uenter meus quaſi muſtum abſ-
que ſpiraculo, quod lagunculas nouas diſrumpit.

EX PARAPHRASTICA INTERPRETATIONE in Pſalmos omnes per IOANNEM Campenſem.

PSALMVS I.

Modis omnibus beatus eſt ille uir, qui non ſecutus eſt conſilium eorum, qui ſine certa lege uiuunt, neque ſocius fuit eorum qui ſtudio faciunt malè, multò minus eò dementiæ peruenit, ut impoſtorum illi uita placuerit. Quin potius in doctrina domini totus erit, & doctrinam illius animo uoluet & reuoluet nocte ac die. Quare ſimilis erit arbori plantatæ iuxta riuulos aquarum, quæ fructum maturum proferet tempore oportuno, cuius ne unum quidem folium marceſcet, & quencunque illa fructum protulerit, utilitatem ille adferet aliam.

Longe aliter eueniet impijs exlegibus: erunt enim ueluti feſtuca, quæ ludibrium eſt uenti.

Pſalmo 2. Quando enim uidebitur illi, loquetur tanquàm iratus cum eis, & ueluti grauiter commotus turbabit, & irrita faciet omnia conſilia eorum.

Tamq; tibi erit facile, ſi rebellare uolucrint, confringere illos

illos ſceptro tuo ferreo, & poteſtate regia, quàm figulo frangere uaſculum quod paulò ante finxerat ipſe.

3 Exurge domine, & eam ſecuritatem redde mihi: ſerua me mi Deus, qui percutere ſoles omnium inimicorum meorum maxillas, & ignominioſe ueluti colaphum impingere illas, & dentes impiorum male de me loquentium confringere.

5 In ſermone hoſtium meorum nihil eſt, cui tuto fidi poßit, animus illorum ſpurcitijs plenus eſt, ſepulchro patenti & cadauerum pedore referto ſimile eſt guttur illorum, per quod erumpit uenenum quod geſtant in pectore, & palam fit ex uerbis illorum (quantumuis ad fallendum compoſita fuerint) aliud habere illos in ore, aliud in pectore.

7 Si enim qui dux eſt horum comprehenderit me, non aliter dilaniabit quàm leo ouiculam ſolet, quam nemo è faucibus eius eripit. Præparata apud ſe habet tela mortifera, parabit ea, quomodo ſolent qui ardentißime perſequuntur aliquem.

10 Modis omnibus, omni tempore nocere conabitur, quæ interim de illo altißime ſtatuis, penitus ignorat, ſed ueluti furibundus & cæcus aduerſarios ſuos uniuerſos uel ſolis minis perditurum ſe confidit.

Inſidias collocabit in occultis non minore crudelitate quàm leo inſidiatur ouiculæ ex antro ſuo: inſidiabitur enim in hoc, ut dilaniet eam, quo uiribus ſuperior erit: dilaniabit autem abſque ulla commiſeratione quicunque in illius rete inciderit.

11. Cum in domino ſpem meam poſuerim, qua fronte ri

dere audebitis me, dicentes: fuge de monte in montem: ſicut ſoles cum tuis, & abſconde uſquàm te in antro, ſicut conſueuit paſſer.

12 Verba & promiſsiones domini candidiſsimæ ſunt, ipſo argento igne diligentiſsime expurgato puriores, à quo arte & inſtrumentis ad eam rem aptis ablatum eſt quicquid inerat terræ impurioris, idq́; ſepties repetita purgatione.

14 Mirum profectò eos quibus mandata fuerat cura plebis: potuiſſe eò amentiæ peruenire, ut licere credant opprimere miſeros, & deuorare populum meum non maiore commiſeratione, quàm deuorari ſolet fruſtum panis, re ipſa certe uidentur de Deo nihil unquàm legiſſe, & officij ſui parum memores eſſe.

16 Oppoſui ueluti ſcopum ante oculos meos ſemper dominum, qui quia adeſt mihi ad latus dexterum, nemo perdere poterit me.

17 Me autem cuſtodi ea diligētia, qua cuſtodiri ſolet pupilla oculi, ſub umbra alarum tuarum abſconde me.

Libera me à metu impiorum qui ſubuertere ſtudent me, et hoſtium qui ſupplantare conantur me. Qui tam ſunt paſti bene & obæſi, ut aruina obſtructa uideantur ora illorum, quare contemptim & cum faſtu de alijs loquentur.

Quiſquis illorum ſimilis eſt leoni, qui maximo ſtudio inhiat prædæ, & catulo leonis qui inſidiatur ex locis occultis prætereunti ouiculæ.

18 Dominus inſtar rupis, & turris ſemper fuit mihi: ſeruator meus, dux meus & fortitudo mea, quare ſpem meam collocabo in eo, qui pro clypeo fuit mihi cornu ſalutis, et ipſiſſima mei protectio ſemper fuit ipſe.

In præ-

In præſentiſsimis periculis mortis cõſtitutus erã, ueluti cinctus uinculis mortiferis, torrẽtes enim diaboli terrebant me.

Aſcendebat fumus ab ira ipſius, & ueluti ignis ab ore illius cuncta deuaſtans, carbones accēdebantur ab ipſo.

Fecit tenebras latibulum ſuum circum ſe, in modũ tugurij habebat obſcuriſsimas aquas, & denſiſsimas nubes.

Præ fulgore quo apparet iuſtis, denſiſsimæ illæ nubes abeunt ad hoſtes, unà cum grandine, & ueluti ignitis carbonibus grandine permixtis.

Ipſe fecit ut pedes mei non minus eſſent ueloces quàm ſint ceruorum, & quoties opus fuit, ueluti in æditis locis, ubi tuto mihi eſſe licebat, collocauit me.

19 Eſtq́; perſimilis ſol ipſe ſponſo, qui exurgens egreditur de thalamo ſuo, geſtiens tanquàm uir ſtrennuus abſoluere curſum ſuum.

Iudicia domini ipſa ſunt ueritas, et modis omnibus æquiſſima.

Amabilia ſunt ipſa magis quàm aurum etiam ſi puriſsimum ſit & plurimum: & ſuauiora ſunt melle & fauo mellis dulciſsimo.

21 Aeſtuare facies eos tanquàm furnum incenſum, quo tempore iratum te illis oſtendens domine, ira tua diſsipabis eos, & deuorabit eos ignis.

Conati ſunt enim crimen tibi impingere, idq́; magno ſtudio, ſed perficere non potuerunt. Quare ſepones eos ab alijs, & facies eorum tanquàm ſcopum ſagittis tuis aſsidue petes.

22. Ego uere uermis eſſe uideor magis quàm uir, ſterquilinium Adæ & infimæ plebis fex.

Aperuerunt aduerſum me os ſuum, non aliter quàm leo inhians prædæ & præ fame rugiens. Tanquàm aqua flui-

dus factus ſum & ſoluta ſunt omnia membra mea, cor meum ueluti cera defluxit intra præcordia mea.

Exaruit tanquàm teſta omne robur meum.

27 *Abſconderet enim tum me in tabernaculo ſuo, nec ſineret unquàm ſentire me incommodi quicquàm: occultaret me in penetralibus domus ſuæ, & ueluti ſupra petram hoſtibus meis inacceſſam, collocaret me.*

Oſtende mihi domine uiam qua itur ad te, & porrecta manu (quemadmodum paruulo mater ſolet) duc me per ſemitam rectam, ne hoſtes mei uiam intercipiant mihi.

29 *Confringit dominus cedros Libani. Et ſubſilire faciet inſtar uituli Libanum, & ipſum montem Sirion non aliter quàm pulli ſolent unicornium.*

Tu profecto domine muniuiſti id quod præcipuum eſt, & ueluti mons in me munitione firmiſsima.

32 *Quia per diem & noctem ingraueſcebat manus tua contra me, ſic mutatus ſum: ut ex ſucculento factus ſim aridior, quàm ſunt ariſtæ in media meſſe.*

Tantum ne ſimiles efficiamini equo uel mulo, qui non ſolum nihil intelligit beneficiorum in ſe collatorum: ſed capiſtro uel freno os eius conſtringere oportet, ne appropinquet & mordeat uos.

33 *Verbo domini cœli facti ſunt, & ſpiritu oris eius uniuerſus ornatus eorum. Colligit ueluti in cumulum aquas maris, & concludit certo loco ſeruandas abyſſos, non aliter quàm theſauri ſolent.*

35 *Conuertantur in fugam & infames fiant, quotquot machinantur mala mihi, fiant ſimiles feſtucæ, quæ raptatur flatu uenti, & angelus domini inſequatur eos.*

Nihil

37 Nihil te moueat ſi ſceleratos uideris opulentos, nec illis inuideas proſperitatis tantillum. Similes enim deprehendentur fœno, quod exortum minimo durat tempore, & herbæ ſimiles erunt uirenti quæ marceſcit ſubito.

Committe domino ſtatum rerum tuarum, fide illi, optima enim fide curabit & te & tua omnia. Et faciet ut tam ſit conſpicua iuſtitia tua, quàm eſt lumen ſolis: & æquitates tuæ (licet nunc nonnihil obſcurentur impiorum felicitate) tam claræ fient quàm eſt ſol in ipſo meridie.

37 Impij peribunt interim, & inimici domini non aliter quàm adeps agnorum qui adoletur ſuper altare, finem capient, unà cum fumo deficient.

Vidi impium potentem & uirentem & ſimilem lauro quæ uiret perpetuo. Sed paulo poſt obiter præteriui locum in quo antea floruiſſet ille, uerum inueniri non potuit, euanuerat enim.

38 Ego uere tanquàm ſurdus audire diſſimulabam, & factus ſum uelut mutus non aperiens ad reſpondendum os ſuum.

Et ſimilis eram uiro qui nihil audit, nec diluit quæ illi obijciuntur crimina.

39 Concaluit intra me cor meum, & quum animo reuoluerem quibus in malis eſſem, nõ aliter æſtuabam quàm ſi ignis intra me arderet.

42 Quomodo ceruus anhelare ſolet ad riuulos aqua plenos: Ita anhelat anima mea ut perueniat ad te.

Abyſſus una aliam inuitat ſono, qualem ædere ſolent cataractæ tuæ maximum.

44 Similes nos feciſti ouibus mactationi deſtinatis.

45 Erumpit ex corde meo ſermo optimus, quem unà cum reliquis operibus meis dedico regi, & lingua mea non minus prompte excipit, quæ illi ſuggerit animus, quam ſcribit calamo is qui ſcribendi eſt peritiſſimus.

46 Dominus, in cuius poteſtate ſunt omnes exercitus adeſt nobis, inſtar firmiſſimæ baſis eſt nobis Deus Iacob.

48 Terror inuaſit eos ipſo in loco, & dolor qualis mulierem ſolet parturientem. Fracti ſunt animo quomodo tempeſtate ab orientali plaga exorta confringi ſolent naues Tharſis.

49 Sicut oues deducentur ad inferos, ubi pabulum erunt morti perpetuæ, & triumphabunt de eis iuſti tempore matutino.

52 Sermonem peſtilentem ſuppeditat ſceleratus animus linguæ tuæ, quæ ſimillima eſt nouaculæ acutæ quum ad ſecandam barbam adhibita, aberrat & iugulum petit.

Ego interim ſimilis ero oleæ uirenti, idq; in domo Dei.

55 Ignorare ne potuerunt ſcelerati illi, qui deuorant plebeculam meam nõ aliter, quàm deuorari ſolet fruſtum panis, non hæc licere illis: nihil unquàm de Deo legerunt?

55 Blandius fecit quiſq; eorum os ſuum lacte, quũ tamen prælium inſtituerent in animum, gratioſiores uiſi ſunt ſermones eorum quouis unguento, quum re ipſa eſſent gladij.

57 Verſari cogor inter leones potius quàm homines, & dormire inter furioſos: & homines quorum dentes ſimiles ſunt lanceis & ſagittis, & lingua gladio acuto.

58 Venenum eorum ſimile eſt ueneno ſerpentis, & callidiſſimæ aſpidis ultro obſurdeſcentis & obturantis aures ſuas, ut non cogatur audire uocem eorum qui murmure

ſuaui fallere illam conantur, etiamſi incantandi artibus ſint inſtructiſsimi. Diffluãt ſicut aquæ natura labiles, ſagittæ quas iaculantur inter uolandum confringantur. Similes fiant limaci, qui inter repẽdum colliqueſcit, & abortiuo, uel talpæ quæ non uidet ſolem.

59. Reuertentur ad ueſperam, oblatrabunt tanquam canes, ad ciuitatem circuibunt.

61. Tu autem ſpes mea ſemper fuiſti, & inſtar turris munitiſsimæ contra hoſtes.

63. Deus potẽtiſsimus mihi Deus es, quare ſummo ſtudio mane quæram te: ſitiuit enim te anima mea, deſiderauit te caro mea in terra hac deſerta, et propter inopiam aquæ perpetuæ ſiccitatis damnata. Non aliter quàm terra hæc aquã deſiderat, ego te in loco ſanctitati tuæ deſtinato uidere cupiui, & contemplari potentiam & maieſtatem tuam.

Non aliter quàm ſi adipe & pinguedine ueluti delicatiſſimis cibis, tum ſaginabitur anima mea, quum labijs exultatione pleniſsimis laudes tuas decantabit os meum.

64. Abſconde me à multitudine prauorum, ſecreto conſultantium aduerſum me, & à conſpiratione ſceleratorum. Qui exacuerunt non aliter quàm exacui ſolẽt gladij, linguas ſuas: ſagittas, quibus peti hoſtes capitales ſolẽt, ſimilis factus eſt uirulentus ſermo illorum.

78. Mandauit ergo nubibus quæ ſupra eos in aëre pendebant, & tanquam ianuas cœli aperuiſſet, nubes ipſas rupit. Et in modum pluuiæ decidere fecit inter eos Man, frumenti genus nunquam uiſum hominibus.

Eduxit autem illinc ex Aegypto tanquam oues populum ſuum, & deduxit eos tanquam gregem per loca deſerta.

Et expergefactus eſt tandem dominus quomodo ſolet qui uino obrutus poſt longum ſomnum redit ad ſe, & iterũ uino exhilarans ſeſe fortiter pericula aggreditur.

84. Quàm amabilia ſunt tabernacula tua domine exercituũ: Sic amore capiebatur, ut uix eſſet apud ſe anima mea, quoties mentio fiebat atriorum domini.

Qui diligentius protegere nos ſoles quàm ullum poßit ſcutum, aſpice Deus.

83. Deus fac ſint quæſo tam inſtabiles, quàm eſt ulla rota, & ſimiles feſtucæ quæ non poteſt reſiſtere uento.

Sicut ignis in ſyluam immiſſus, & flamma in cacumen montium, quæ per obuia dumeta uolitans uaſtat cuncta abſque ullo impedimẽto: Sic tu perſequere eos tempeſtate miſſa abs te, & excitato turbine perturba eos.

89. Tu percußiſti potentißimum illum Aegypti regem, non maiore negotio, quàm ſi res tibi fuiſſet cum aliquo uiribus omnibus deſtituto.

90. Velocißime properare annos hominum iubes, & priuſquam ad ſe reuerſus homo cogitet, quid ſibi in uia acciderit, elapſos ſentiet illos ueluti ſomnium quoddã: mane enim initio uitæ tanquam herba quædam ſuccreſcet, & aliquid eſſe apparebit. Mane inquam uirebit & aliquo uſque ſuccreſcere uidebitur, & ad ueſperam uero ſuccidetur & areſcet.

92. Quod uirere uidentur impij ſicut gramen terræ & florere plurimi homines ſcelerati, non hoc felicitatis corũ putandum eſt, ſed damnationis perpetuæ argumentum. Iuſtus quemadmodum palma florebit, & ſicut cedrus in Libano in altum ſuccreſcet.

Mon-

97 Montes tãquam cera ſoluti ſunt, & præ metu apud ſe non fuerunt propter præſentiam domini.

102. Conſumpti ſunt, ueluti fumus euaneſcens dies uitæ meæ, & oſſa mea tanquam focus, aſſiduo ardore exiccata ſunt. Simile fœno quod amputatum ardore ſolis exiccatur, eſt cor meũ: & oblitus ſum nimia præ calamitate ſumere cibum mihi. Similis factus pellicano, qui in auijs & deſertis habitat locis: & nycticoraci conſortia reliquarum auium fugienti. Præ ſolicitudine ſonum non indulſi oculis meis: & ſimilis mihi eſſe uidebar paſſeri mœſto, qui ſolus in foramine deſidet ſub tecto. Dies mei ſimiles ſunt umbræ, quæ aſſidue fit maior, & tenebris propinquior: ego enim non aliter quàm fœnum breuiſsime exareſcam.

Cœli peribunt, tu uerò ſtabilis perſiſtes, & alia omnia, tã quam ueſtis atterentur, & ueluti pallium mutabis ea, & tua imperio cedere cogentur.

113. Dei beneficio, quemadmodum aquila, quæ roſtrum ob uetuſtatẽ nimis aduncũ abijcit, & iuuentam recipit: tu quaque ob peccatum ſqualida, & ſeneſcens florem iuuentutis recipies. Homuncio miſerabilis fœno in uita ſui ſimilis eſt, & nõ aliter quàm floſculus aliquis ad tempus florebit.

Sicut pater obliuiſci non poteſt affectus paterni, ſed miſeret illum filij, etiam dum flagellat ipſum: Ita dominus nunq̃ deſinet eſſe miſericors in eos, qui reuerentur illum.

104. Induit lumen tanquam ueſtimentum, extendit cœlũ tanquam tentorium. Qui tegit aquis ſupremas partes illius, qui utitur nubibus pro uehiculo, uolat uelocius quàm ſi alas haberet ex uento, profundiſsimis aquis ueluti ueſtimento cooperuit eam: ſupra montes (ſi iuſſerit ille) ſtabunt aquæ.

Rapta-

102. *Reptabuntur nunc huc, nunc illuc, & motabuntur non aliter quàm ebrius: & quantumuis alioqui uariarum rerum periti, et ſapientes fuerint, ibi ſapientia deſtituet eos.*

109. *Omni ex parte armauit ſe maledicentia, & tanquam ueſte ſua cœpit ea ſeſe, & penetrauit quemadmodum aqua quam quis bibit uſque in penetralia uentris, immo uelut in oſſa illius. Quare ſit illi (quia ita uoluit) ueluti pallium quo operire ſolet totum ſeſe, & ueluti cingulũ, quod totum ambire hominem conſueuit.*

66. *Probaſti nos Deus, igne nos examinaſti ſicut examinatur argentum.*

68. *Sicut ſine negocio diſpergitur à uento fumus, ita diſperges illos tu: & ſicut liqueſiat cæra igni adhibita, ſic peribunt impij aduentante Deo.*

Si hucuſq; inter fuligine obductas ollas iacuiſtis, & tam atri quàm carbo facti eſtis, eritis poſthac tam candidi quàm alæ alicuius columbæ, etiamſi argento exornata fuerit.

71. *Qui afflixiſti me afflictiõibus multis & moleſtis, ſed reuerſus ad me ira depoſita animum reſtituiſti mihi, ut ueluti è barathro terræ, placator factus, extraxiſti me.*

72. *Sit aduentus eius tam gratus, quàm eſt pluuia decidens de cœlo ſuper frumentum recens demeſſum, & imbres irrigantes ſitientem terram.*

73. *Quemadmodum ſomni (quantumuis dormienti gratus fuerit) reliquum nihil eſt, ubi quis uigil factus fuerit: Ita eorum, quibus hic ſe felices putabãt, reliquum illis nihil erit, quin potius tu domine in ciuitate etiam imagines illorum contemptibiles omnibus reddes.*

74. *Sublata uoce clamauerunt aduerſarij tui uictores*

ipſis

ipſis feſtis tuis ſolennibus,nõ aliter quàm pij ſolent præ gau dio cantare in honorem tuum,crexerunt uexilla ſua in tro-phæum. Palàm uidentibus cunctis aſcenderunt uaſtaturi tẽ-plum tuum,non aliter quàm ſyluam lignorum ingreßi arbo-res truncare ſolent.

76. Conſpicuus apparuiſti tu & ferox in hoſtes magis q̃ ullus leo uel urſus egreſſus ad prædãdum è montibus, qui re-ceptacula eſſe ſolent rapacium animalium.

77. Auditur è cœlo tonitru uehementer ſonorum:illumi nant & ueluti lucere faciunt orbem fulgura.

Duxiſti olim non aliter,quàm paſtor gregem ſibi commiſ ſum ſolet,populum tuum miniſterio Moſæ & Aaron.

78. Diuiſit mare & tranſmiſit illos,ſtare iußit aquas na tura ſua fluidas,tanquàm molem marmoream.

Duxit eos nube contectos contra ardorem ſolis per diẽ, per totas noctes lumen præbuit illis, quale luculentus præ-bere ſolet ignis.

109. Sicut umbra quæ inclinante iam die aßidue creſ-cit,& è tenebris noctis propinquior fit:Ita et ego abij et ab-eo aßiduo magis, interim uagari cogor de loco ad locum, quemadmodum locuſta ſaltat nunc huc nunc illuc:nullam cer tam habens ſedem.

114. Montes ſubſilierunt tanquam arietes,& colles uelu ti agni ouium.

Qui contra naturam lapidis effecit, ut è petra maxima copia fluxerint aquæ,& è ſilice ueluti è fonte maximo.

118. Circũdent me tã copioſi & mordaces,q̃ eſſe ſolẽt exa mina apũ:extinguantur tam ſubito, q̃ ignis per ſtipulas uoli tans:domini enim fretus auxilio nullo negocio ſubuertã illos.

119. Quamuis ſimilis eſſet cutis mea utri fumo in rugas exiccato, mandatorum tamen tuorum non ſum oblitus.

Veluti ſcoriam craſiſti è reliquo hominum numero omnes impios qui erãt in terra, propterea amaui admonitiões tuas Quare amaui præcepta tua magis quàm aurum etiam purgatiſſimum. Aberraui ſicut ouicula quæ peritura uidetur, require ſeruum tuum.

Quemadmodum oculi ſeruorum obſeruant manus dominorum ſuorum, & oculi ancillæ obſeruant manum dominæ ſuæ, ut longo labore fatigati cibum recipiant, ad eundem modum oculi noſtri obſeruant dominum Deum noſtrum, ut ille miſereatur noſtri.

124. Quinpotius animæ noſtræ liberatæ ſunt, quemadmodum captus paſſer, qui præter ſpem elabitur è rete aucupis: rete enim frangebatur, & quomodo ille auolauit, ita & nos liberati ſumus.

125. Quotquot ſe credunt domino, erunt ſicut mons Siõ, qui nunquam tollitur de loco ſuo.

128. Vxor tua ſimilis erit uiti fructiferæ, quæ ſeſe propagabit per omnia latera domus: & filij tui ueluti plantulæ oliuarum cingentes menſam tuam.

129. Dorſo meo tantũ oneris impoſuerũt, ut ſigna in eo apparuerint, qualia aratores agri imprimere ſolent, & ueluti longos ſulcos induxerint.

Fiant ſimiles herbæ creſcenti in tectis domorum, quæ priuſquam in eam magnitudinem excreuerit, ut demeti poſſit, exaruit.

131. Si non ſic compoſui & compeſcui animum meum, ne alius uideretur collatus tecum, quàm infans ab uberibus ma

tris ſuæ recens depulſus, qui ſolus figere greſſus non poteſt, ſed matris ſuſtentatur manu: ſi non ita ſemper me iudicaui ſine tuo auxilio nihil poſſe, & animam meã eiuſmodi infanti ſimilem, fruſter ſpe mea penitus.

133. Dici non poteſt quàm bona ſit res & ſuauis, habitare unà fratres intra ſe concordes. Suauior erit eorum concordia oleo illo fragrantiſſimo, quod fundi ſolet in caput, & defluere in barbam, barbam inquam ipſius Aaron, & in oras deinde ueſtium illius. Suauior erit rore qui deſcendit in montem Hermon: uel rore qui deſcendit in montem Sion.

140. Exacuerunt linguas ſuas ut magis ſint noxiæ quàm ſerpentum, uenenum aſpidis admixtum habet ſermo illorũ, quod latet ſub lingua in pectore illorum.

141. Sicut qui amputant arbores & findunt ligna, & per terram ſpargunt huc atq; illuc, quæ amputata ſunt, ſic oſſa noſtra diſperſa fuerunt, & ſoluta præ metu mortis: ad ipſum enim ſepulchrum uſq; perueneramus.

144. Homo ipſi uanitati quàm ſimillimus eſt, dies uitæ illius obſcuri ſimiles ſunt umbræ quæ aſſiduo magis ad noctis caliginem tendit.

Vt ſint filij noſtri uelut plantulæ eleganter auctæ in adoleſcentia ſua: filiæ noſtræ formoſæ ueluti angulares columnæ ſummo ſtudio exornatæ, quales in templis & regum domibus conſpiciuntur.

ISAIAE I.

Si fuerint peccata ueſtra ut coccinum, quaſi nix dealbabuntur. Et ſi fuerint rubra ſicut uermiculus, uelut lana alba erunt.

Læta-

9. *Lætabuntur coram te ſicut qui lætãtur in meſſe, ſicut exultant uictores capta præda.*

92. *Et erit ſicut ſomnium uiſionis nocturnæ, multitudo omnium gentium, & quæ ſequuntur.*

40. *Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quaſi flos agri, exiccatum eſt fœnum, & cecidit flos: quia ſpiritus domini ſufflauit in eo. Vere fœnum eſt populus. Exiccatum eſt fœnum & cecidit flos.* VERBVM AVTEM DOMINI MANET IN AETERNVM.

44. *Deleui ut nubem iniquitates tuas, & quaſi nebulam peccata tua.*

53. *Et aſcendet ſicut uirgultum coram eo, & ſicut radix de terra ſitienti. Eodem. Sicut ouis ad occiſionem ducetur, & quaſi agnus coram tondente ſe obmuteſcet, & non aperiet os ſuum.*

57. *Impius autem quaſi mare feruens quod quieſcere nõ poteſt, & redundant fluctus eius in conculcationem.*

55. *Et quomodo deſcẽdit hymber & nix de cœlo, & illuc ultra non reuertitur, ſed inebriat terram, & infundit eam, & germinare eam facit, & dat ſemen ſerenti, & panem comedenti: Sic erit uerbum meum quod egredietur de ore meo. Non reuertetur ad me uacuum, ſed faciet quæcunq; uolui, & proſperabitur in his ad quæ miſi illud.*

64. *Et facti ſumus ut immundus omnes nos, & quaſi pãnus menſtruatæ uniuerſæ iuſtitiæ noſtræ. Et cecidimus quaſi foliũ uniuerſi, et iniqtates noſtræ quaſi uẽtus abſtulerũt nos.*

66. *Quomodo ſicut mater blandiatur: Ita ego conſolabor uos.*

Iere. 2. Quomodo confunditur fur quando deprehenditur:

tur: Sic confuſi ſunt domus ISRAEL ipſi & reges eorũ, principes & ſacerdotes, & Prophetæ eorum, dicentes ligno, pater meus es tu, & lapidi, tu me genuiſti.

3. Sed quomodo ſi contemnet mulier amatorem ſuum: Sic contempſit me domus Iſraël, dicit dominus.

Eodem. Frons mulieris meretricis facta eſt tibi, & noluiſti erubeſcere.

5. Inuenti ſunt in domo mea impij, inſidiantes quaſi aucupes, laqueos ponentes, & pedicas ad capiendos uiros. Sicut decipula plena auibus: Sic domus eorum plenæ dolo: nõ ideo magnificati ſunt & ditati, ſuccraſſati ſunt & impinguati, & præterierunt ſermones meos peßime.

6. Sicut frigidam facit ciſterna aquam ſuam: Sic frigidã fecit malitiam ſuam.

8. Omnes conuerſi ſunt ad curſum ſuum, quaſi equus impetu uadens ad prælium.

13. Sicut enim adhæret lumbare ad lumbos uiri: Sic adglutinaui mihi domum Iſraël, & omnem domum Iuda dicit dominus, ut eſſent mihi in populum, & nomẽ, & laudẽ, & gloriam, & non audierunt.

17. Maledictus homo qui confidit in homine, & ponet carnem brachium ſuum, & à domino recedit cor eius. Erit enim quaſi mirycæ in deſerto, & non uidebit cum uenerit bonum, ſed habitabit in ſiccitate in deſerto, in terra ſalſuginis et inhabitabili. Benedictus uir qui cõfidit in domino, & erit dominus fiducia eius. Et erit quaſi lignum quod traſplãtatur ſuper aquas, quod ad humorem immittit radices ſuas, & non timebit cũ uenerit æſtus, & erit foliũ eius uiride, & in tẽpore ſiccitatis nõ erit ſolicitũ, nec aliquando deſinet facere fructũ.

19.*Sic conteram populum iſtum & ciuitatem iſtam, ſicut conteritur uas figuli, quod non poteſt ultra inſtaurari.*

11.*Et ego quaſi agnus mãſuetus qui portatur ad uictimã.*

18. *Nunquid ſicut figulus iſte, non potero uobis facere domus Iſraël, ait dominus. Ecce ſicut lutum in manu figu li: Sic uos domus Iſraël in manu mea.*

20.*Et factus eſt ſermo domini in corde meo quaſi ignis ex æſtuans, clauſusq́; in oſſibus meis & defeci ferre nõ ſuſtinẽs.*

23.*Nunquid non uerba mea ſunt quaſi ignis dicit dominus, & quaſi malleus conterens petram?*

29.*Sicut ficus hæ bonæ: Sic cognoſcam tranſmigrationẽ Iuda, quem emiſi de loco iſto, in terram Chaldæorum, in bonum. Et ſicut ficus peſſimæ, quæ comedi non poſſunt, eò quòd ſint malæ, hæc dicit dominus Deus: Sic dabo Sedechiam regem Iuda, & principes eius, & reliquos de* IERVSALEM.

33.*Sicut enumerari nõ poſſunt ſtellæ cœli, & metiri arenæ maris: Sic multiplicabo ſemen Dauid ſerui, & Leuitas miniſtros meos.*

34. *Sicut paſtor uiſitat gregem ſuũ in die quando fuerit in medio ouium ſuarum diſſipatarum: Sic uiſitabo oues meas, & liberabo eas de omnibus locis in quibus diſperſæ fuerant in die nubis & caliginis.*

Ezech. cap. 3. Ecce dedi faciẽ tuam ualentiorẽ faciebus eorum, & frontem tuam duriorem frontibus eorum. Vt adamantẽ, & ut ſilicem dedi faciem tuam, ne timeas eos, neq; metuas à facie eorum: quia domus exaſperans eſt.

13.*Væ Prophetis inſipientibus, qui ſequuntur ſpiritum ſuum, &*

um, & nihil uident. Quaſi uulpes in deſerto prophetæ tui Iſraël.

14. Iuxta iniquitatem interrogantis, ſic iniquitas Prophetæ erit.

15. Quomodo lignum uitis inter ligna ſyluarum quod dedi igni ad deuorandum, ſic tradidi habitatores Ieruſalem.

13. Væ qui conſuunt puluillos ſub omni cubito manus, & faciunt ceruicalia ſub capite uniuerſæ ætatis, ad capiendas animas. Et cum caperent animas populi mei, uiuificabãt animas eorum. Et uiolabant me ad populum meum propter pugillũ hordei & fragmentum panis, ut interficerent animas quæ non moriuntur, & uiuificarent animas, quæ non uiuunt, mentientes populo meo credenti mendacijs.

22. Fili hominis uerſa eſt mihi domus Iſraël in ſcoriam, omnes iſti æs, & ſtannum, & ferrum, & plumbum in medio fornacis, ſcoria argenti facti ſunt.

Cap. 22. Vt conflatur argentum in medio fornacis: Sic eritis in medio eius. Coniuratio Prophetarum in medio eius, ſicut leo rugiens, capienſq; prædam, animas deuorauerunt, opes & precium acceperunt, uiduas eius multiplicauerũt in medio eius. Principes eius in medio illius quaſi lupi rapiẽtes prædam ad effundendũ ſanguinem, & ad prodendas animas & auare ſectanda lucra.

Daniel. 2. Quomodo ferrum cõminuit & domat omnia: Sic comminuet & conteret omnia hæc. Quod autem uidiſti ferrum miſtum teſta ex luto, commiſcebuntur quidem humano ſemine, ſed non adhærebunt ſibi, ſicut ferrum miſceri non poteſt teſtæ.

12. Qui aũt docti fuerunt, fulgebunt quaſi ſplendor firma

menti, & qui ad iuſtitiam erudiunt multos, quaſi ſtellæ in per petuas æternitates.

Daniel. 3. Sicut in holocauſto arietum & taurorum, & ſi cut in millibus agnorum pinguium: Sic fiat ſacrificium no ſtrum in conſpectu tuo hodie, ut placeat tibi, quoniam nō eſt confuſio confidentibus in te.

Oſee cap. I.

Et erit numerus filiorum Iſraël quaſi arena maris, quæ ſi ne menſura eſt, & non numerabitur.

6. Sciemus, ſequemurq́; ut cognoſcamus dominum: quaſi diluculum præparatus eſt egreſſus eius, & ueniet quaſi hym ber nobis temporaneus & ſerotinus terræ. Quid faciam ti bi Ephraim? quid faciam tibi Iuda? miſericordia ueſtra quaſi nubes matutina, & quaſi ros mane pertranſiens.

Galaad ciuitas operantium idolum, ſupplantata ſangui ne, & quaſi fauces uirorum latronum, particeps ſacerdotum, in uia interficientium, pergentes de Sichem, quia ſcelus ope rati ſunt.

7. Omnes adulterantes, quaſi clibanus ſuccenſus à coquē te. Quieuit paululum ciuitas à commiſtione fermenti, donec fermentaretur totum.

Quia applicauerunt quaſi clibanum, cor ſuum, cum inſi diaretur eis, tota nocte dormiuit coquens eos, mane ipſe ſuc cenſus quaſi ignis flammæ.

Omnes calefacti ſunt quaſi clibanus, & deuorauerunt iu dices ſuos.

Et factus eſt Ephraim quaſi columba ſeducta, non habēs cor: Aegyptum inuocabant, & ad Aſſyrios abierūt. Et cū pro fecti fuerint, expandam ſuper eos rete meum: quaſi uolucrē

cœli

cœli detraham eos, cædam eos ſecundum auditionem cœtus eorum.

Reuerſi ſunt, ut eſſent abſque iugo: facti ſunt quaſi arcus doloſus.

9. Speculator Ephraim cũ Deo meo: Propheta laqueus ruinæ factus eſt, ſuper omnes uias eius inſania in domo Dei eius. Profunde peccauerũt, ſicut in diebus Gabaa, recordabitur iniquitatis eorũ, & uiſitabit peccata eorũ: Quaſi uuas in deſerto inueni Iſraël: quaſi prima poma ficulneæ in cacumine eius uidi patres eorum: ipſi autem intrauerunt ad Beelphegor, & abalienati ſunt in confuſionem, & facti ſunt abominabiles, ſicut ea quæ dilexerunt.

Ephraim quaſi auis auolauit, gloria eorum à partu & ab utero, & à conceptu.

10. Loquimini uerba uiſionis inutilis, & ferietis fœdus in mẽdacio: & germinabit quaſi amaritudo, iudicium ſuper ſulcos agri. Tranſire fecit Samaria regem ſuum, quaſi ſpumam ſuper faciem aquæ.

11. Sicut mane tranſijt, pertranſijt rex Iſraël. Poſt dominum ambulabunt, quaſi leo rugiet, quia ipſe rugiet, & formidabunt filij maris. Et auolabunt quaſi auis ex Aegypto, & quaſi columba de terra Aſſyriorum, & collocabo eos in domibus ſuis, dicit dominus.

13. Et nunc addiderunt ad peccandum, feceruntq́; ſibi cõflatile de argento ſuo quaſi ſimilitudinem idolorum, factura artificum totum eſt, his ipſi dicunt: Immolate homines uitulos adorantes. Idcirco erũt quaſi nubes matutina, & ſicut ros matutinus præteriẽs, ſicut puluis turbine raptus ex area, et ſicut fumus de fumario.

Et ego ero eis quaſi leæna, ſicut pardus in uia Aßyriorū: occurram eis quaſi urſa raptis catulis, & dirumpam interiora iecoris eorum, & conſumam eos ibi quaſi leo: beſtia agri ſcindet eos.

14. *Ero quaſi ros Iſraël, germinabit ſicut lilium, & erũpet radix eius ut Libani. Ibunt rami eius, & erit quaſi oliua gloria eius, & odor eius ut Libani.*

IOEL *cap.* II.

Ante faciẽ eius ignis uorãs, & poſt eum exurens flamma, quaſi hortus uoluptatis terra coram eo, & poſt eum ſolitudo deſerti, neq; eſt qui effugiat eum.

Quaſi aſpectus equorum, aſpectus eorũ, & quaſi equites, ſic current. Sicut ſonitus quadrijugarum ſuper capita montium exilient, ſicut ſonitus flammæ ignis deuorantis ſtipulam, uelut populus fortis præparatus ad prælium.

AMOS *cap.* II.

Ecce ego ſtridebo ſubter uos, ſicut ſtridet plauſtrum onuſtum fœno.

3. *Nunquid ambulabunt duo pariter, niſi conuenerit eis? nunquid rugiet leo in ſaltu, niſi habuerit prædam? nũquid dabit catulus leonis uocem de cubili ſuo, niſi aliquid apprehenderit? nunquid cadet auis in laqueum terræ abſq; aucupe? nunquid auferetur laqueus de terra antequam quid ceperit?*

Quomodo ſi eruat paſtor de ore leonis duo crura, aut extremum auriculæ: Sic eruentur filij Iſraël qui habitant in Samaria, in plaga lectuli & in damaſci grabbato.

4. *Subuerti uos, ſicut ſubuertit Deus Sodomam & Gomorrham, & facti eſtis quaſi torrens raptus ab incendio.*

5. *Quomodo ſi fugiat uir à facie leonis occurrat ei urſus,*

ſus, & ingrediatur domum, & innitatur manu ſua ſuper parietem, & mordeat eum coluber.

Aufer à me tumultum carminum tuorum, & cantica lyræ tuæ non audiam. Et reuelabitur quaſi aqua iudicium, & iuſtitia quaſi torrens fortis.

6. Nunquid currere queunt in petris equi, aut arari poteſt in bubalis?

8. Iurauit dominus in ſuperbiam Iacob, Si oblitus fuero uſq; in finem omnia opera eorum. Nunquid ſuper iſto non cõmouebitur terra, & lugebit omnis habitator eius, & aſcendet quaſi fluuius uniuerſus, & deijcietur, & defluet quaſi riuus Aegypti?

9. Et dominus Deus exercituum qui tangit terram & tabeſcet, & lugebunt omnes habitantes in ea: & aſcendet ſicut riuus omnis, & defluet ſicut fluuius Aegypti.

Ecce enim mandabo ego, & concutiam in omnibus gentibus domum Iſraël, ſicut concutitur in cribro: & non cadet lapillus ſuper terram.

MICHEAE *cap.* I.

Et conſumẽtur montes ſubtus eũ: & ualles ſcindentur ſicut cera à facie ignis, ſicut aquæ quæ decurrunt in præceps.

3. Qui comederunt carnem populi mei, & pellem eorum deſuper excoriauerunt: & oſſa eorum confregerunt, & conciderunt ſicut in lebete, & quaſi carnem in medio ollæ.

Nunc quare mœrore contraheris? nunquid rex non eſt tibi, aut conſiliarius tuus perijt, quia comprehendit te dolor ſicut parturientem.

5. Et erunt reliquiæ Iacob in medio populorum multo-

rum quaſi ros à domino, & quaſi ſtillæ ſuper herbam quæ nõ expectat uirum, & non præſtolatur filios hominum.

5. Et erunt reliquiæ Iacob in medio populorum multorũ, quaſi leo in iumentis ſyluarum, & quaſi catulus leonis in gregibus pecorum, qui cum tranſierit, & conculcauerit, & cepe rit, non eſt qui eruat.

7. Væ mihi, quia factus ſum ſicut qui colligit in autũno ra cemos uindemiæ, non eſt botrus ad comedendum, præcoquas ficus deſiderauit anima mea.

NAVM CAP. I.

Ante faciem indignationis eius quis ſtabit? & quis reſiſtet in ira furoris eius? indignatio eius effuſa eſt ut ignis: & petræ diſſolutæ ſunt ab eo.

Quia ſicut ſpinæ ſe inuicem complectuntur: Sic conuiuiũ eorum pariter potantium. Conſumentur quaſi ſtipula aridi tate plena.

2. Miles captiuus abductus eſt, & ancillæ eius minabantur, gementes ut columbæ, murmurantes in cordibus ſuis. Et Niniue quaſi piſcina aquarum aquæ eius. Facies omniũ eorum ſicut nigredo ollæ.

Ca. 3. Omnes munitiones tuæ ſicut ficus cum groſſis ſuis ſi concuſſæ fuerint, cadent in os comedentis.

Cuſtodes tui quaſi locuſtæ, & paruuli tui quaſi locuſtæ locuſtarum, quæ conſidunt in ſæpibus in die frigoris, ſol ortus eſt & auolauerunt, & non eſt cognitus locus earum ubi fuerint.

HABACHVC *cap.* I.

Leuiores pardis equi eius, & ueolociores lupis ueſpertinis, & diffundentur equites eius, equites nanque eius delon-

delonge uenient, uolabunt quaſi aquila feſtinans ad comedendum, omnes ad prædam uenient: facies eorum uentus urens, & congregabit quaſi arenam, captiuitatem.

Et facies hominis quaſi piſces maris, & quaſi reptile non habens principem.

Cap. 2. Et quomodo uinum potantem decipit: Sic erit uir ſuperbus, & non decorabitur, qui dilatauit quaſi infernus animã ſuam, & ipſe quaſi mors, & non adimpletur: & congregabit ad ſe omnes gẽtes: et coaceruabit ad ſe omnes populos.

Væ ei qui multiplicat non ſua, uſquequo & aggrauat contra ſe denſum lutum.

Cap. 3. Percuſſiſti caput de domo impij, denudaſti fundamentum uſque ad collum ſemper. Maledixiſti ſceptris eius capiti bellatorum eius uenientibus ut turbo ad diſpergendum me. Exultatio eorum ſicut eius qui deuorat pauperem in abſcondito.

Sophonias cap. 1. Et tribulabo homines, & ambulabunt ut cæci, quia domino peccauerunt: & effundetur ſanguis eorum ſicut humus, & corpora eorum ſicut ſtercora. Sed & argentum eorum & aurum eorum non poterit liberare eos in die iræ domini.

Sophon. cap. 3. Principes eius in medio eius quaſi leones rugiẽtes: Iudices eius lupi ueſpere nõ relinquebant in mane.

Zachariæ cap. 12. In die illa ponam duces Iuda ſicut caminum ignis in lignis, & ſicut faciem ignis in fœno: & deuorabunt ad dexteram & ſiniſtram omnes populos in circuitu: Et ducam tertiam partem per ignẽ, & uram eos ſicut uritur argentum, & probabo eos ſicut probatur aurum.

Malachias cap. 9. Et erunt mihi ait dominus exerci-

tuum, in die qua ego facio in peculium: & parcam eis ſicut parcit uir filio ſuo ſeruienti ſibi.

Machabeo. 1. cap. 2. A uerbis uiri peccatoris ne timueritis, quia gloria eius ſtercus, & uermis eſt. Hodie extollitur & cras non inuenietur. Quia conuerſus eſt in terram ſuam & cogitatio eius periijt.

ALARDVS AEMSTELREDAMVS
lectori S. D.

Ideo nobis uiſum eſt, amice lector, quicquid eſt Euangelicorum pariter & Apoſtolicorum Similium, in medium ſtructuræ huius adlegere, quòd CHRISTVS ille, pax noſtra, qui fecit utraq; unum, & medium parietem maceriæ ſoluit, unice ſemper delectatus ſit medio. Naſcens enim in medio animalium reponitur. Puer etiamnum inuentus eſt in templo ſedens, in medio doctorum, audiens illos, & interrogans eos. Super hæc: Vbi, inquit, duo uel tres congregati ſunt in nomine meo, ibi ſum in medio eorum. Ad hunc ordinem referendum eſt, quòd teſtatur & LVCAS. Ipſe autem, tranſiens, per medium illorum ibat. Eodem pertinet, quod ſcriptum eſt: At ego in medio ueſtrum ſum, ut qui miniſtrat. Quid? quòd cruci ſuffixus, medius latronum duorum pendebat. Adde his id quod apud IOANNEM refertur: Venit IESVS, ſtetitq; in medio, & dicit eis: Pax uobis. Nam illud quid attinet commemorare, quod idem teſtatur in Apocalypſi, dicens: Et uidi, & ecce in medio throni, & quatuor animalium, & in medio ſeniorum ſtans, tanquàm occiſus. Bene uale, memor eius, quod dici ſolet: Medio poſuit Deus omnia campo.

EVAN-

EVANGELICAE PARITER ET APOſtolicæ Similitudines atq; Parabolæ.

Matthæi 12. Quemadmodum enim fuit Ionas in uentre cæti tribus diebus ac tribus noctibus: Sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus ac tribus noctibus.

Matthæi 13. Sicut igitur colliguntur zizania, & igni comburuntur: Sic erit in conſummatione ſeculi huius. Mittet filius hominis angelos ſuos, & colligent è regno illius omnia offendicula, & eos qui parant iniquitatē, ac mittent illos in caminum ignis, ubi erit ploratus, ſtridorq; dentium.

Matthæi 23. Væ uobis ſcribæ & phariſæi, hypocritæ, quia ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis, quæ foris quidem apparent ſpecioſa, intus uerò plena ſunt oſsibus mortuorum omniq; ſpurcitia: Sic & uos foris quidē apparetis hominibus iuſti, intus autem pleni eſtis fictione & iniquitate.

Matthæi 24. Sicut enim fulgur exit ab oriente, & apparet uſq; in occidentem: Ita erit aduentus filij hominis.

Eodem. Sed ſicut erant dies Noë: Ita erit & aduentus filij hominis.

Ioannis 3. Spiritus ubi uult ſpirat, & uocem eius audis, ſed neſcis unde ueniat, & quò uadat: Sic & omnis qui natus eſt è ſpiritu.

Et ſicut Moſes exaltauit ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet filium hominis, ut omnis qui credit in eum, non pereat, ſed habeat uitam æternam.

Ioan. 15. Sicut palmes nō poteſt ferre fructū à ſemetipſo, niſi manſerit in uite: Sic nec uos, niſi in me manſeritis.

Rom. 7. An ignoratis fratres &c.

Roma. 12. Quemadmodum enim in uno corpore multa membra

membra habemus, membra uerò omnia non eundem habent actum: Sic multi unum corpus ſumus in CHRISTO, ſingulatim autem alij aliorum membra, ſed tamen habentes dona iuxta gratiam datam nobis uaria.

1 Corinth. 2. Quis enim hominum, nouit ea quæ ſunt hominis, niſi ſpiritus hominis qui eſt in eo? Sic & ea quæ ſunt Dei, nemo nouit, niſi ſpiritus Dei.

1. ad Corinth. 9. Neſcitis quòd ij qui in ſtadio currunt, omnes quidem currunt, ſed unus accipit brauium? Sic currite ut comprehendatis, omnis autem qui in agone contendit, ab omnibus ſe abſtinet, & illi quidem ut corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam.

1 Corinth. 12. Quemadmodum enim corpus unū eſt, & mēbra habet multa, omnia uerò membra corporis unius multa cum ſint, unum ſunt corpus: Sic & CHRISTVS.

1 Corinth. 14. Quin & inanima, uocem reddentia, ſiue tibia ſiue cithara, niſi diſtinctionem ſonis dederint: quomodo cognoſcetur, quod tibia canitur, aut cithara? Etenim ſi incertam uocem tuba dederit, quis apparabitur ad bellum? Sic & uos per linguam niſi ſignificantem ſermonem dederitis, quomodo intelligetur, quod dicitur? eritis enim in aërem loquentes.

1 Corinth. 15. Alia gloria ſolis, & alia gloria lunæ, & alia gloria ſtellarum: Stella quidem à ſtella differt in gloria: Sic & reſurrectio mortuorum.

Ad Ephe. 5. Viri, diligite uxores ueſtras, ſicut & CHRISTVS dilexit eccleſiā, & ſemetipſum expoſuit pro ea, &c.

1 Theſſalo. 2. Perinde ac ſi nutrix foueat ſuos filios: ſic affectu propenſi in uos animo cupiebamus impertire uobis:

non ſolum euangelium Dei,uerumetiam noſtras ipſorum animas,propterea quòd chari nobis facti eſtis.

1 Theſſalo. 5. Dies ille domini,ut fur in nocte ita uenturus ſit.Cum enim dixerint:pax & tuta omnia,tunc repentinus eis imminet interitus, ſicuti dolor partus mulieri prægnanti,nec effugient.

Iacobi primo. Nam qui hæſitat, is ſimilis eſt fluctui maris,qui uentis agitur,& impetu rapitur.

Glorietur autem frater qui eſt humilis in ſublimitate ſua.Contrà qui diues eſt,in humiliatione ſui: quoniam ueluti flos herbæ præteribit.Exortus eſt enim ſol cum æſtu,& exaruit herba,& flos illius decidit, & decor aſpectus illius periijt:Sic & diues in uijs ſuis marceſcet.

Quoniam ſi quis audiat ſermonem, nec eum factis exprimat, hic ſimilis eſt uiro conſideranti faciem natiuitatis ſuæ in ſpeculo: Conſiderauit enim ſeipſum,& abijt, & continuò oblitus eſt qualis eſſet.

Iacobi 2. Quòd ſi frater aut ſoror nudi fuerint,& egentes quotidiano uictu: dicat autem aliquis ueſtrum illis: abite cum pace, calefcite & ſaturamini: non tamen dederitis illis, quæ ſunt neceſſaria corpori, quæ erit utilitas? Sic & fides ſi facta non habuerit,mortua eſt per ſe.

Quemadmodum corpus abſque ſpiritu mortuum eſt:Ita & fides abſque factis mortua eſt.

Iacobi 3.Ecce equis frena in ora immittimus ut obediant nobis, & totum corpus illorum circumagimus. Ecce naues quoq; cum tantæ ſint, & à uentis ſæuis agantur,circumagimtur à minimo gubernaculo, quocunq; impetus dirigentis uoluerit:Ita & lingua puſillum membrum eſt,& magna iactat.

Ecce

Ecce exiguus ignis quantam materiam incendit. Et lingua ignis eſt,mundus iniquitatis: ſic lingua conſtituitur in membris noſtris quæ maculat totum corpus,& inflammat rotam natiuitatis,& inflammatur à gehēna. Omnis enim natura & ferarum & uolucrum,ſerpentiumq́; & marinorum domatur et domita eſt à natura humana. Linguam autem nullus hominum domare poteſt incoërcibile malum,plena ueneno mortifero. Per ipſam benedicimus Deo & patri,& per ipſam maledicimus hominibus, qui ad ſimilitudinem Dei conditi ſunt. Ex eodem ore procedit benedictio & maledictio. Non oportet fratres mei hæc ita fieri. Nunquid fons ex eodem foramine emittit dulcem & amaram aquam? Nunquid poteſt,fratres mei,ficus oleas gignere,aut uitis ficus? Sic nullus fons ſalſam ac dulcem poteſt edere aquam.

1. Petri 1. Propterea quod omnis caro gramen ſit,& omnis gloria hominis quaſi flos graminis. Exaruit gramen & flos decidit: at uerbum domini manet in æternum.

ELENCHVS SIMILITVDINVM IVxta ac Parabolarum ſiue Collationum.

EX MATTHAEO.

Sal terræ,lux mundi. 5. Oppidum ſupra montem ſitum. Eod. Lucerna ſubter modium. Eod. De duobus dominis. 6. De feſtuca & trabe in oculo. 7. De ſancto non dando canibus. Eod. De margaritis ante porcos non proijciendis. Eod. De lata porta, et ſpacioſa uia. Eod. De anguſta porta et ſtricta uia. Eod. De domo ædificata ſuper petrā et harenam. eod. De aſſutu panni rudis. 9. De uino nouo & ueteri. eod. De utribus nouis et antiquis. eod. De pueris ſedentibus in foro. 11. De fructu arbo-

arboris bonæ et malæ. 12. De ſeptem ſpiritibus et octauo. eod. De ſeminante iuxta uiam. 13. De ſeminante bonum ſemen. eod. De zizania et tritico. eod. De grano ſinapis. eod. De fermento in tribus menſuris farinæ abſcondito. eod. De theſauro in agro recondito. eodem.

De pulchris ſiue bonis margaritis. eod. De uerriculo ſiue reti miſſo in mare. eod. De ſcriba docto ad regnum cœlorum. eod. De fermento phariſæorũ. 16. De centeſima oue perdita. 18. De eo qui debebat decem milia talenta. eod. De operarijs in uineam conductis. 20. De filijs Zebedæi. eod. De ficu, quæ exaruit. 21. De duobus filijs in uineam miſsis. eod. De uinitoribus qui miſſos ad ſe ob recipiendos fructus interficiunt. eod. De uocatis ad nuptias & ueſte nuptiali. 22. De his, qui in tecto ſunt ne dſcendãt tollere aliquid de domo: et qui in agro ſunt, ne reuertantur tollere tunicam ſuam. 24 De arbore fici. eod. De duobus in agro. eod. De duobus molentibus in mola. eod. De ſeruo fideli, quem præfecit dominus familitio ſuo. eod. De decem uirginibus. 25. De his qui talenta acceperunt. eodem.

EX MARCO.

De ſeminatore. 4. De homine iaciente ſementem in terram. eod. De grano ſinapis. eod. De fermento phariſæorum. 8. De uinea. 12.

EX LVCA.

Omnino dicetis mihi hanc ſimilitudinem: Medice cura teipſum. 4. De duobus debitoribus. 7. De eo qui ſementem faciebat. 8. De eo qui inciderat in latrones. 10.

De eo qui amicum adit media nocte. 11. De ſpiritu im-

mundo ab homine egreſſo, ac tandem cum ſeptem alijs ſceleratioribus redeunte unde exierat. eod. De eo cuius ager ferax fuit. 12. De ſeruo uigili. eodem. De ſeruo, quem conſtituebat dominus ſuper famulitium ſuum. eod. De ficu, quæ fructum non protulit. 13. De grano ſinapis et fermento. eod. De inuitatis ad cœnam. 14. De ædificatione turris. eod. De rege uolente in bellum ire. eodem. De centũ ouibus. 15. De drachma decima perdita. eod, De filio peregre profecto in regionem longinquam. eod. De diſpenſatore iniquo. 16. De diuite & Lazaro. eod, De iudice iniquo. 18. De phariſæo & publicano. eod. De decem ſeruis, qui minas acceperunt. 19 De uinea. 20. De ficu. 215.

DE PARABOLIS EVANGELICIS IOANNES Driedo, de regulis & dogmatibus ſacræ ſcripturæ libro 3. cap. 4.

Quia in ſcripturis nonnulla difficultas eſt ex parabolis, iam eſt de his diſſerendum. Sciendum eſt ergo, quòd turba cui locutus eſt CHRISTVS, non unius eſt ſententiæ, ſed diuerſarum in ſingulis eſt uoluntatum. Ideo loquitur ad illam in multis & diuerſis parabolis, ut iuxta uoluntates diuerſas reciperent diſciplinas, et quiſq; ex rebus quæ uerſantur in corde ſuo poſſet adiuuari ad intelligentiam cœleſtis regni. Hæc omnia inquit Matthæus loquutus eſt IESVS in parabolis ad turbas, & ſine parabolis non loquebatur eis, Matth. 13. Non dixit quòd IESVS omnia quæ loquutus eſt, ſit loquutus in parabolis, ſed quòd hæc omnia, quæ ſcilicet illic præmiſerat, & id quidem ad turbas, & ſine parabolis non loquebatur tunc eis, ſcilicet turbis, nam & alijs temporibus, & ad diſcipulos

ſcipulos multa loquutus eſt IESVS ſine parabolis,ut patet apud Matthæum ex ſermone domini in monte.

Parabola in ſcripturis ſacris eſt diuerſarum rerum collatio ſeu comparatio,ſic uocata,quòd una res eſt alteri aut aſſimulata, aut comparata, quaſi præuia ueritatis umbra. Quod enim parabola Græco uocabulo appellatur, hoc Latine ſimilitudo dicitur,quæ eſt diſcrepantium rerum ſub aliqua ſimilitudine facta collatio ſeu comparatio. In ſcripturis ſacris parabolæ ſunt, quando ſcripturæ autor id quod in rebus ſpiritalibus, aut diuinis, aut myſticis intimare uoluit, per comparationes aliquas ſignificauit, quas Dei ſpiritus in ſcripturis ipſis compoſuit,ut per terrenas ſimilitudines,facilius cœleſtia capiamus. In omnibus parabolis,ſiue innitantur argumento per locum à ſimilibus, ſiue argumento per locũ à diſsimilibus,res corporales,rebus diuinis, de quibus agitur, propter ſimilitudinem aliquam comparantur.

Ad intelligendũ autem uires & ſignificationes parabolarum,id præcipue in omnibus obſeruandum eſt, ut diligenter conſideremus intentionẽ propter quam parabola ipſa eſt aſſumpta,ſcientes nõ eſſe neceſſarium,ut omnes illius partes gerãt ſimilitudines earum rerũ, propter quas ipſa eſt cõpoſita. Omnis parabola obliquo et figurato modo rerũ quarundã naturam manifeſtat. Et ideo non oportet, inquit Chryſoſto. neq; nimia cura in ſingulis parabolarũ uerbis anxiũ eſſe,neq; ea,quæ in illis ſunt,ſecundũ totum q; dicitur,inueſtigare,neq; omnia opera & officia ad imitandum ſumere. Sicut in ſcripturis ueteris legis:Si qui typum gerunt CHRISTI, ut Iob,Sãpſon,Dauid,Salomon,non in omnibus,ſed in certis quibuſdam geſtis,perſonam ſignificant CHRISTI ſaluatoris.

toris. Sed cum id, quod per parabolam autor ipſe componens intenderit didicerimus, inde utilitate collecta et intentione, propter quam aſſumpta eſt, intellecta generali quodam modo, eatenus debemus aptare omnia, quatenus conueniant intentioni propoſitæ, ut finiatur, quæ deinceps ſuper ſingulis parabolæ particulis fieri poſſet, curioſa inueſtigatio. Verbi gratia in parabola de patrefamiliâs, qui exijt primo mane cõducere operarios in uineam ſuã, oportet conſiderare cauſam propter quã dicta eſt. Præmiſerat Saluator: Multi erũt primi nouiſsimi, & nouiſsimi primi. Et hinc ſequitur: Simile enim eſt regnũ cœlorum homini patrifamiliâs, qui exijt primo mane. Hic ergo regno cœlorũ intellecto ſecundũ eum, qui regnat aſſumitur parabola ad commonſtrandum, quod Deus multis ſero cõuerſis tardeq́; pœnitentibus ſit daturus aut gratiã aut mercedẽ æqualem illi gratiæ ſeu mercedi quam daturus eſt mane uenientibus diutiusq́; laborantibus. Et ne ob id Deus exiſtimetur eſſe iudex iniquus, ita compoſita eſt parabola, ut & in huiuſcemodi diſpenſatione doceat Deum eſſe iuſtum & æquum, figurali exemplo declarans diuinam bonitatẽ affuiſſe, & adeſſe omni generi ætatis hominũ ad conſequendum regnum cœlorum, & non eſſe prima ætate conuerſis futurã in die iudicij ullã murmurandi cauſam contra bonitatem aut iuſtitiam Dei largientis tantam gratiam, tantamq́; gloriã ſero pœnitenti, quantã largitus eſt mane uenienti, quia ubi fit uni gratia, non fit alteri iniuria. Et hic eſt ſcopus in quem tendit parabola tota. Proinde ex hac parabola non oportet colligere, quod ſicut in hac uita contra patremfamiliâs murmurant mercenarij primi, uidentes nouiſsimos æqualem mercedem recipere, ita & in die iudicij, primi qui à prima ætate in

te in ſenectam uſque perſeuerauerunt, murmurabunt nouiſsimos recipere mercedem æqualem, cum contrarium potius intendat Saluator, parabolæ autor, uolens quod ſicut in hoc mundo paterfamiliàs iuſta ratione arguit carnales homines primos, habentes oculum nequam, & docet neque eos habere cauſam murmurandi contra nouiſsimos, neque ſe facere iniuriam illis: Ita in ueſpera, id eſt, in die iudicij Deus reddens æqualia primis, & nouiſsimis præmia, illuſtraturus eſt primorum mentes, ut plane uideant ſe non habere iuſtam rationem murmurandi contra uoluntatem Dei æqualiter facientis primis atque nouiſsimis. Verum quia ſunt expoſitores qui in hac parabola, per ſero, ſeu ueſperam, intelligunt tempus ſub aduentum CHRISTI in carnem: Sciendum, quod etiam iuſti boniq; Iudæi gratiam CHRISTI ex parte quidē, ſed non ex toto intelligentes, primū murmurabant aduerſus gentes, quod ex idololatris orti, circumciſi, à lege Moſaica prorſus alieni, ſubito admitterētur ad Euangelij gratiam, murmurabant quidē non attendentes ad ſcripturas propheticas de miſericordia Dei erga gētes donec inſtruerētur, quod lex Moyſi haberet finē in CHRISTO, cuius gratia et in nationes diffunderetur. Vnde et Act. 10. dicitur: Obſtupuerunt ex circūciſione fideles, qui uenerant cū Petro, quia & in nationes gratia ſpiritus ſancti effuſa eſt. Huius quoq; conſideratione, etiam ipſi Iudæi in primordijs fidei habuerunt oculos, utcunq; nequam. Sic & in tribus parabolis, quas poſuit Lucas capite 15. uidelicet de oue ex centum una, quæ aberrauerat, & eſt reducta. Et de drachma ex decem una, quæ fuit perdita, & eſt inuenta. Et de duobus filijs inter quos unus perierat, & reuixit, cauſas oportet conſiderare propter

quas fuerāt aſſumptæ, ut intelligamus, quare dominus CHRISTVS huiuſmodi parabolas propoſuerat: præmiſerat autē Euangeliſta ſcribas & phariſæos murmuraſſe cōtra CHRISTVM, quod peccatores & publicanos reciperet, & manducaret cū eis. CHRISTVS ergo, exemplis, figuris ſeu parabolis docuit illos non habuiſſe ſuper hoc iuſtam murmurandi cauſam, ſed potius gaudendi & congratulandi, inſinuās ſe ut pium paſtorē & ueram ſapientiam, ac bonū patremfamilias aduenisſe in hunc mundum, ut ſaluaret atq; reduceret ouem, quæ perierat, inueniretq́; drachmam perditam & ſuſciperet perditum filium ad cor redeuntem ac reſipiſcentem, hoc eſt, ut ſaluum faceret genus humanum, quod perierat. Totus ergo illarum parabolarū trium contextus aduerſus phariſæos obmurmurantes prolatus eſt, & propter nos poſitus eſt, ut in illis diſcamus nos non debere ægre ferre ſuſceptionem hominum peccatorum, ſed gratum & acceptum habere, ſi peccatores reſipiſcant, & recipiantur in gratiam. In huiuſcemodi parabolis, nihil quidē eſt fruſtra aut ſuperuacue poſitum, nō tamē oportet nos circa ſingula eſſe ſollicitos. Nam ſi uelimus ſingulas particulas habere ſuam expoſitionem exactā & ſpecialem ſignificationē, uolentes inueſtigare, quid interſit inter hominem unum habentem centum oues, & nō plures, & inter mulierem habentem drachmas decem, & patrem habentem duos filios. Quid inſuper ſibi uelit, quod centum nominentur oues, & nō plures, & quod decē drachmæ et nō quinq;, et quid ſignificet quod in prima parabola conuocātur amici et uicini. In ſecunda uero amicæ & uicinæ. Et quid in tertia parabola ſignificetur, quod ſenior filius fuerit inuidus de beneficio fratris, quod fuerit contriſtatus, cum tamen ille filius perſonam

gerat

gerat iuſtorum, beneplacens patri, fruens & bonis illius, ad quem & pater dixit: Fili tu ſemper mecũ es, et omnia mea tua ſunt. Hæc et huiuſmodi ſi uelimus ſingula exacte perſcrutari, & ſimilia prorſus inuenire, in rebus propter quas aſſumũtur parabolæ, laborioſa res erit, et nimis forſitã curioſa. Cũ ſuffi ciat dominũ ſaluatorẽ aſſumpſiſſe res illas ad confutandũ ſcri bas & Phariſæos murmurãtes cõtra ipſum, quod peccatores ſuſciperet, et ad perſuadendũ eiſdẽ per certas & manifeſtas ſimilitudines, ꝙ tantæ bonitatis ſuæ effuſionẽ erga eos qui pe rierant, deberẽt non ſolũ non ægre ferre, ſed lætãter ſuſcipe re, et gaudere potius, ac gratulari tãtæ clementiæ illius, q ut bonus medicus, et diligens paſtor, & pius pater uenit ſanare, inuenire, ſuſcipere, quod perierat. Oportet igitur ex nouiſſi ma parabola intelligere, nõ ꝙ filius ſenior iuſtus, murmurãdo inuideat conuerſioni impiorũ, ſed quod nõ habet de hoc iuſtã murmurãdi aut inuidẽdi cauſam, tanq̃ dicat, Eſto, uos ſcribæ & phariſæi iuſti ſitis, ſicut filius ille carnalis beneplacens pa tri, non tamen cõtra me habetis ullam murmurandi rationẽ, quod fratres ueſtros, q perierant, ſuſcipiã. Deinde et hoc ſciẽ dum, quod in parabolis ſint poſita quædã, non ut ſignificẽt ali quid, ſed ut ſeries corporaliũ rerum conſtet, iuxta Auguſtini ſententiã dicentis: In parabolis quædã admiſcentur, ut explea tur narrationis ordo. Sic præceptũ CHRISTI dicentis: Tu autẽ cũ ieiunas, unge caput tuũ, et faciem tuã laua, metapho rice dicitur, pro eo quod eſt, humanã laudẽ in tuo ieiunio ſtu deas contemnere, ut cũ ieiunas lætũ et feſtiuũ te eſſe mõſtres. Hic iã ſi ultra progrederis inquirens, quidnã per faciẽ CHRISTVS intellexerit, quid per ungere, quid per caput, non eſt quidem improbanda pia & ſtudioſa ſciendi indagatio, ſed to

ta propoſitio intellecta in omnibus, quæ ſcriptura per ſe ſingulatim expoſuit, cauẽda eſt curioſa perſcrutatio & defenſio pertinax, in eo quod pia quadam ratione inuentũ fuerit. Habes autẽ ſuper hac ſententia CHRISTI geminam expoſitionem apud Bernardũ, ſermone 1. in capite Ieiunij, ubi per caput intelligit aut CHRISTVM, quẽ noſtro ieiunio ungimus, dũ ſic abſtinemus à cibis, ut ipſe in noſtro ieiunio glorificetur tanq̃ bonus odor: aut mentẽ noſtram, quam ungimus, cũ conamur ut ipſa ſuauiter delectetur in Deo. Item in parabola de decem uirginibus conſiderare oportet principium, ex quo dominus huiuſcemodi parabolam induxerit, & finem in quẽ concluſerit. Vnde præmiſerat parabolam de ſeruo uigilante, ex illa docens & monens, ne nos dominus inueniat dormientes, & ponat nos cum hypocritis, illic erit fletus & ſtridor dentium, & continuo ſubiungit: Tunc ſimile erit regnum cœlorum decem uirginibus. Propoſita autem parabola tota concluſit, Vigilate itaque quia neſcitis diem neque horam. Non oportet igitur ex hac parabola intelligere, quod in die iudicij uirgines fatuæ, id eſt, reprobi Chriſtiani ſub ulla ſpe ſalutis ſunt, & paraturi lampades ſuas, & poſtulaturi à ſapientibus oleum, ſeu charitatis pinguedinem, & ituri ad emendum, & oraturi ad dominum dicendo: Domine domine aperi nobis, quandoquidem etiam reprobi, iuxta Pauli Apoſtoli doctrinam, in momento, in ictu oculi reprobi, corporibus reſumptis, prorſus relinquentur deſtituti ſpe ueniæ, ſed ſufficit ex huiuſmodi parabola intelligere in die iudicij fatuas uirgines præ anguſtia ſpiritus gementes, & nullum inuenientes auxilium miſericordiæ, etiam à bonis prorſus deſerendas extra regnum Dei ſublata omni ſpe ueniæ. Vnde ad-

uentus CHRISTI comparatur nocturno furi ſuffoſſori do. mus,non quod per omnia quadret furis & CHRISTI aduenientis ſimilitudo, ſed ad id congruat, quod uterq; & fur, & CHRISTVS adeſt ea hora,qua non putabatur. Item parabola Matthæi 18. Simile eſt regnum cœlorum homini regi, qui uoluit rationem ponere cum ſeruis ſuis, totus ſcopus propter quem aſſumitur eſt,ut nos contra legem Dei peccantes,ſi uelimus miſericordiam à Deo expectare, demus & ueniam conſeruis in nos peccantibus,præſertim ſi illam ueniã ante nos procidentes petant, ſicut & Deus miſericors eſt nobis ſuppliciter rogãtibus.Si uero in illa parabola uelimus exacte ſingula ſcrutari,quid uidelicet ſignificet decem talentorũ milia,cur decẽ milia nominentur,& non in alio numero,quæ rurſus ſit uxor,et liberi,quæ iubẽtur uenundari,quis cõſeruus debitor,et qui centũ denarij,curioſa forſitã magis erit quàm inueſtigatio utilis.Cum ſcire ſufficiat quod in debito decẽ millium talentorum tam magnum debitũ intelligamus quantum Deo ſoluere nobis impoſsibile eſt,etiam uenundatis nobis uxore et liberis,quia nihil à ſe homo habet,per quod ſe à peccati debito redimat. In debito centũ denariorũ intelligitur offenſa,quam fecit homo in hominẽ.Hæc etſi maior ſit q̃ homo ſoluere poſſet homini,longa tamen eſt diſtantia,et maior quàm eſt differentia decẽ milium talentorum,& centũ denariorũ. Oportet ergo in omnibus parabolis,conſiderare ſcopos,propter quos magiſter noſter CHRISTVS aſſumpſerit illas. Et hæc omnia ex ſequentibus fient utcunq; apertiora.

Sciendũ eſt autem duo eſſe parabolarũ genera. Nam ex Euangelijs manifeſtum eſt ſpiritum ſanctũ in ſcripturis ſacris adhibere parabolas ſeu rerum comparationes, interdum

ſecundum aliquam ſimilitudinē, argumento ſumpto per locū à ſimilibus, quemadmodū uolentes perſuadere ſolēt uti huiuſcemodi dialecticorū regula: Sicut illud ita et illud. Interdū uero ex diſsimilitudine, argumēto ſumpto per locū à minus ineſſe ad magis ineſſe, affirmādo, aut à magis ineſſe, ad minus ineſſe negando ſecundum has regulas: Si hoc, quanto magis & hoc, aut ſi non illud, quanto minus iſtud. Primi generis parabolæ ex rebus corporalibus aſſumuntur, interdum ad perſuadendum regni cœlorum ualorem, ſeu pretij magnitudinē, ueluti cum dicitur regnum cœlorum eſſe ſimile theſauro. Interdum uero ad declarandū eiuſdem regni incrementū, uim, efficaciam, & augmentum, ueluti cum dicitur eſſe ſimile grano ſinapis, quod licet in principio paruū et exiguum ſit quantitate, grandis tamen eſt uirtutis, qua creſcit in arborem. interdū uero ad intimandum eiuſdem regni tranſmutationem, in aliū ſtatum, in aliam gentem, aut populum. Interdum ad declarandum in regno illo malos eſſe commixtos bonis. Interdum ad declarādum ipſius regis in regno illo prouidentiam, bonitatem & tolerantiam, & iuſtitiam. Interdum ad intimādum eiuſdem regis aduentum ex improuiſo eſſe uenturum, ad ingerendum nobis uigiliæ, & ſollicitudinis aſsiduæ curam.

Huius primi generis primum ſunt parabolæ ſeptē, Mat. 13. Prima parabola eſt de ſeminatore, qui exijt ſeminare, & inter ſeminandum, alia iuxta uiam ceciderunt, & à uolucribus cœli deuorata ſunt, alia in terram petroſam, alia inter ſpinas, alia in terram bonam, & dederunt fructum, aliud centeſimum, aliud ſexageſimum, aliud triceſimum. Hanc parabolam ipſe CHRISTVS nobis expoſuit, ex cuius interpretatione patet collationem ſeu cōparationem in hoc cōſiſtere:

Quem-

Quemadmodum materiale ſemen facit fructum non in qua uis terra ſeminatum, ſed in terra bona: ita ſemen uerbi Euan gelici ſeminatum, fructum facit in hominibus, qui audiunt, in telligunt, & cuſtodiunt illud, ſed non in quibuslibet fructum facit. Et id quidē accidit nō ex ſeminantis culpa, nō ex ſeminā tis malo, ſed ex audientium uitio, utpote propter craßitudinē cordis & grauitatē auriū. Et ne arbitremur hæc uitia na tura eſſe, non uoluntatis, ſubiungit culpam arbitrij, & dicit, Et oculos ſuos clauſerunt. Vnde ex ſermone Chriſti hanc pa rabolam interpretantis & dicentis, Omnis qui audit uerbum regni, & non intelligit, uenit malus & rapit quod ſeminatum eſt in corde eius. Hic eſt qui ſecus uiam ſeminatus eſt. Diſcimus ſeminatum hic bifariam dici, & hominem uidelicet ſeminatum eſſe, eo quòd ſemen ſuſceperit, & uerbum regni ſeminatum eſſe in homine ſeu in corde eius, quemadmodum di cimus & agrum ſeminatum eſſe, & ſemen ſeminatum eſſe in agro. Secūdam parabolam propoſuit eis dicens, Simile eſt regnum cœlorum homini, qui ſeminat bonum ſemen in agro ſuo, cum autem dormirent homines, uenit inimicus homo, & ſuperſeminauit zizania in medio tritici, & reliqua. Hanc quoque parabolam & ipſe dominus aperire dignatus eſt, & intentionem propter quam aſſumpſerit intimare, argumento ſumpto à ſimilibus, ita concludens: Sicut ergo, inquit, colliguntur zizania, & igni comburuntur, ſic erit in conſummatione ſeculi, mittet filius hominis angelos ſuos, & colligēt de regno eius omnia ſcandala, & omnes qui faciunt iniquita tem, mittet in caminum ignis, ac ſi dicat: Sicut homo qui ſeminat bonum ſemen in agro, permittit zizania ab inimico ſe minata creſcere uſq; ad meſſem, ne in eradicandis zizanijs tri

ticum conculcetur, & in meſſe iubet meſſoribus congregari triticum in horreum, zizania uero alligare in faſciculos comburendos: Sic & regnum cœlorum ſecundum eum qui regit, & Chriſtus filius hominis, qui bonum ſemen, id eſt, filios cœleſtis regni Apoſtolos & iuſtos ſeminans in mundo, permittit filios nequitiæ à diabolo ſuperſeminatos in medio tritici, id eſt, in ſocietate Chriſtianorum creſcere uſque ad meſſem, id eſt conſummationem ſeculi; ne in eijciendis iniquis Chriſtianis, boni Chriſtiani, aut turbentur, aut ruinam patiantur. In conſummatione ſeculi colliguntur impij comburendi in caminum ignis. Vides argumentum ſumi à ſimilibus. Tale quid accidit & in duabis parabolis ſequentibus, Vt Simile eſt regnum cœlorum grano ſinapis, quod minimum omnibus oleribus accipiens homo ſeminat in agro ſuo. Item, Simile eſt regnum cœlorum fermento, quod acceptum mulier abſcondit in ſatis farinæ tribus, ac ſi dicat, Sicut granum ſinapis minimum in omnibus ſeminibus ſeminatũ in terra, creſcit, fitq́ arbor magna, in cuius ramis habitẽt uolucres cœli: Ita & regnum cœlorum tam ſecundum eum qui regit ſcilicet Chriſtũ crucifixum, quàm ſecundum ſocietatẽ ſeu Eccleſiam, quæ regitur, & ſecundum fidẽ, ſeu doctrinam Euangelij per quã regitur: In principio modicum, paruum, atq; in mundo contemptibile creuit in arborem magnam, extẽdens propagines ſeu palmites ſuos in omnes gentes, ita ut uolucres cœli, id eſt, ſancti, per uniuerſum orbem pennis uirtutum uolantes in cœlũ habitent in eo, adhærentes ſocietati Apoſtolorũ & doctrinæ ſeu profeſsioni fidei illorum. Sic & apud Daniel. lapis initio humilis & paruus præciſus de monte ſine manibus, id eſt ſine uirili opere cõceptus creuit, & factus eſt mons magnus, & impleuit uniuerſam faciem terræ.

Item

Item quemadmodũ fermentũ tranſmittunt in ſui uirtutẽ tria farinæ ſata, id eſt, magnã farinæ conſperſionẽ: Sic & regnũ cœlorum, ſiue intelligatur ſecundum eũ, qui regit, id eſt Chriſtũ, ſiue ſecũdum Eccleſiam Apoſtolicã, quæ regitur, ſiue ſecundũ Euãgelij doctrinã, qua regitur, trãsformãt in ſui uirtutẽ totum mundum .i. homines ex omnibus locis mundi ac regionibus, cũ iam olim Chriſti profeßio, & Apoſtolorum Eccleſia, & Euangelij fides creuerit per uniuerſam terram.

In ſimilem modum aſſumuntur & reliquæ tres parabolæ, Vt, Simile eſt regnum cœlorum theſauro abſcõdito in agro. Iterũ, Simile eſt regnum cœlorum homini negotiatori, quærẽti bonas margaritas. Rurſus, Simile eſt regnum cœlorum ſagenæ miſſæ in mare, & ex omni genere piſcium congreganti. De his in quantũ ſimilia ſunt, ducitur intellectus in notitiã alicuius myſterij de regno cœlorũ. Quemadmodũ eſt theſaurus in agro abſconditus, quem ſi quis forte inuenerit occultũ, ſeruat, diligẽter cuſtodiens ne perdat, et gaudens uendit uniuerſa, quæ habet, cõflatoq; omniũ poſſeßionũ ſuarum pretio abit ad illius fundi dominũ emẽs agrum illũ, in quo iã nouit latere theſaurũ: Sic & in agro abſconditũ dicitur eſſe regnũ cœlorum, ſiue ipſum intelligatur ſanctorum ac cœleſtiũ ciuiũ rex Chriſtus uelatus fragili carne: ſiue ſocietas ipſa, id eſt, Eccleſia, ſecundum interiorem uitam, abſcondita in Chriſto Ieſu, ſiue cœleſtium ſacramentorum ſapientia, ſub umbris atque uelamine legis & Prophetarum latens.

Hunc agrum ſi quiſpiam inuenerit, id eſt, recte intellexerit incipiens credere illic ueram eſſe ſapientiam, quæ ducit ad uitam perpetuam, gratulanter & ueraciter domino dicet: Bonum mihi lex oris tui ſuper milia auri & argenti, uendi-

uenditisq; uniuerſis quæ habet, hoc eſt, renunciatis omnibus quæ poßidet, emit agrum illũ, id eſt, uel CHRISTVM, uel Eccleſiam eius, uel ſcripturas legis & Prophetarum, ut exonerатus ſecularibus negocijs intendere poſſet uerbo Dei, certo ſciens animum non poſſe terrenis ſimul & cœleſtibus diuitijs occupari. Quemadmodum negociator delectatur bonis margaritis, ubi inuenerit unam ualde bonam, quam nouerit omnium margaritarum & poſſeßionum ſuarum ſuperare pretium, ilico uenditis omnibus, mercatur illam: Sic & regnum cœlorum, id eſt, Eccleſia ſanctorum Iudæorum, ante Chriſti aduentum delectatur bonis ſapientum doctrinis, eruditionibus legis ac Prophetarum: ubi autem inuenit unam ſapientiam Chriſtum, plenum gratiæ, & ueritatis, & ſcientiæ legis ac Prophetarum complementum, renunciat omnibus et ſuæ uoluntati, & ſuis quæ poßidet, & ceremonijs legis, ut unica hac ſapientia, in qua omnis inuenitur ſcientia, libero & expedito animo frui ualeat, certo ſciẽs illam quamlibet in hoc mundo exiguam, & contemptam ualere omnes diuitias: Homo iſte negociator intelligitur ſanctus Iudæorum populus, expectans Chriſtum dominum, neque oportet in negociatore intelligere Chriſtum. Nã in ſcripturis ſacris Eccleſia plerunq; intimatur ut una quædam perſona.

Rurſus quemadmodum ſagena omnis generis piſces bonos inquam & malos, quos commixtos tolerant piſcatores, donec impleatur ſagena, quam cum fuerit impleta, ad littus pertrahentes ſegregant bonos in uaſa ſua, malos uero & inutiles reijciunt: Sic & regnum cœlorum, ſeu Eccleſia Chriſti iacta in mare huius ſeculi, complectitur omne genus hominũ uſq; ad littus, id eſt, uſq; in diem iudicij, tolerans malos ſeu in

iuſtos

iuſtos ſimul & iuſtos, donec impleatur electorum numerus. Si quis uero in huiuſcemodi parabolis, quas ipſe ſaluator per ſe non expoſuit, aliud ſeſe inueniſſe dixerit, putans nominibus theſauri, & negotiatoris, & margaritæ aliud quàm diximus ſignificari, non eſt improbandus, modo ſententias doctrinæ coaptet Euangelicæ.

Eiuſdem generis eſt in parabola apud Matthæum in ſuperioribus recitata, qua dicitur: Simile eſſe regnum cœlorũ homini regi, qui uoluit rationem ponere cum ſeruis ſuis. Ex rebus prophanis ſumpta ſimilitudine ad ſpiritualem intellectum tranſit. Sic pater meus cœleſtis faciet, inquit, uobis, ſi nõ remiſeritis unuſquiſq; fratri ſuo de cordibus ueſtris. Et ſtat in hoc ſimilitudo. Quẽadmodum rex huius ſeculi miſeretur plerunq; ſerui ſui ſuppliciter rogantis. Vbi autem uiderit eũdem ſeruum erga conſeruum ſuum inexorabilem, & non præſtare ullam miſericordiã, implacabiliter iratus, tradit ipſum ſeruum, cui debitum remiſerat, tortoribus, donec ſoluat uniuerſum debitum. Sic regnum cœlorum intellectum ſecundum eũ, qui regit, id eſt, pater noſter cœleſtis nobis, quibus peccata remiſit, facturus eſt, ſi non remiſerimus fratribus in nos peccantibus. Hac intentione intellecta, poterit quiſq; ſacræ theologiæ ſtudioſus ad inſtructionem morum & fidei accommodare cæteras parabolæ eiuſdem partes, & pie interpretari, quis rex, qui ſerui, & quid ſit incipere rationem ponere cum ſeruo, quis debitor, quæ decem milia talẽtorum, quæ uxor, & qui filij, quæ ſint omnia quæ rex uendi præcepit, ut reddatur debitum. Quid eſt eum, qui acceperat indulgentiam decem milium talentorum, egredi, quis conſeruus, quid debitum centum denariorum, qui centũ denarij, quid ſit ſuffocare, & dicere, redde quod debes, & qui conſerui uidentes, ac contri-

cõtriſtati,& domino nunciantes omnia quæ facta erant, qui tortores. Eiuſdem generis eſt Parabola Matth.2. Simile eſt regnũ cœlorũ hominipatrifamiliâs,qui exijt primo mane conducere operarios in uineã ſuã ,ubi regnũ cœlorũ intelligi tur comparatum ſecundum eum qui regnat , & ita ſimilitudo accipitur hoc pacto: Quemadmodum paterfamiliâs boni tate ſua,aut liberalitate adueniente ueſpera,poteſt etiam nouiſſimo operario,qui circa undecimã uenerat dare denariũ, ſicut primo qui mane uenerat cõductus denario. Neq; ẽm fit primo iniuria,ſi fiat alteri gratia:Sic regnũ cœlorũ, quod ſecundũ eum qui regit,eſt Deus,adueniente ueſpera.i. aut tẽpore aduentus mediatoris in carnem, aut conſummatione ſeculi pleroſq; nouiſſimos.i. ſero ad Eccleſiam uenıẽtes,in gratijs & præmijs æquat his,qui primi uenerunt. Quemadmodũ ergo illic ſcilicet in rebus prophanis,multi nouiſſimi ſunt ut primi,& primi ſunt ſicut nouiſſimi,quia primis recipientibus,quod ſibi debetur,non fit iniuria per id,quod nouiſſimis, id eſt,ſero uenıẽtibus fit gratia. Sic in ueſpera conſummationis ſeculi,idem æternæ uitæ denarius datur, tam ſero q̃ mane in uineam,id eſt,in Eccleſiã Chriſti uenientibus. Sic & Matth.21.Aliam parabolam,inquit Chriſtus,audite,Homo erat paterfamiliâs,qui plantauit uineam,& ſepem circumdedit ei,& fodit in ea torcular,& ædificauit turrim,& locauit eam agricolis,& peregre profectus eſt.Cum aũt tempus fructuum appropinquaſſet,miſit ſeruos ſuos ad agricolas,ut acciperent fructus eius, Agricolæ autẽ apprehenſis ſeruis eius, alium ceciderũt,aliũ occiderunt,alium lapidauerunt. Iterũ miſit alios ſeruos,& illis fecerũt ſimiliter: Nouiſſime miſit & filium,quem uidentes dixerunt , hic eſt hæres,uenite occida-

mus eũ, & habebimus hæreditatẽ eius, & apprehẽſum ciecerunt extra uineam, & occiderunt. Hac parabola ſic ſcribis ac Phariſæis propoſita, interrogauit illos: Cum ergo uenerit dominus uineæ, quid faciet agricolis illis? Aiunt illi, Malos male perdet, & uineam ſuam locabit alijs agricolis, qui reddant ei fructum temporibus ſuis. Dicit illis Ieſus, Nunquam legiſtis, lapidem quem reprobauerunt ædificãtes, hic factus eſt in caput anguli, à domino factum eſt iſtud, & eſt mirabile in oculis noſtris: ideo dico uobis, quod auferetur à uobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructum eius. Varijs ſimilitudinibus, diuerſisq́; figuris res eædem contexantur. Quos in ſuperiori parabola operarios & uinitores appellabat, in hac nunc agricolas, nunc ædificatores, ſeu cementarios uocat, conſideratione habita ad Eccleſiam, quæ nunc uinea, nũc ager domini, nunc domus domini appellatur. In hac parabola, argumento ſumpto à ſimili ex ipſorum Phariſæorum & ſcribarum reſponſione concluſit Chriſtus, regnum Dei iuſta ratione auferendum eſſe à Iudæis, qui inutiles ſerui, & infideles domino ſuo extiterant, & transferendũ eſſe in alium populũ, ſcilicet in gentes, quæ faciant fructum eius, & manifeſta eſt ſimilitudo, ſiue regnum Dei intelligatur, ſecundũ id quod regnat, ut eſt CHRISTVS, ſiue ſecundum id ſupra quod regnat, ut eſt Eccleſia, ſiue ſecundũ actũ, id eſt, regnationẽ quæ eſt in cordibus hominum per chriſtũ regem, ſiue ſecũdum id per quod regnat, ut ſcripturarũ intelligentia. Omnia eñ hac iuſta ratione, dum palam oſtendit Dei prouidentiam, ſecundum temporũ ſucceſſionẽ illis affuiſſe, & ab ipſo quod ad ſalutẽ eorũ pertinet nõ eſſe prætermiſſũ. Eos aũt inaudita neqtia & crudelitate, hac Dei clementia cõtumaciter fuiſſe abuſos.

ſponſæ, id eſt, Eccleſiæ ſanctorum uenturæ ad iudicium, unà cum ſponſo Chriſto, quo tardante ſuum iudicium ſomno mortis dormierunt omnes, ſed prudentes quæ ſibi de oleo charitatis in Deum, & proximum in uaſis ſuis prouiderant, una cũ lampadibus de ſomno mortis excitatæ ſub aduentum Chriſti paratæ ingrediũtur ad nuptias cœleſtis gaudij, ubi in ſempiternum fruantur ſponſo ſuo Chriſto, unà cum ſponſa, quæ eſt cœleſtis ſocietatis exercitus. Fatuæ autem expergefactæ tunc de ſomno mortis ſuſcitatæ, ſentientes ſe oleo indigere, præ anguſtia ſpiritus conſternatæ, deſiderabant quidẽ liberationis auxilia, deſtitutæ tamen omni ſpe obtinẽdi, certo uidentes iam tranſiſſe benefaciendi tempus, perpetuo excluduntur à nuptijs. Similis generis eſt parabola, quam aſſumpſit Saluator contra Simonem quendam Phariſæum, qui deſpiciebat non ſolum pœnitentem mulierem peccatricem, ſed etiam reprehendebat dominum eam ſuſcipientem. Eſt autẽ hæc parabola de fœneratore, cui duo erant debitores, & cum donaſſet debitum utriſq;, plus eſt ab eo dilectus cui plus donauit, Lucæ 7. Ex qua concluditur, Mariam plus dilexiſſe Chriſtum, per quem nouerat plura ſibi remiſſa eſſe peccata, cui autem minus remittitur, minus diligit. Sic et ſecundũ ſimilitudinem ſunt parabolæ de homine habente duos filios Lucæ 15. Item duæ ſimilitudines, quæ adhibentur in fine capituli Luc. 14. Vna de eo qui proponit ædificare turrim, altera de rege, qui uult ire ad bellũ, ad hoc pertinent, ut quiſque uolens eſſe diſcipulus Chriſti, militare Chriſto, et templũ ſanctum ædificare ſuo Chriſto, priuſquam accipiat hanc militiam, hanc diſciplinam, ſupputet uires animi ſui, ne ad obiectam occaſionem deficiat ab incœpto. Deficiet autem, niſi priuſquam profiteatur, renũciet omnibus, quæ poßidet, et odiat

patrem ſuum et matrem, id eſt, et in ſe, et in ſuis parentibus, et cognatis contemnat humanum affectum, quo cum impedimento futuræ uitæ præſens uita delectat, ne in illius confuſionem dicant tranſeuntes, Hic homo cœpit ædificare, et non poteſt perficere. Cœpit in uia Euangelica militare Chriſto, et non potuit uſq; in finem perſeuerare.

Et ſimilis generis parabolæ fieri poſſunt ex Prophetarũ et Pſalmorum metaphoris, ueluti cum Apoſtolorum prædicatio ſignificatur in ſonitu et eleuatione ſeu impetu fluminũ, quibus fremunt maria, conturbantur montes, confringuntur cedri, lætificatur ciuitas. Sicut enim aquæ dum plurima cõfuſione turbatæ deijciũtur in maris uiſcera, grandem reddunt ſonitum, deijciuntq; montes & arbores: Sic grandiſona Apoſtolorũ prædicatiõe gẽtes cõturbatæ intremuerũt. Hactenus id parabolarũ quib. adhibẽtur ſimilia ad inſinuandũ Euãgelicæ ueritatis myſteria, ſeu officia. Aliæ uerò ſunt parabolæ in quib. talia quædã inſinuãtur nõ ſecundũ ſimilitudinẽ, ſed per ſimilitudinẽ, ex qua cognoſcere poſsimus, q̃d ſit in re diſsimili. Quẽadmodũ Chriſtus docẽs, quod ad reſiſtendũ hoſtibus & ſuperandũ inimicos oportet nos ſemper orare, & nõ deficere, de iniquo iudice ſumpſit parabolã, qui etſi neq; timeret Deũ, neq; reuereretur hominẽ, tamen importunitate quadam impulſus tãdem ceſsit aſsiduis eiuſdem uiduæ interpellationibus, ne ſibi ab illa tediũ fieret, ne ueniẽs, inquit, ſuggillet me. In hac parabola iniquus iudex nec Deũ nec hominem timens, nullatenus perſonã Dei gerit, ſed per ipſum conijci poteſt, quantũ Deus iuſtus & bonus curet deprecãtes, cũ nec homo poteſt contẽnere eos, qui illum aſsiduis precibus tundũt: tanq̃ diceret: Si apud iniquũ iudicem uſq; ad effectum implẽdi deſiderij ualuerat perſeuerãtia uiduæ deprecãtis, quanto

certiores eſſe debemus apud Deũ fontẽ iuſtitiæ & miſericordiæ ualere orationẽ Eccleſiæ in tribulatiõe ſuppliciter & perſeuerãter deprecãtis. Eiuſdẽ generis eſt parabola Lu. 11 ad quẽ uenitur media nocte, ut mutuet tres panes, cõparatio eſt à minori. Si enim amicus homo ſurgit de cubili, et dat nõ propter amicitiã, ſed moleſtia & tedio cõpulſus, quãto magis petentibus dabit bona Deus, qui diligens nos filios ſuos, ut petamus hortatur. Talis eſt & parabola Lu. 16. de uillico, qui & iniquus diſsipator bonorũ eiectus à diſpẽſatione laudabatur à domino, non de fraude, ſed de prouidentia, quod proſpexerit ſibi in futurum, dum falſatis chirographis relaxauit ſingulis debitoribus, quãtum ſibi commodum uiſum fuerat. Laudauit dominus, inquit ſcriptura, uillicum iniquitatis, quod prudenter feciſſet, quia filij huius ſeculi prudentiores ſunt filijs lucis in generatiõe ſua. Ex hac ſimilitudine cõcluſit Saluator: Et ego dico uobis, facite ergo uobis amicos de mãmona iniquitatis, ut quũ defeceritis recipiãt uos in æterna tabernacula. Mãmona iniquitatis, ſeu opes nequitiæ dicũtur, quas cũ dominus dedit ad impẽdia neceſsitatis fratrũ & conſeruorũ noſtrorũ, nos tenemus nobis. Quod Hebræi iuxta linguã Syriacam uocant mãmona, Latine appellatur diuitiæ, ut inquit Auguſtin. in libro de uerbis domini, atq; hinc magis ſunt opes iniquitatis, ſi illas nobis faciamus diuitias, in ipſis conſtituẽtes nobis ſpẽ atq; copiam noſtræ beatitudinis. In hac ergo parabola, uillicus in eo quod falſatis chirographis fecit ſibi amicos de bonis domini ſui, perſonas iuſtorũ nõ gerit. Nõ enĩ iuſti domino ſuo aut proximo in aliquo faciũt fraudẽ, ut de ipſa fraude eleemoſynã faciãt. Proinde è cõtrario dicuntur huiuſmodi parabolę, ut intelligamus ſi laudari potuit is, q domino ſuo fraudẽ faciẽs, in futurum ſibi prouiderit, quanto magis à domino Deo, q nullũ dãnum ſuſtinere poteſt, eſt pronus, & in clemẽtiã

laudari merebitur, quiſquis ſecundum illius præcepta ſibi amicos faciat de diuitijs ſibi creditis. Tales igitur ſunt parabolæ quæ probant ſecundum huiuſcemodi principia, Si illud, quanto magis iſtud. Aut ſi non illud, quanto minus iſtud. Et talibus principijs innituntur ea, quæ in nouiſsima parabola Saluator cõtinuo ſubiecit, Qui fidelis eſt in minimo, & in maiori fidelis eſt, & qui in modico iniquus eſt, & in maiori iniquus eſt. Si ergo in iniquo mammona fideles non fuiſtis, quod uerũ eſt, quis credet uobis? Si in alieno fideles nõ fuiſtis, quod ueſtrũ eſt, quis dabit uobis? Ac ſi dicat: Quiſquis in rebus ſibi à domino creditis diſpenſandis eſt tantæ fidelitatis, ac ſollicitudinis, ut etiã in his quæ modica ſunt, & parui pretij, ſit ſollicitus & fidelis domino ſuo, is magis erit ſollicitus & fidelis domino ſuo in rebus maioris ponderis. Rurſus quiſquis tam iniquus eſt, ut etiam in rebus parui pretij, ex parua uidelicet undecunq; nacta occaſione, aut ex modica tentatione ſit infidelis domino ſuo, is & multo magis infidelis erit in rebus magni pretij. Qui pro re uili, & parui pretij uult præterire iuſtitiam, & legem Dei tranſgredi, is multo magis idipſum pro rebus magni pretij facturus eſt. Si ergo in iniquo mammona fideles non fuiſtis, quod ueſtrum eſt, quis credet uobis? hoc eſt, ſi in uilibus, uaniſq; diuitijs, quas dominus inæqualiter diſpẽſat, in eiſdem conſtituens alios abundantiores, ad impendia neceſsitatis fratrum, fuiſtis non fideles diſpenſatores, ſed auari detentores, quo nam pacto conſtituentiũ diſpenſatores in ueris ac precioſis bonis? Et ſi in alieno fideles nõ fuiſtis, quod ueſtrũ eſt, qs dabit uobis? hoc eſt, ſi in re trãſitoria quã uobiſcũ ferre non poteſtis, non fuiſtis fideles, qs dabit uobis id quod uere ueſtrum eſt, quod & uobiſcum poteſt eſſe perpetuum?

Experi-

Experimur quidē pleroſq;, qui paruis in rebus fidem ſeruant, tenentes iuſtitiæ normam, qui tamen pro magnis lucris & commodis uiolant & fidem, & iuſiurandum, quemadmodū de Phariſæis ait Saluator, liquantes culicem, camelum autē glutientes, hoc eſt, obſeruantes minima, contemnentes maiora. Sed hæc nihil contra ſententias Chriſti, quippe qui loquitur de fideli & iniquo, quatenus ut tales operantur, hoc eſt, quatenus operantur ſecundum affectionem, aut fidelitatis aut iniquitatis. Vnde bonus & iuſtus homo, ex uirtute iuſtitiæ, diſponitur ad uigilandum magis in rebus magni pretij, q̄ in rebus uilioribus & minutis, quæ quaſi pro nihilo reputātur. Attamen ſi uirtus iuſtitiæ in eo ſit tāta, ut faciat animū eius uigilare, & cuſtodire iuſtitiæ normā in rebus paruis, multo amplius diſponitur ad uigilādum in rebus magni pretij. Poteſt tamē fidelis & iuſtus ſecundū arbitrij libertatem tranſgredi tam in paruis, q̄ in magnis, quēadmodum ait de illo ſcriptura, Qui potuit tranſgredi & non eſt tranſgreſſus. Ex ſupra dictis igitur manifeſtum eſt, quod regnum cœlorum, cum dicitur eſſe ſimile huic, aut illi, non oportet ex hoc intelligere ſimilitudinē aſſumptam in omnibus ſuis partibus conuenire myſterijs regni cœlorum, cui adhibetur, cum ſufficiat ſimilitudine eſſe in ea regni cœlorum parte, aut cōditione, propter quam declarandā erat aſſumpta. Hoc patet primum in parabola de decem uirginibus, & in parabola de duobus filijs, & in parabola de patrefamiliâs, qui cōduxit operarios in uineam ſuam. Manifeſtum eſt quod hæc nouiſſima parabola non in omnibus partibus conuenit, ſiue exponatur de ueſpera, id eſt, de fine mundi, quemadmodū interpretatur Chryſoſt. Grego. Rabanus, & cæteri antiquiores, ſiue Nic. de Lyra, & alij quidā de ueſpera. i. de tempore ſub gra

tia primi aduentus Chriſti diſtribuẽtis gentibus gratiã Euã gelicam parẽ Iudæis, qui ſub onere & æſtu legis diu laborauerant. Hactenus de parabolis, quas dominus noſter Chriſtus diuerſas propoſuit populo Iudæorũ, ut iuxta uulnerum uarietates, ſit & medicina diuerſa. Quemadmodũ diuerſus eſt hominũ ſtomachus, alij amaris, alij dulcibus, alij auſterioribus, alij lenibus delectantur cibis: Ita & uarius eſt hominum animus, alij duris cõminationibus, alij conſolationibus, alij correptionibus indigent, & ſecundũ uarios hominũ animos, uarias Chriſtus propoſuit parabolas ex rebus corporalibus & uiſibilibus ſumendo ſimilitudines, quibus uel timore, uel amore moneatur animus ſuper rebus ſpiritualibus. FINIS.

BASILIVS IN ISAIAM.

Spiritus operatio. Quemadmodum enim uultuum imagines nõ in qualibet materia redduntur, ſed in ijs duntaxat, quæ leuorem & pellucentiã quandã habent: Ita non in quibuslibet mentibus operatio ſpiritus, ſed ijs quæ nihil habent obliquũ, nihil obtortũ. Candida quidẽ nix, uerum imaginẽ intuentũ non reddit, propterea quòd inæqualis eſt, è cõcreta ſpuma conſtãs. Lac albũ, at nõ exhibet imagines, eò quòd huic exiguæ quæpiã ſint bullulæ. Cõtrà aqua, tametſi ſit nigra ſpecie, tamen repræſentat ob leuorẽ: Ita uidelicet uitæ inæqualitas nequaquam idonea eſt, ad recipiendam diuinam operationem.

Nix. Lac. Aqua.

Baſilius de ſpiritu S.

Venatorũ laqueus. Quemadmodum uenatorum laqueus, ac bellantium inſidiæ fraudem habent occulta arte ſubditam: Ita complurium interrogationes inſidioſæ ſunt, qui percontationes obijciunt, non ut ex his capiant aliquid utilitatis, ſed ut quum repererint

Bellantium inſidiæ.

rint reſponſionem minus facientem ad ipſorum affectũ, hanc iuſtam belli cauſſam habere uideantur.

Cæterum qui conſueta faſtidiunt, ac uetera tanquam obſoleta ſummouent, ij ſunt qui nouas uocum fictiones: quemadmodum qui in cultu ſtudioſi ſunt ornatus, ſemper nouam formam præferunt communi. Nouæ uocũ fictiões.

Quemadmodum in corpora mollia, cedentiaq́; non poſſis egregiam plagam impingere, eo quod obſiſtere, contraq́; niti non queant: Ita eos qui palam inſaniunt, non poſſis forti iuuenilíq; redargutione percellere. Corpora mollia cedentiaq́ꝫ.

Queadmodum ars eſt in eo qui nactus eſt illam: Ita gratia ſpiritus in eo qui recipit, ſemper quidem præſens, at non perpetuo operans. Nam & ars potentia quidem eſt in artifice, actu uerò tum, quum ſecundum illam operatur. Itidem ſpiritus ſemper quidem adeſt dignis, ſed operatur in illis iuxta utilitatem, aut in prophetijs, aut in ſanationibus, alijs miraculorum operationibus. Ars. Gratia ſpiritus.

Quomodo mare baptiſmi typum gerens ſeparat à Pharaone, ſic & lauacrum hoc à diabolica tyrannide. Illud quidem occidit hoſtem in ſeſe, moritur & inimicitia, quæ nobis fuit cum Deo. Ab illo populus exijt illæſus. Aſcendamus & nos ab aquis tanquam ex mortuis uiui, ſeruati per gratiam eius qui uocauit nos. At umbra quam fecit nubes figura eſt de ui proficiſcente à ſpiritu ſancto, quæ flammam cupiditatũ mortificando membra refrigerat. Mare. Baptiſmus.

Atque illorum quidem uerba talia ſunt, qualia eſſent hominum ira commotorum, qui ob rationem affectu obſcuratam à nullo temperant, quod ad ulciſcendum

cum, à quo offenſi ſunt, faciat.

Radij ſolis Spiritus ſancti ſic omnes participes ſunt, ut ipſe maneat integer, radij ſolis in morē, cuius beneficiū ſic adeſt eo q frui tur, quaſi ſoli adſit, quum & terram illuſtret, & mare, & aë-

Spiritus ſ. gratia. ri miſceatur: Itidem & ſpiritus ſanctus, unicuiq; capaciū quū adſit, quaſi ſoli, omnibus ſufficiētem & integrā gratiā infun- dit quo fruuntur quæcunq; de illo participant, non quantum ipſa ſua natura poſſunt capere, ſed quantum poteſt ille.

Corpora illuſtria. Et quemadmodum corpora illuſtria perlucidaq; cõtacta radio ſolis, fiunt & ipſa ſupra modum ſplendida, & alium fulgorem ex ſeſe profundūt: Sic & animæ ſpiritu afflatæ, ac ſpiritu illuſtratæ, fiūt & ipſæ ſpirituales, & in alios gratiā emittūt. Hinc futurorum præſcientia, arcanorū intelligentia, occultorum comprehenſio, donorum diſtributiones, cœleſtis cõuerſatio, cū angelis chorea, hinc gaudium nunq̃ finiendum, hinc in deo perſeuerãtia, hinc ſimilitudo cū deo, & quo nihil ſublimius expeti poteſt, hinc eſt ut Deus fias.

Animæ ſpiritu afflatæ.

Profecto ſtulti, ac omnino infantilis animi eſt, puerīq; cui reuera lacte eſt opus, ignorare magnum illud myſteriū noſtræ ſalutis: quod quemadmodum doctores facere ſolent, in inſtituendis diſcipulis, ita nos in exercitatione pietatis dum ad perfectionem inducimur, primum perceptu facilioribus, ac noſtro modulo congruentibus ad incomprehenſibilem ſcientiam paulatim introducti fuimus, Deo qui noſtra gubernat, oculos noſtros uelut in tenebris enutritos, paulatim ad magnum illud lumen aſſuefaciendo ſubuehente. Dum enim parcit infirmitati noſtræ, in profunda opulentia ſapientiæ ſuæ, inq́ue imperſcrutabilibus iudicijs, placidam hanc nobiſq; accommodam adhibuit inſtitutionem, ut prius corporum umbras

Doctores.

Accommoda inſtitutio.

bras intueremur, & in aquis ſolem cerneremus, cōſuefaciens, ne protinus ſpectaculo puræ lucis offenſi, caligaremus.

Quemadmodum enim in his qui poſteaquam ad ſtadij finem peruenerunt, ſeſe reflectunt, & priuſquam in contrariū moueantur, conſiſtunt pauliſper, ac requiem aliquam interponunt: Sic & in mutatione uitæ uidebatur neceſſarium, ut mors inter priorem & poſteriorem uitam intercederet, quæ & præcedentem finiat, & initium det ſequuturæ.

Stadij finis

Mutatio uitæ.

Quemadmodū enim ſi in nocte tollas lucernam è domo, ſupereſt ut nihil uideant oculi, nihil operentur uirtutes, nec agnoſcatur rerum dignitas, ſed per ignorantiam aurum per inde conculcetur ac ſi ferrum eſſet: Ita in intelligibili gubernatione, impoſsibile eſt illam inſititiam manere uitam abſq; ſpiritu: nihilo profecto magis, quàm exercitus in recto ordine manere poteſt abſente duce, aut chorus in conſonantia, niſi adſit chori præfectus, qui temperet harmoniam.

Lucerna.

Inſititia uita.

Exercitus.

Chorus.

Sicut enim quæ iuxta floridos colores poſita ſunt, è ſplendore promanante colorantur & ipſa: Sic qui euidenter intendit oculos in ſpiritum, ex illius gloria quodam modo trāſformatur, ut fiat illuſtrior, dum ueritate à ſpiritu promanante, ceu luce, corde illuminatur.

Floridi colores.

Euidenter intendens oculos in ſpiritum.

Quemadmodum in contagijs peſtilentiarum etiam ij qui ſumma cura ſeruant uictus rationem, tamen iiſdem morbis quibus ægroti laborant, ob conſuetudinem eorum, qui corrupti ſunt, opplentur & ipſi: Itidem nunc omnes ſimiles inter nos facti ſumus, à contentione, quæ noſtros animos occupauit, ad malorum æmulationem redacti.

Contagia peſtilentiarum.

Cōtentioſi.

De ebrietate. Vt in peſtilentiis ſolet euenire, ij qui corpora curant, ſanos quidem et eo morbo liberos adiumentis qui-

Corpora curantes.

buſdã ad ſanitatem ſeruandã facientibus, ſecuros reddunt, il- los uerò qui iã affecti ſunt minimè attingãt: Sic ſermo noſter ex parte tantum aliqua proficere poterit, cuſtodiam atque obſeruationem contra prauos affectus animi monſtrando, hos uero qui iam illis tenentur, prætereundo.

Affecti.

Nauigia. Velut nauigia quando fluctibus procellæ acceptis grauan tur, neceſſario commeatus uacuatione ac proiectione uacuan da ſunt: Sic ebrijs rerum ſtomachum grauantium uacuatio neceſſaria, ex quo & uomitione & deiectione frequenti uix leuari poſſunt, tanto naufragis deteriores, quanto illi res cau ſantur extrinſecus & mare.

Ebrij.

Summe ſplendens. Sicut ſplendens aliquid uiſum perficit, ſumme autem ſplen dens, hebetat atq; uaſtat: & magni ſonitus ac ſtrepitus ob exceſſum, auditum tollunt: Sic & iſti ob aſſiduam atque im- modicam uoluptatem ſeſe uaſtant atque corrumpunt, & à delectationis uia omnino auertunt.

Magni ſonitus ac ſtrepitus.

Valles & Botri. Nam ſicuti ualles & botri donec torrentibus inundantur pleni eſſe uidentur, unda uero deſinente, ſtatim ſiccæ uacuæq; remanent: Sic & uinolentorum ora uino ac potatione du- rantibus exaturantur ac madeſcunt, paulò poſt continua ſic- citate laborant.

Vinolentorum ora.

Vermes. De ieiunio. Quemadmodum uermes qui in puerorum inteſtinis germinant, pharmacis quibuſdam uehementer acribus & amaris exſtiuntur: Ita peccatum in intimis ſe- ceſſibus habitans, extinguit, eneccatq; ſimulatq; in animam ſu peruenerit ieiunium, ob hoc ipſum ſuo dignum nomine, quod inedia purget animæ uiſcera.

Peccatum.

Ieiunium.

Fames. Sicut fames præcedens, epulas facit ſuaues: Ita & edulio- rum ſumptionem ieiunium condit atque edulcat.

Ieiunium.

Perin-

Perinde atq; in acie hinc atq; hinc inſtructa ad conflictũ, qui alteri parti fert ſuppetias, facit ut alter uincatur: Ita qui carni ſeſe adiungit, expugnat ſpiritum, & qui ſtat à ſpiritu, carnem in ſeruitutem redigit. Acies. Carni ſeſe adiungere.

Quemadmodum enim luxus cogit illos onuſtos incedere, nimirum ea quibus ſe ingurgitarint circumferentes: Sic ieiunium eos & leues reddit, & expeditos.

Quemadmodũ qui longinquã profectionem adornant, cõponunt ſarcinas, & commeatũ parant: Ita nonnulli uecordes hodie aduerſus quinque dierum ieiunium uino indulgent. Sarcinæ. Cõmeatus. Vecordes.

Niſi forte dicturus es illud, quod naucleri facilius ſeruãt nauim ſarcinis onuſtã, quàm eã quæ ad curſum expedita eſt ac leuis. Nam oneris magnitudine grauatã quamuis exiguus fluctus adoriens demergit. Contra quæ modicis ſarcinis temperata eſt facile ſuffert undarum impetum, eo quod nulla res impediat eam, quo minus fluctum in altum ſurgentem ſuperet. Eundem ad modum, & hominum corpora, aſsidua expletione degrauata, facile à morbis demerguntur. Cæterum quæ facili leuiq; utantur alimonia, non modo malum, quod à morbo imminente expectabatur, uelut tempeſtatis aſſultum effugiunt, uerum etiam præſentem iam ægritudinem, ueluti turbinem quendam coorientem diſcutiunt. Nauis ſarcinis onuſta, expeditaq; & leuis. Aſsidua expletio. Facilis leuisq; alimonia.

Eſt lapis eius naturæ, quem hinc Amianton Græci uocant ut inquinari non poſsit, hic ab igni non uincitur, ſed impoſitus igni uidetur igneſcere & in prunã uerti, rurſum exemptus igni, perinde quaſi fuiſſet aqua candidatus, apparet purior: huiuſmodi erant illorum puerorum corpora apud Babylonios, illud ieiunio conſequuta, ut nulla poſsent ui inquinari. Siquidem uehementi fornacis flãma, quaſi natura fuiſſent Amiantos lapis. Pueri Babylonij.

ſent aurei:ita apparuerunt innoxia, ui igni ſuperiores, quoniam potius auro potentiores declarati ſunt. Neq; enim illos liqueſcit ignis, ſed integros illos ſeruat.

Sol. Vigilia. Sanitas. An non uides ſolem eſſe lætiorem poſt noctem? ac uigiliam eſſe iucundiorem poſt ſomnum? & ſanitatem deſiderabiliorẽ diuerſa expertis? Itidem & cibus gratior poſt ieiunium.

Lux ſancti ſpiritus. E copioſiore paſtu ceu formoſi uapores quidam exhalantur, qui lucem ſancti ſpiritus in hominis mentem irradiantem, quaſi denſa nubes interueniens, intercipiunt.

Ne uelut in hos dies, crapulæ theſauros reponito. Iſta infida penui cella eſt, in pertuſum hauris dolium: fit enim ut uinum perfluat, ad ſuam recurrens uiam, peccatum uero maneat in dolio: famulus profugit ab hero uerberante, tu uero Ebrietas. non recedis à uino, quod contundit caput tuum. Ebrietas ut ſomnum adfert mortis germanum: Ita uigiliam habet ſomnijs adſimilem.

Fumus abigit apes, dona uero ſpiritualia fugat luxus.

Oleum. Ieiunium. Quemadmodum oleum oblinit athletam: Ita ieiuniũ robur addit ei qui ad pietatem exercet ſe.

Milites. Athletæ. Homilia 2. de ieiunio. His qui bellicis in rebus exercentur, quiq; in paleſtris luctando deſudant, cõuenit ut ciborum copia reddant ſeipſos corpulentos et obeſos, uidelicet, quo ualidioribus neruis labores queant capeſſere: contra uerò quibus non eſt colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem, ſed aduerſus principatus, aduerſus poteſtates, aduerſus mundi Spirituales. Sobrietas. rectores tenebrarum harum, aduerſus ſpirituales malicias, hos oportet per ſobrietatẽ ac ieiunium ad certamẽ exerceri.

Rhipſaſpis. Leuius periculum eſt ſi quis rhipſaſpis appelletur, quod clypeum in acie abiecerit, quàm ſi magnam illam armaturam

tam ieiunium uideatur proiecisse.

Quod in equis accidere ſolet, hoc in hominibus quibuſdam, ut quo copioſius ipſis ſuppetunt neceſſaria, hoc euadant ferociores. Equi ferociores.

De ira. Quemadmodum in medicorum præceptis, quando adpoſite & ex artis ratione experientia ſumitur, tūc maxime utilitas oſtēdi ſolet: Sic & in ſpiritualibus monitionibus poſtquam præcepta exitum teſtimonijs comprobatum oſtenderunt, tunc eorum utilitas ad uitæ illorum qui admonentur correctionem & eruditionem refertur. Medicorū experiētia. Spirituales monitiones

Quemadmodum torrentes ad curua loca decurrentes ſecum obuia quæq; trahunt: Sic & iratorum impetus uiolenti & inſtabiles omnia ſimiliter percurrunt atque obruunt. Torrentes. Iratorum impetus.

Sicut ille qui minime ſentientem aut curantem uerberat, ſeipſum lædit, & incōmodo afficit, quod nec inimicum plectere, nec manum iramq; exatiare ſe uideat: Sic & is qui contumelia in eum, qui nequaquam doleat, utitur, perturbati animi conſolationem inuenire nullo modo poterit. Seipſum lædens.

Sicut miles quidam apud ducem arma ſumens paratus eſt eius iuſſu auxilium præbere: Sic iracundia rationi adiutrix contra peccatum fuerit. Miles. iracundia.

De inuidia. Quemadmodum uenenum, ferrum: Sic inuidia hos qui eam poßident abſumit, atque uaſtat. Magis autem ſicuti uiperas dicunt abrupto matris uentre naſci, ſic & inuidia concipientem eam animam corrodere ſimul ac tabefacere apta eſt, nec nimirum, cum hominem malignum & inuidum, continuo dolor atque triſtitia comitentur. Venenum. Inuidia. Viperæ.

Quemadmodum ardentem ſyluam, aut materiam nobis cura eſt procul fugere ac ab ea ſecedere: Sic opus eſt (quoad Ardētis ſyluæ fuga.

fieri

Inuidorum commertia fieri poſsit ac liceat) inuidorum conuerſationes à noſtra amicitia repellere, ut extra eorum uenenatas ſagittas ſecurius agamus.

Sagittæ. Inuidia. Quēadmodū ſagittæ magna ui emiſſæ, ſi in durū aliquid ac reſpuens inciderint, in emittentem facile redeunt: Sic inuidia proximis triſtitiā nequaq̄ adfert, inuidenti tantū officit.

Vultures. Muſcæ. Inuidi. Sicut uultures permulta quidem prata, multa etiam amœna & odorata loca circumuolātes, ad tabida & fœculenta loca feruntur. Muſcæ quoque ſalubre ſi quod offendunt, prætereunt, ad hulcera uerò properant: Sic & inuidi uitæ ſplendorem ac rerum bene geſtarum magnitudinem minime quidem reſpiciunt, manca uerò et fragilia, & ſi quid erratum (ut quandoq; rebus accidit humanis, tantum obſeruant, hæc diuulgant, & per hæc tantum homines dignoſci uolunt.

Maligni pictores. Quemadmodum maligni pictores qui hominis imaginem ex aliqua nota aut hulcere natura ſeu caſu inſita corpori, effingunt, claramq; eſſe cupiunt.

Faber. De inſtitutione monacho. cap. 5. Sicut faber ſecurim faciens aut falcem, meminit ſemper eius qui opus iniunxit, & retinet in corde ſuo cuius magnitudinis uel qualitatis uel formæ iniūxerit fieri ſecurim, et illud ſemper intendēs quod ſibi meminit à domino operis iniunctū, ad hoc dirigit manuū miniſteriū, ut forma operis cū eius q iniunxit animo ac uolūtate conueniat: Si autē obliuiſcatur quid uel quale ſit quod ſibi fuerat imperatū, ſine dubio aliquid aliud q̄ ſibi fuerat iniunctum faciet: Ita et Chriſtianus omnem conatum, & omne ſtudium in

Ad uoluntatem Dei referēda eſſe omnia. actibus ſuis adhibere debet, ut ſecundū uoluntatem Dei qui opus iniunxit, ſuū quoq; dirigat opus, ut et actus ſui ornētur, et poſsit eius qui præcipit uoluntatē implere. Tunc etiā illud comple-

complere poteſt quod dictum eſt: Siue manducetis, ſiue bibatis, ſiue aliud quid faciatis, omnia ad gloriam Dei facite. Si uerò declinet aliquis à regula, et corrumpat obſeruantiam mandati, ex ipſo arguetur quod ſit immemor Dei.

Sermo. in aliquot ſcripturæ locos. Vidi ego iã, partim audiui, res certa eſt. inter animalia hoĩbus inimiciſſima, pardalim quãdoq; in ſtadijs hoĩs oculos præ ira inuadentẽ: q aũt feræ deludere furorẽ quærũt, hoĩs imaginẽ ei ex charta oſtendũt, illa ſtatim furibũda cã concerpit atq; dilacerat, hoc argumẽto ſatis oſtendens, q̃ta ſit eius aduerſus hominẽ inimicitia: Sic itẽ diabolus in imagine hominẽ apparentẽ inſectatur, qñ Deũ ipſum attingere neqt. Sic et cõtra nos bellũ ipſius ſatis oſtẽdit. Inſenſiſſima hominibus Pardalis. Diaboli bellum.

Sermo. ad Baptiſmũ. Vidi ego iã auis aſtutæ mirã artem, cum pullos ſuos uideat adhuc ob debilitatẽ prædæ periculo expoſitos ſeſe aucupi ante illos, ut prædã paratã offerre, ita ſeſe uertentẽ ac geſtus diſpenſantẽ, ut nec periculo penitus, aut manibus ſe præbeat, neq; itẽ inſidianti, ſpẽ omnino eripiat. Sic itaq; illum inter utrunq; uerſando, occupando, in ſe retinendo: ſpatium dat natis ocioſe fugiendi. Ipſa ad extremum euolat. Caue igitur ne tu aucupi ſimilia patiaris, certa pro incertis relinquens, ſpem firmam uana commutans. Auis aſtutia. Auceps.

Sermone in uerba, In principio erat &c. Solem hunc ſenſibilem, nemo eſt qui nõ laudet, & ipſius magnitudinẽ, ſimulq́; pulchritudinẽ, & radiorum ſymmetriã, & lucis ſplendorem admirãs: Si uerò in eo diligẽtius atq; pertinacius intuebitur, & indies eius aſpectũ cõſiderabit, nõ ſolũ quæ ſentit in eo deprendet, ſed etiam oculorum aciem debilitatus abſcedet. Tale quid mihi uideor pati mẽte, ſi requiratur de Deo, quid ſit. Sol. Deus quid ſit.

In pſalm. primum. Quemadmodum in gradibus prima eſt aſcen

Exercitatio. eſt aſcenſio ab humo receſſus: Sic in exercitatione laudabilis operis, diſceſſus à malo.

Cœno obuoluti. Sicut qui in cœno ſeſe obuoluunt, continuo ſibi lutum augent: Sic qui in carnis affectus facile ruunt, fœditatem ex uoluptate ſingulis diebus ſibi accumulant.

Correptio diuina. Medicus. In pſal. 37. Non fugit corripi, ſed in ira corripi. Veluti ſi quis medico qui paratus ſit per ferrum & cauterium, & amara remedia auxilium ferre, in cura morbi alicuius dicat: Non quæſo per ignem, neu per ferrum & inciſiones, ſed per leues & faciles medicinas me cura.

Salutares medicinæ. Vas odore tetro refertum. In pſal. 61. Vidi ego iam medicos, non prius medicinas ſalutares dare, quàm uomitu graſſantem naturam, morbi cauſam euacuent. Sed & uas quod odore tetro fuerit refertum, unguentum odoratum minime recipere poterit. Opus itaque ea quæ prius occupant, ut impedimenta remouere, ſi alia ſuccedentia collocare uelimus.

Indemonſtrata diſciplinarum præcepta. In pſal. 115. Cuilibet diſciplinæ neceſſe eſt indemonſtrata eſſe diſcentibus principia: hoc enim manifeſte ex ijs quæ ſunt extra fidem, apparet. Nam ſi geometricæ prima principia non concedas, durum fuerit inde ſymperaſma deducere. Item in arithmetica, in primis immorantes elementis, reliqua quæ ex ijs ſequuntur impediunt: Sic & medicis medicinæ principia minime demonſtrantur. Denique in quolibet ſtudio, quod ordine in finem procedit, impoßibile primorum ſubiectorum demonſtrationes inquirere. Sed neceſſe omnium artium quæ probatione nituntur, principia ſine ueſtigatione aut ratione poſita, reliqua quæ deinceps ſequuntur cum ratione oſtendant: Sic & theologiæ myſterium ex fide, minime rationibus probata, ædificium quærit.

Credere inquit Apoſtolus oportet accedentem ad Deum, quia ipſe eſt, nec contendere quid eſt.

In pſal. 14. Quemadmodũ incola qui alienæ inquilinus eſt domus, ad domini arbitriũ eam colit atq; exercet: Ita et nobis carnis diligẽtia traditur, ut cõgrue eã exercentes fructũ ex ea bonum præbenti reddamus. Si enim Deo digna fuerit, fiet (eius tabernaculũ. Inquilinus. Carnis diligentia.

In pſ. 44. Queadmodũ pannus ſta mine orditus contexitur: Sic ſi uerba facta comitentur, aut ſermonibus probis actiones induantur, ornatiſſima quædam animæ circumdatio, munitioq; fiet, qui uitã re ac uerbo perfectam redolent: fimbriæ nanq; ueſtis ſpirituales hæ ſunt, ideo aureæ dicuntur, quæ item uirtutẽ notare uidentur re ac uerbo abſolutã, quod hæc ueſtibus extẽt, ac panno ſuperſunt. Pannus. Factis tenus, uerbis procul.

In pſal. 45. Velut oculis euenire ſolet, ut interualla remota, hebetẽ faciunt uiſibilium comprehenſionem, propinquãtes uerò ac uicinitates intuentium, ocioſe ac diſtincte notitiam uiſibilium præbent: Ita & in cõtemplationibus puris, is qui per bona opera, ſeſe Deo familiarẽ ac propinquum non reddit, ipſius opera puris mentis oculis uidere non poterit, idcirco Venite, appropinquate, & ſic uidete opera domini, &c. Oculi. Contemplationes puræ.

Sicut calamus inſtrumentum ſcribendi eſt, ipſum ſcitè mouente manu ad eorum ſignificationem quæ ſcribuntur: Sic etiam iuſti lingua, quam ſanctus mouet ſpiritus, æternæ uitæ uerba ardentium cordibus inſcribit, tincta quidem non atramento, ſed ſpiritu Dei uiuentis. Calamus. Iuſti lingua

In pſal. 33. Sicut ſenſibile hoc lumen non omnibus ſimiliter oritur, ſed habentibus oculos & uigilantibus, & nullo impedimento prohiberi ualentibus, recte conſpicitur ſolis aduentus: Sic & iuſtitiæ uerum lumen, quod illuminat om- Lumen. Verum iuſtitiæ lumẽ

nem hominem uenientem in hunc mundum, non omnibus eius ſplendorem præbet, ſed his tantum qui rectè erga Deū ſe habent: Lux, inquit, orta non peccatori, ſed iuſto: Vt enim
Sol. ortus eſt ſol, ſed non ueſpertilionibus, nec alijs animalibus nocturnis: Sic & lux natura quidem ipſa fulgens & clara eſt, non tamen omnes claritatis participes exiſtunt.

In pſal. Benedicam dominum in omni tempore. Linguam
Lena. hominis ſimilem fecit lenæ cuidam & conciliatrici, quæ parata eſt ſeu bonam, ſeu malam concupiſcentiam ad effectum perducere.

Ceruus. Non aliter quàm ceruus uenenum ex antris trahit halitu ſuo, & purgat: Ita quidam ſua pia conuerſatione alios à peccato retrahunt, & conuertunt.

In pſal. 59. Ego fratres hodie ueſtram ad audiendum alacritatem reſpiciens, & meam in dicendo debilitatem conſiderans, quandam ſimilitudinem pueri infantis mihi uide-
Infans. re uideor, qui lacte, ubere materno ob ualetudinem deficiente prohibetur. Mater uerò filij deſiderium ſentiens, quan-
Mater. quàm exiccato lactis fonte, uexata tamen, & manibus puerilibus pulſata, ubera qualiacunq; præbet, non tam ut infantem nutriat, quàm ut flentem ſedet, & ad quietem adducat: Sic itaq; mihi euenit, qui quanquàm ualde ſum ex hoc morbo corpore debilitatus, nō conſolationem uobis quidem optatā, ac dignam offeram, ſed copiam ac facundiam, qualem poſſumus, præſtabo. Quamobrem ingenti charitati ueſtræ tantum ſatis erit, ueſtrum in me deſiderium ſola uoce ſedare.

Flamma. Flamma, quæ à proprio fumo ſupprimitur, aditum libe-
Virtus. rum non habet, ſed circa illum uoluitur: Sic & uirtute animas dirigente tabeſcere deijciq; à magnis turbationibus

non

non contingit, cum nullum ad exteriora reſpirationis exitum habeant.

In Gordianum martyrem, militem Cæſarienſem. Quemadmodum ex igne naturaliter emicat ſplendor, ex unguento quoque præſtanti diffunditur odor: Sic è ſanctorum commemoratione geſtorum, ad omnes prouenit utilitas.

Sanctorum cõmemoratio geſtorũ

Sicut arbores, quæ bona ferunt poma, propriæ bonitatis laudem nutrienti tribuũt humo: Sic iſte ex noſtræ urbis prodiens utero, ad ſummumq́; gloriæ culmen euectus, patriæ, quæ eum produxit atque aluit, honorem glorioſiſsimi martyrij tribuit. Iucunda ſunt nobis externa poma, modo delectent ſapore: ſed noſtro longe gratiora guſtui propria quàm peregrina, præterquàm, quòd & gloriam quandam nobis conferre uidentur.

Arbores pomiferæ.

Quemadmodũ ſuauia aromatũ odoramenta, propriũ quiddã per aërẽ continentẽ ſpirãt, q̃bus præſentes recreantur: Ita uir bonus toti ſibi commorantium contubernio ſalutaris & iu

Odoramẽta.

Vir bonus.

Quemadmodum apes fumo fugantur, & colũ (cundus. bas fœtor expellit: Sic uitæ noſtræ cuſtodem angelum lugubre (Græce πολύδακρυς, ſequitur enim ἁμαρτία) ac putens abigit peccatum. Sed & delicti cuiuſpiam reticentia, latens eſt animi morbus, ἀλλὰ καὶ κακία σιωπηθεῖσα νόσος ὕπουλος ἐστὶν τῇ ψυχῇ.

Angelus.

Confeſsio auricularis

Peccatum.

Veluti tragœdorum eſt fictio perſonaq́; accommoda, quibus theatra conſtituunt: Sic tu ordine putas lugenti, & perſonam, & formam conuenientem eſſe oportere, ueſtem in primis atram, comam ſqualentem, tenebroſam domum, ſordidã, puluerulentam. Rerum euentum formidabo? non mentẽ auertam? Non ſinam me à plaga improuiſa præcipitem agi, iam

Tragœdi.

diu probe inſtructus ſum, nihil humanum ſtabile. Magnæ ciuitates atq; illuſtres & munitionum claritate & colendorum potentia, & reliqua copia domi foriſq; pollentes, in ſolis ruinis, ſigna ueteris nobilitatis oſtendunt. Et nauigium quod ex multis ſæpe naufragijs ſeruatum ſit, ac milies quidem mare uelociter percurrit, milleq; comeatus uectoribus tulerit, uno demum ſpiritus impulſu diſsipatur. Exercitus quoque ſæpe uictor in prælio, hoſtibus quandoque mutata fortuna, miſerum ſpectaculum factus eſt. Gentes item omnes & inſulæ in magnam prouectæ potentiam: Et aut tempore deſierunt, aut libertatem cum ſeruitute commutauerunt. Denique quodcunque è maximorum & intolerabilium malorum dixeris, nullum eſt, quod in uita piorum exemplum non habeat. Sicut enim pondera in uitæ lancibus iudicamus, & auri differentiam lapidis frictu probamus: Sic ad menſuram rerum nobis à domino propoſitarum memoriam referentes, nequaquàm à modo & ordine excidamus. Sicut qui oculis infirmi ſunt, à rebus ualde claris uiſum auertunt, in floribus & herbis conquieſcunt: Sic & animam non iugiter triſtia reſpicere, nec præſentibus rebus mœſtis adhærere, ſed ad uariorum bonorum contemplationem oculos tollere oportet. Hoc itaque modo uita gaudebit, ſi Deum ſemper ſuſpiciat.

Signa ueteris nobilitatis.

Exercitus.

Lances.

Lapidis frictus

Laborãtes ab oculis.

Deus ſemper ſuſpiciendus.

In ſanctam CHRISTI natiuitatem. Quomodo ergo inquit corporali infirmitate Deus uerbum repletus non eſt: Hoc modo inquàm quo neque ignis ferri proprietates in ſe traijcit. Nigredinem habet ferrum & frigus, igneſcens tamen ſpeciem ignis induit, & candeſcens ignem non infuſcat, & ut ipſum flammaſcit, ita flammam ignis ſuo frigore

Corporalis infirmitas.

Ferrum.

gore non reſtinguit. Pari ratione humana domini caro diuinitatis particeps facta, diuinitati ſuas infirmitates non impertijt. CHRISTI caro.

Vt enim remedia ſalutaria ubi corpori accommodata fuerint, euincunt noxia, & ut tenebræ in domum illatis luminibus reſoluuntur: Ita mors, quæ in humana natura tyrannidem exercuerat, deitatis aduentu profligata eſt, & ut in aqua facies quàm diu nox & tenebræ ſunt liquores ſub ſua poteſtate tenet, ad ſolis uerò incaleſcentis radios eliqueſcit: Ita uſque ad aduentum CHRISTI mors regnauit: Vbi uerò apparuiſſet gratia Dei ſaluifica illa, & exortus eſſet ille ſol iuſtitiæ, abſorpta eſt mors in uictoriam, ueræ uitæ acceſſum non ferens. Remedia. Noxia. Tenebræ. Lumina. Mors. Sol iuſtitiæ

Nonne uides ſolem & in cœno agentem & ſordidis adlucentem nullam tamen inde graueolentiam contrahere: Sed contrà ubi aſſiduus hæſerit, purulentias exiccare? Quid igitur times impaſſibili & ſynceræ naturæ, ne maculam à nobis referat?

Vt enim lumen per cryſtallinas bracteas: Ita per humanum corpus diuina uis relucet, illuſtrans eos qui puros habent mentis oculos. Cryſtallinæ bracteæ.

Quomodo igitur per unum, inquit, in omneis deuenit lumen, aut quo pacto in carne diuinitas eſſe poſſit, eodem inquam modo, quo ignis in ferro, non tranſitione, ſed communicatione. Non enim ad ferrum ignis excurrit, ſed in ſuo loco permanens, uim ſuam ei impertit, nec impertiendo idminuitur, quanquàm id quod ipſum recipit totum compleat. Hoc modo uerbum Dei non dimotus à ſeſe habitauit in nobis ſine ulla immutatione. Lumen. Diuinitas. Ignis. Ferrum.

Auaritia. In illud Lucæ: Deſtruam horrea mea &c. Mihi auaritiæ

Gulones. uitium non diſsimile uidetur gulonum moribus, qui potius optant ingluuie dirumpi, quàm ex reliquijs aliquid ad indigos peruenire.

Sementis. Quemadmodum enim ſementis quæ in terram iacitur, lucrum affert ei qui iecit: Ita etiam panis in eſurientis manum ſeminatus multiplex commodum in poſterum reddit.

Anima auaritiæ obnoxia. Quemadmodum enim qui inſania, non res ipſas uident, ſed ea quæ morbus affingit: Ita tua anima auaritia occupata nihil niſi aurum, nihil niſi argentum contemplatur, aurum libentius quàm ſolem intuens.

Pueri prauo maloq; ingenio. Pueros quidem nequioris ingenij affatim ſinimus rebus quas cupide affectant ſatiari, ut expleri nimia copia, deinde faſtidio nauſeaq; laborēt, uerum non idem fit in auaro, quantò enim plura ingurgitat, tantò plura concupiſcit.

Putei exhauſti. Diuitiæ. Putei qui exhauriuntur, melius fluunt, quibus ſi ſuas aquas intactas relinquas, fœtorem contrahunt: Ita etiam diuitiarum quies inutilis, motus & tranſgreſſus publice utilis eſt & fructuoſus.

Theatri ſedilia. Diuites. Quemadmodum ſi quis in theatro ſedilia occupet, ac deinde ſuperuenientes excludat, ſibi proprium uendicans quod omnium uſui patet: ad eum modum ſe diuites gerunt. Cum enim quod commune eſt, priores inuaſerint, ex præoccupatione id proprium ſibi faciunt.

Medicus animarum Homilia aduerſus diuites. Si medicus membra uel ex natura uel ex morbo mutilata correcturum ſeſe pollicere-tur, non cum dolore eius uerba acciperes. Cum uerò magnus ille animarum medicus cupit te omnibus præcipuis mem-

membris maxime uitalibus abſolutam facere, in quibus defi cis beneficium iſtud repudiabis?

Cæterum mihi uidetur hic adoleſcentis affectus aut eorum qui huic ſimiles ſunt, iſtiuſmodi eſſe, ac ſi quis uiator deſiderio alicuius ciuitatis, donec ad ipſam perueniat, curſum intendat, ac deinde manſionem in ſuburbanis eligat, paulum progrediendi tædio omnem priorem exantlatum laborem ſibi inutilem reddens, ſeq; ab omni urbanorum ſpectaculorum pulchritudine excludens: Iſtiuſmodi illi ſunt, qui reliqua facienda ſuſcipiunt, de bonis ſuis dimittendis renituntur. Viator. Bona dimittenda.

Tu quidem cum aurum das ut equum compares, animo non angeris, cum uerò corruptibilia exponis, ut cœlorum regnum accipias, lachrymandum tibi putas? Regnum cœlorum.

Vt carioſas naues procellæ & turbines: Ita mala uxorum ſtudia infimas maritorum ſuorum animas demergunt. Carioſæ naues.

Vt enim ebrioſis ſi potum augeas, cauſam bibendi accumulas: Ita etiam qui recenter ditati ſunt, quò plura poſſident plura concupiſcunt, auctarijs morbum ſemper alentes. Ebrioſi. Recens locupletati.

Non aliter quàm qui ſcalas aſcendunt: ij enim ſemper pedes ad ſuperiorem gradum attollunt, nec prius conſiſtunt, quàm ad ſummum euaſerint: Eodem modo & iſti non remittunt ſui impetus uim, donec in altum ſubuecti, præcipiti caſu ſeſe addant. Scalas aſcẽdentes.

Quemadmodum fluuij exiguo fonte orti incrementis ſubinde acceptis ita augeſcunt, ut reſiſtere illis nequeas, & uiolento impetu quicquid obſtat ſecum trahunt: Ita etiam qui ad magnam potentiam euadunt, ex ipſis à ſe op- Fluuiorum incremẽta.

preſsis maiores ad nocendum uires accipiunt, & per eos quos antea læſerunt, reliquos in ſeruitutem redigunt, & potentiæ incremento uberiorem facultatem male agendi nanciſcuntur.

Pueri caſtigati. Nec pueris ſub pædagogo conſtitutis ſimilis fias, qui caſtigatione iritati, ſcindunt libellos: patre uerò conſolante, ac cibum præbente, ueſtem concerpunt, uel matris ora unguibus petũt. Nam & gubernatorem tempeſtas, & athletã ſtadium, & ducem pugna: magnanimum uerò & planè Chriſtianum calamitas, tentatio, prouocatio, labor & incommodũ probãt, & oſtendunt. Res triſtes animam ut aurum deprehendunt.

Vere Chriſtianus.

Vmbra. Peccata. Vt enim corpus umbra, ita animas peccata ſequuntur, euidenter res geſtas effigientia.

Aures dociles. Homilia in fame & ſiccitate habita. Quamobrem ſint aures ueſtræ dociles, molliter admittentes admonitiones, cedantq; docenti, ut cera ei qui ſigillum imprimit.

Aes. Aurum. Quum enim æs & aurum, quæ natura ſua infœcunda ſunt, fœnus ſuum, hoc eſt fœtus edant: quæ ex natura fœcunda eſt, ſterilis facta eſt, & in pœnam eorum qui ipſam incolunt, ſterilitatis damnata eſt.

Lurcones. Ingrati. Quid? an putas eum non reſpicere anguſtias tuas? imò habet cibum in manibus, ſed elargitionem eius differt, ut cognoſcat, an uita tua ſimilis ſit lurconibus & ingratis.

Illi enim quoaduſq; cibum in ore gerunt, laudant, aſſentantur, magnificè admirantur: Si uero menſa aliquantiſper differatur, maledictis uelut lapidibus eos feriunt, quos paulo ante perinde ac Deos ob ciborum lautitias adorabant.

Arripiẽda occaſio. Fluunt enim tempora, nec moratorem expectãt, feſtinant dies, ignauũ & ceſſatorem prætercurrentes: et quemadmodũ

fieri

ſieri non poteſt, ut decurſum fluuij ſiſtas, ac aqua eius ad neceſſaria uti poßis, niſi in primo occurſu, & ubi ſeſe obijcit humanis: Ita neq; tempus neceſſarijs circuitibus impulſum cohibere queas, aut iam elapſum ad caput reuocare, aut uſum illius habere, niſi quis quum ſe offert, arripiat.

Vt enim Adam male comedens, peccatum induxit: Ita nos inſidioſam eſcam edimus, niſi neceßitati fratris, & eſurici medeamur. Adam.

Ouium greges in uno & eodem monte paſcuntur, qui magno cum numero ad carpendum pabulum in eodem campo errant, ſinguli ſingulis (quatenus opus eſt) uſum concedunt. Nos contra rebus cõmunibus ſinus noſtros farcimus, & quæ multorum ſunt, ſoli retinemus. Ouiũ greges. Alieni à charitatis affectu.

Ad Gregor. Theologum.

Sic tuam epiſtolam agnoui, ut ij facere ſolent, qui amicorum liberos ex ſimilitudine in ipſis conſpicua agnoſcunt. Amicorũ liberi.

Vt oculus continuo circumactu uerſatus, & nunc horſum illorſumq; deflexus, nunc ſurſum deorſumq; erectus uicißim ac depreſſus, exacte cernere nequit, ſed obtutu incumbere in rem uiſam cum oportet, ſiquidem conſpectum rei perſpicuũ facturus eſt: Hunc in modum mẽtem humanam ſexcentis mundi curis diſtractam euidenter cernere ueritatem, uix eſt ut euenire poßit. Oculus uagus. Diſtrictus curis.

Neq; in tabulis ceratis ſcribere poßis, niſi prius literas diſpunxeris quæ ante ſcriptæ fuerunt. Neq; animæ prius diuina placita accommodaris, quàm anticipatas opiniones ab ea exemeris. Vt autem feræ beſtiæ blanda manu permulſæ, leui certamine ſuperantur: Ita libidines, pauores, mœrores animæ, uenefica mala cõſuetudine ſopita, nec perpetuo iritamẽ Tabulæ ceratæ. Opiniones Feræ beſtiæ. Affectus ſopiti.

 to effe-

to efferata, eluctabiliora deinde ui rationis fiunt.

Pictores. Quemadmodum autem pictores cum imaginem ex imagine pingunt, exẽplar identidẽ reſpectantes lineamenta eius transferre conãtur magno ſtudio ad ſuum opificium: Ita qui ſeſe meditatur omnibus numeris uirtutis abſolutum reddere, ueluti ſimulachra quædam ſpirantia ac actuoſa ſanctorum

Sanctorum uitæ ac opera. uitas reſpicere oportet, probáq; opera illorum, ſua mutando facere.

Diſcens. Neque uerò ad diſcendum uerecundum eſſe oportet, nec

Docens. ad docendum malignum, quod ab alio tute didiceris, nequaquam

Suppoſititij liberi. quam clam habendum, cuiuſmodi facere mulieres improbæ ſolent, quæ ex alijs ipſæ quæſitos liberos uiris ſuis tollendos ſubijciunt, patrem ementientes, autorem uerò ipſum prodere grata commemoratione decet, uerumq; ipſius ſententiæ parentem.

AD Chilonem de uita ſolitaria.

Panis. Omnis panis nutrimentum affert ad ſalutem, ægris autẽ

Scripturæ diuitiæ. ſæpe inutilis: Sic & omnis ſcriptura diuina ex Deo eſt, ac admodum fructuoſa, nihilq; per ſe immũdum atq; impurum retinet aut præbet, niſi ei qui illud eſſe putauerit immundum.

Nauigationis imperiti. Iis comparari poſſum qui in mari ob nauigandi imperitiam periclitantur, quumq; nauigij magnitudinem ut multam maris turbationem præbentem metuant, inde in lem-

Lembus. bum uel ſcalmum migrantes nihilominus ac in magna naui

Scalmus. naufragantur & uacillant. Tale quid & nobis contingit.

DE gentilium ſcriptorum libris euoluendis.

Tinctores. Velut hi qui tingunt cum primo quibuſdam medis id

Extraneæ diſciplinæ. quod colorem recepturum ſit præpararunt, tandem poſtea florem ſuperinducunt, ſiue purpureum ſiue quemuis alium:

Eo

Eodem nos itidem modo, ſi ut indelebilis ſit apud nos probitatis ſententia, cupimus his cũ extraneis diſciplinis fuerimus imbuti, tunc ſacris & occultis oprã dabimus, & qua ſolẽ in aqua prius uidere aſſuefacti, ad ipſam lucẽ dirigemus intuitũ. Studia ſacra.

Vt plantæ propria uirtus eſt fructum producere, afferunt tamen aliquem ornatum & frondes ipſæ circa ramos diffuſæ: Ita profecto & animæ præcipuus quidem fructus eſt ueritas, non inamœnum tamen eſt hac extranea circundari ſapientia, quæ tanquam frondes quædam, & fructui tegmen præbeat, & ſpeciem intuentibus lætiorem oſtendat. Plantæ. Frondes. Fructus animæ ueritas. Extranea ſapientia.

Velut in roſis legendis ſentes uitamus: Ita quantum utiliter ſumptum eſt accipientes, reliqua quæ nocere poſſunt, declinabimus. Roſæ. Sentes.

Velut enim florum, reliquis quidem uſque ad odorem, & colorem eſt uſus, apes autem mel ex ipſis excerpere nouerũt: Sic & qui diligentes in legendo exiſtunt, non ſolum quod dulce, iucundumq; fuerit in eorum libris perſequuntur, ſed quandam ex ijs utilitatem animo referre contendũt. Apes. Vtilitas.

Velut apes non omnibus floribus ſimiliter inſidunt, neque ex eis ad quos accedunt, omnia auferre conantur, ſed quantũ ipſis ad opus neceſſarium fuerit comprendentes, reliquum dimittunt: Nos etiam ut ſobrij, ſapientesq;, quantum congruum nobis, propinquumq; ueritati ex ipſis fuerit perſequamur, reliqua prætereamus. Modus & dictio.

DE agendis Deo gratijs.

Quemadmodum autem ij qui ſunt in littore conſtituti, erga eos qui in mari naufragium patiuntur, miſericordia mo- Naufragi.

uentur,

uentur, non tamen ob hanc curam & miſericordiam, propriã amittunt ſecuritatem: Sic & illi qui proximorum peccata lugent, & queruntur, propriam uitæ ac conſcientiæ puritatis lætitiã non amittũt, quin potius ob has pro fratribus lachrymas effuſas lætitiam augent, gratiamq; Dei ac domini noſtri Ieſu CHRISTI magis promerentur.

Proximorũ peccata lugentes.

ſicut enim uermes in lignis mollioribus innaſcuntur maxime: Sic animi anxietates in mollioribus hominum mentibus oriuntur.

Vermes. Angores animi.

Idem alicubi.

Athletam, qui de rebus pulcherrimis contendit, in ſtadio pietatis prodeũtem, plagas aduerſariorũ, ſpe coronæ ſempiternæ generoſe ferre oportet. Nam in ludis ac certaminibus qui ſe ad paleſtræ labores accingit, minime cunctabundus, aut proprium dolorem reſpiciẽs, ultro in aduerſarios percurrit, ac ſimul gloriæ & uictoriæ cupiditate incenſus, omnis incommodi obliuiſcitur: Sic item ſtudioſus, & ſi aliquid acerbitatis aut incommodorum obuenerit, animi lætitiam minime poterit amittere, quoniam (ut ait Apoſtolus) tribulatio patientiam operatur, patiẽtia probationem, probatio ſpem, ſpes non confundit, &c.

Athleta. Studioſi conatus.

In Iulittam martyrem.

Sicut enim in cuſtodias coniectorum quidam plus temporis in pædore & uinculis [illegible]tenti, nonnulli ſuæ miſeriæ celeriorem inueniunt liberationem: Sic & animæ quædam in hac uita diutius retinentur, aliæ minus, ſecundum cuiuſq; dignitatis proportionem, ſapienter quidem & profunde.

In carcerẽ coniecti. Animæ.

Quemadmodum enim oculi uehementer ſplendidum iuxta poſitum non uident, uerum receſſu quodam mediocri egent:

Oculi.

gent: Sic & animæ ingratæ in bonorum priuatione, præteritorum tantum gratiam ſentire uidentur.

Natura nihil patitur imperfectum. Et imago quæ tãtum ex parte media uidetur, non uiſum ac ſpectatorem admodũ delectat. Et itineris labor inanis quidem, niſi ad ſtatutũ perueniat locum, quò uiator præſcripſit. Et currentes in ſtadijs, uno ſæpe tantum gradu deficientes, à palma excidunt. Naturæ nihil imperfectum.

Quemadmodum enim ægri & debiles, rebus utuntur ad curandum aptis: Sic & ſtulti ſapientia indigent, meliusq; longè ipſam quàm argenti & auri theſauros mercari, longeq; item carior lapidibus pretioſis, & omne admodũ pretioſum ipſa prorſus dignum non eſt. Valetudinarij. Stulti. Sapientia.

Quemadmodum is qui ſagittam tendens ad metam dirigет: nec ultra, nec citra, nec utrobiq; errãdo à uia propoſita excidet: Ita rectus iudex factitabit, nec in iudicando perſonam, uacillabit. Sagittam tendens. Rectus iudex.

Super uerbis Moſcos, Attende tibijpſi.

Quemadmodum corpora debiliora prudentiſſimi medici, quibuſdam ante remedijs ad ſanitatem conſeruandam, & morbis occurrendum uti ſolent: Sic & animarum noſtrarum uerus curator, quũ nos ad peccata pronos, ac lubricos in uitia conſpiceret, præcipuis nos cuſtodijs munijt ac circũſepſit. Corpora debiliora. Verus animarum curator.

Quemadmodum in libra contingit, ſi alteram peſſundes lancem, alteram ex aduerſo leuiorem conſtitues: Sic & corpori & animæ ſolet euenire, alterius pondus excedens, leuius neceſſario reddit alterius. Libra. Lanx. Anima.

Super illo: Quòd Deus non ſit autor malorum.

Quemadmodum enim in peſtilentibus locis epotus aër latentem corporibus morbum injcit: Sic item in praua conſuetudi- Peſtilentia loca.

ſuctudine ac conſeruatione maxima nobis mala hauriuntur, etiamſi ſtatim incommodum non ſentiatur.

Medicus. Bonus deus Moderati labores. Diligentia

Medicus ſi labores & dolores addit, cum morbo, non cum ægroto dimicat: Sic bonus Deus ſalutē omnibus per caſtigationem ac pœnam diſtribuens. Tu nequaquā medio iraſci debes, ſi ex membris hæc incidit, illa urit, illa uerò corpore omnino ſeparat. Sed ualde lucrifacis, & ſeruatorem eum uocas, quòd in parui corporis parte, morbū curet priuſquam ad totum corpus morbus perueniat. Quādo ciuitatē uideris terræmotu concuſſam, colonis priuari, aut nauigium mercibus plenum in mari diſſolui: contra uerum iudicem & ſeruatorem armare linguam non dubitas, quum te intelligere oporteat, quemadmodum moderati labores, medicina ſunt hominum. Nam ex diligentia utilitas prouenit. Quando uerò dolor ob curam minime lenitur, neceſſaria eſt inutilis mēbri alienatio, ne morbi eius continuatio, cætera corporis uitalia percurrat. Ex quo nō inciſio, aut cauteriū, nō medicus cauſa, ſed morbus. IN Hexameron congreſſione VIII.

Obliuioſi uiatores.

Vt obliuioſi uiatores facere conſueuere, qui ſi quam rem ſibi neceſſariam reliquiſſent, & ſi longis itinerationibus magna uitæ ſpacia tranſierint, rurſus tamē eadem redeunt uia, dignam deſidia ſua pœnā luentes, cum inquam laborem, quē in remeando ſuſcipiunt: Sic & nos ut uidetur agimus, neceſſe eſt eadem uia redeamus oportet.

IDEM alicubi.

Serpens. Condonandum proximis.

Vt ſerpens, priuſquam uadit ad bibendam aquam, euomit uenenum omne: Ita tu omne uenenum iræ amarum euome, & remitte conſeruo tuo centum denarios, ut tibi dimittātur decem milia.

IN principium Prouerbiorum.

Sicut enim qui clauos corpori infixos habet, doloribus preſſus, non facile quicquam agere poteſt: Sic Dei timore cõfectus nõ oculo uti præter decorem, non manus ad nefarias mouere actiones, non denique paruum aliquid aut magnum contra officium agere poterit quaſi anguſtia quadam & motu minarum domini uictus atq; oppreſſus. Claui corpori infixi. Dei timor.

Quemadmodum enim parui pueri doctrinam deſpicientes, ob ferulas flagellaque, quæ magiſtri & pædagogi adhibere ſolent, attentius dictata ſuſcipiunt, & ipſe ſermo ante plagas non auditur, poſt uerbera doloréſque uelut ſtatim apertis auribus & auditu excipitur oratio & memoria cuſtoditur: Sic qui diuina audiunt præcepta, & ad ea ſeruanda ſe negligenter habent, poſtquàm à Deo diſciplina eis inflicta eſt, ad ipſius mandata ſeruanda, ac ei obtemperandum uoce quadam excitati uidentur. Nec dulcis ulli diſcipli na infantiæ. Diuina præcepta negligentes.

Quẽadmodum enim lepores uulpesq; canibus aliam curſu monſtrantes uiam, aliam conuerſi tenent: Sic huiuſcemodi orationis inuolucra ſpiritualis doctrinæ ſimplicitatem ac uiã detorquent. Lepores. Vulpes. Spiritualis doctrina.

Sicut enim mare in eodem ſtatu conſiſtere non diu poteſt, ſed quod uides tranquillum, paulò poſt uentorum impetu turbatum aſpicies, quódque horridum & undis feruens ac tumidum, mox multa quiete conſiſtere uidebis: Sic humanæ res facile uertigines mutationéſque accipient. Propterea gubernatoris & uſu & arte indigent, ut in uitæ tranquillitate mutationum inundationes facile non recipiant. Mare. Humanæ res.

D.Cle-

D. CLEMENS EPIST. PRIMA AD IACObum fratrem domini.

Eccleſiæ ſtatus. Similis nanq; eſt omnis Eccleſiæ ſtatus naui magnæ, quæ per undoſum pelagus, de diuerſis locis & regionibus uiros portat, ad unam potentis regis urbem properare cupientes, ſit ergo nauis huius portus dominus ipſe omnipotens Deus, Proreta. gubernator uero ſit CHRISTVS. Tum deinde proretæ officium epiſcopus impleat: præſbyteri, nautarum, diacones, diſpenſatorum teneant locum. Hi qui catechizant, nautologis conferantur, Epibatæ. epibatis autẽ totius fraternitatis multitudo ſit ſimilis, ipſum quoq; mare hic mundus habeatur, uentorum uero uarietates & turbinum, diuerſis tentationibus conferantur, perſequutiones ac tribulatiões & pericula fluctibus exequantur. Terreni uero ſpiritus qui uel de torrentibus, uel de Pſeudoeuãgelici. conuallibus ſpirant, pſeudoprophetarum & pſeudodoctorũ improbæ doctrinæ uerba ducantur. Promontoria uero & Iudices. loca confragoſa, hi qui in poteſtatibus ſeculi ſunt iudices, & pericula minantur ac mortes. Bithalaſſa uero loca, quæ duplicibus undæ fallacis æſtibus uerberantur, dubijs mente & de Hæretici. promiſsionum ueritate nutantibus conferantur, atq; his qui Hypocritæ irrationabili fidem noſtram ratione diſcutiũt. Hypocritæ ue Anabaptiſtæ. ro & doloſi, piratis ſimiles habeantur. Iã uero rapidus uortex & tartarea charybdis, & ſaxis inliſa naufragia, ac mortiferæ ſubmerſiones, quid aliud æſtimanda ſunt? Reſtat igitur quo hæc nauis curſu proſpero, tuta poſsit portum deſideratæ urbis intrare, ita Deo precẽ fundere nauigantes, ut me Bona opera. reantur audiri. Audiri autem à Deo ità demum merebũtur, ſi operationes ipſæ bonis moribus, & bonis operibus adiuuẽ Laici. tur. Sed ante omnia cum quiete & ſilentio epibatæ, id eſt, laici in

ſi in ſuis unuſquiſq; reſideant locis, ne forte per inquietudinem & inconditos inutilesq; diſcurſus, ſi paßim uagari cœperint, uel ab officio ſuo nautas impediãt, uel in alterum latus per inquietudinem eorum nauis preſſa demergatur. Nautologi de mercedibus commoneãt, & nihil omnino quod ad diligentiam, uel diſciplinam pertinet, diacones negligãt. Præsbyteri uelut nautæ, aptent ſingula ad inſtructionem nauis diligenter, & inſtruant quæ in ſuo tempore requirenda ſunt. Epiſcopus tanquam proreta uigilanter & ſolicite gubernatores uerbo cuſtodiat Chriſti. Saluator dominus, gubernator eccleſiæ ſuæ diligatur ab omnibus, & ipſius ſolius præceptis ac iußis credat & obediat omnis eccleſia, deo quoque indeſinenter ſupplicetur à cunctis de proſperitate uentorum. Nauigantes omnẽ tribulationem, & omne periculum ſperent, tanquam immane profundum mundi iſtius & uitæ humanæ pelagus nauigantes, in quo & eſuriendum ſit & ſitiẽdum, nuditatem quoq; ferendam, morbos etiam corporis, & ægritudines tolerandas. Inſuper & hominum inſidijs ac dolis ſæpe laborandum, quippe, qui & diſpergendos ſe nonnunquam nouerint, ſed aliquando etiam congregandos. Vomitus quoq; & ſuggillationes ferendas, cum ex confeßione peccatorum, & reiectione criminum, uelut male congregati in uiſceribus fellis, iactura facienda eſt, & abijcienda prorſus è corde omnis intrinſecus latẽs amaritudo peccati, ſi qua fortè ex deſiderijs iniquis, uelut ex cibis noxijs congregata eſt. Quam utiq; cum euomuerit quis & abiecerit, ingentis ægritudinis liberabitur morbo, ſi tamen poſt uomitum, quæ ad ſanitatem pertinent, ſumat.

Nautologi
Diaconi.
Presbyteri.
Epiſcopus.
Proreta.
Auricularis cõfeßio
Sumẽda eccleſiæ ſacramenta.

LIBRO PRIMO RECO.

Volũtas & conſilium Dei.

Voluntas & conſilium Dei latuit homines multis ex cau-ſis. Primo quidẽ pro inſtitutione mala, pro ſodalitatibus peſſimis, pro conſuetudine neq̃, pro colloquijs nõ bonis, pro præſumptionibus minus rectis: pro his, inq̃, omnibus, primũ error is, inde contẽptus: tũ infidelitas & malitia, auaritia quoq; & uana iactantia, aliaq; his ſimilia mala, uelut fumus quidã immenſus, uniuerſam mundi huius domũ repleuit, & habitantibus intrinſecus intuendi conditorem ſuum, aſpectum liberum non dedit, neq; quæ ei eſſent placita peruidendi. Quid igitur his qui ſunt intrinſecus conuenit? niſi ut ex intimis præcordijs clamore prolato, auxilium inuocent eius, quem ſolum domus fumo repleta non claudit, & accedens aperiat ianuam domus, quo poſſit fumus quidem qui intrinſecus habetur, excludi, lux uero ſolis quæ extrinſecus reſplendet, induci. Hunc ergo qui ad auxilium domus caligine ignorantiæ, & uitiorum fumo repletæ, perquiritur: illũ eſſe dicimus, qui appellatur uerus Propheta: qui ſolus inluminare animas hominum poteſt, ita ut oculis ſuis, uiam ſalutis euidenter inſpiciat.

Fumus.

Domus fumo impleta.

Verus Propheta.

Sicut enim ſine oculis cernere nemo poteſt, nec ſine auribus capere auditum, uel abſque naribus odoratum, neque ſine lingua guſtum ſumere, aut abſque manibus aliquid contrectare: Ita impoßibile eſt abſque uero Propheta, quæ deo placeant, noſcere. LIBRO III. recog.

Et Petrus: Si propter te, inquit, qui ad contradicendum tãtummodo uenis, rogarer de his dicere, nunquàm à me unũ ſaltem poſſes audire ſermonem. Sed quoniam neceſſe eſt agricolam, qui uult bonam terrã ſeminare, nõnulla ſemina perdere etiã in his petroſis, aut in his, quæ ab hominibus conculcãda ſunt, uel in dumoſis ac repletis ſentibus locis, ſicut & magiſter

Agricola.

giſter noſter expoſuit diuerſitatem propoſitiuniuſcuiuſq; animæ per hæc indicans, non morabor.

Sicut data à Deo pluuia, ex æquo & fruges nutrit, & lolium: meßis autem tempore, frumenta quidē congregantur in horreū, paleæ uerò uel loliū igni conſumuntur: Ita in die iudicij cū iuſti introducētur in regnum Dei, iniuſti autem ab ijcientur foras, tunc etiam iuſtitia Dei oſtendetur. Pluuia. Frumenta. Iuſti

Sicut teſta ouorum quamuis pulchre facta, & diligenter formata uideatur, neceſſe eſt tamen eam frangi & reſolui, ut inde pullus procedat, & illud pro quo totius oui forma expreſſa uidetur, appareat: Ita ergo & huius mūdi neceſſe eſt tranſire ſtatum, ut ſtatus ille ſublimior regni cœleſtis effulgeat.

LIB. VI. recognit.

Quoniamquidem ſicut terra cultore neglecta, ſpinas & tribulos neceſſario producit: Ita ſenſus ueſter longi temporis incuria, multas & noxias opiniones rerum, & intelligentias falſæ ſcientiæ germinauit. Opus eſt nunc multa diligentia ad excolendum rus mentis ueſtræ, ut id ſermo ueritatis, qui eſt uerus & diligens cordis colonus, aßiduis excolat diſciplinis. Neglecta terra. Excolendū rus mentis

LIBRO recog. IIII.

Sicut enim ignis quantò magis ligna acceperit, tantò amplius accenditur, & inualeſcit: Ita & cupiditatis rabies, per ea quæ adipiſcitur, auctior & uehementior efficitur. Ignis. Cupiditas

Sicut enim is qui acceperit ſub ſe milites, etiāſi ipſe inferior & illi ſuperiores ſint uiribus, tamē dicit huic uade, & uadit: & alij ueni, & uenit: & alij fac hoc, & facit. Hoc aūt poteſt non propria uirtute, ſed cæſaris metu: Ita & fidelis quiſque dæmonibus imperat, etiāſi uideātur illi multò eſſe hominibus fortiores Militibus præfectus. Cæſaris metus.

fortiores: Non propter ſuam uirtutem, ſed propter Dei qui eos ſubiecit poteſtati. Nam & quod diximus, ut Cæſar apud omnes milites, & in omnibus caſtris, atque in omni regno timeatur, cum ſit unus & fortaßis exiguus uiribus, non niſi poteſtate Dei agitur, qui timorem dat omnibus ut uni obtemperent.

LIBRO V. *recog.*

Sciolus. Præſumptuoſus. Nihil enim grauius, quàm ſi id quod ignorat quis, ſcire ſe credat, & defendat uerum eſſe quod falſum eſt, quod tale eſt, quale ſi quis ebrius ſobrium ſe putet, & agat quidem Ebrius. cuncta ut ebrius, ſobrium ſe tamen & ipſe putet, & Hæretici. dici à cæteris uelit: Ita ſunt ergo & hi qui ignorantes quod uerum eſt, ſpeciem tamen alicuius ſcientiæ tenent, & mala quaſi bona gerunt, atque ad perniciem, quaſi ad ſalutem feſtinant.

Tale eſt enim hoc, quale ſi quis æger ad medelam ſui, Aeger. Medicus. Venenarij. medicum pariter & uenenarios inuitet, cum illi nocere quidem poßint, curare non poßint, uerus autem medicus, uenenis illorum recuſet ſua medicamenta miſcere, ne aut pernicies bono, aut ſanitas nocentibus adſcribatur. Dicis ergo, indignatur, aut inuidet Deus, ſi cum ipſe benefaciat, alijs gratiæ referantur. Etiam ſi non indignetur, non uult tamen Impietas. erroris autor exiſtere, ut ſui operis beneficio inani idolo fi-Ingratitudo. des detur. Quid certe tam impium, tam ingratum, quàm à Deo beneficium conſequi, & reddere lignis ac lapidibus gratiam?

LIBRO *recog.* VI.

Sicut ſæpe uidimus putrefactas & emortuas corporis car-Putridæ nes, à connexione uiuentium membrorum ferro ſecante ſeparari.

rari. Tale ergo aliquid eſt quod agit ueritatis agnitio: neceſ ſe eſt enim, ut ſalutis cauſa filius, uerbi gratia qui ſermonem receperit ueritatis, à parentibus ſeparetur incredulis. mortuæ q. corporis carnes.

LIBRO recog. VIII.

Videntur mihi ij qui loquuntur uerbum ueritatis, & qui inluminant animas hominum, ſimiles eſſe radijs ſolis, qui ut proceſſerint, & apparuerint mundo, celari ultra aut occultari nullatenus poſſunt, dum non tam uidentur ab hominibus, q̃ uidere omnibus præſtant. Eccleſiaſtæ ſynceri. Radij ſolis

LIBRO IX. recog.

Sicut enim ſol omnes ſtellas ſplendore ſui fulgoris obtundit, & contegit: Ita & mens per ſcientiæ lucem, omnes concupiſcentias animæ inefficaces reddit & ocioſas, futuri iudicij memoriam ſuper eas tanquàm radios ſuos emittens, ita ut ne apparere quidem ultra in anima queant. Sol. Scientiæ lux.

LIBRO X. recog.

Sicut enim fieri ſolet ubi ſomnia aliqua uiderint homines, & nihil certi intelligunt, cum aliquis occurrerit exitus rerum, tunc ad ea quæ acciderint, aptant etiam ſomnij uiſum: Ita eſt & matheſis, antequam aliquid fiat, certi nihil pronunciatur. Poſtea uerò quàm aliquid acciderit, rei iam geſtæ colligunt cauſas. Somnia. Matheſis.

IRENAEVS aduerſus hæreſes Valentini & ſimilium lib. I. cap. I.

Quomodo ſi quis regis imaginem bonam, fabricatam diligenter ex gemmis pretioſis à ſapiente artifice, ſoluens, ſub iacentem hominis figuram transferat gemmas illas, & reformans faciat ex his formam canis uel uulpeculæ, & hanc male diſpoſitam conformet & dicat hanc eſſe regis illam imaginem bonam, quam ſapiẽs artifex fabricauit, omneis gemmas Vitiata regis imago.

ſtra percipientia Euchariſtiam, iam non ſunt corruptibilia, ſpem reſurrectionis habentia.

Aduerſus eundem lib. V.

Quemadmodum in paleſtra inſueti concertantes alijs unamquamlibet partem corporis, telis ſiue totis complectentes manibus per illud quod detinent cadunt, & cadentes putant ſe uincere, eo quod contentioſe teneant illud, quod primum apprehenderũt membrum, ſuper hoc autẽ quod ceciderũt, & deriſui habentur: Sic autem & hæretici caro & ſanguis regnũ Dei poßidere nõ poſſunt, duas dictiones tollentes à Paulo, neq; ſenſum Apoſt. perſpexerũt, neq; uirtutẽ dictionũ ſcrutati ſunt. inde aũt ipſas dictiões tenẽtes circa ipſas moriũtur, uniuerſam diſpenſationem Dei, quantum in ipſis, euertentes. Paleſtra. Hæretici.

Gentes autẽ quæ & ipſæ non alleuauerũt oculos ad cœlũ, neq; gratias egerunt factori ſuo, neq; lumen ueritatis uidere noluerunt, ſed ſicut mures cæci abſconditi in profundo. Gentes. Mures.

Qui ergo relinquunt præconium Eccleſiæ, imperitiã ſanctorum præsbyterorũ arguũt, non cõtemplantes quanto plus ſit idiota religioſus à blaſphemo & impudente Sophiſta: Tales ſunt aũt omnes hæretici, & qui ſe plus aliquid præter ueritatem inuenire putãt ſequentes ea quæ prælecta ſunt uarie & multiformiter, & imbecille facientes iter, de ijſdem nõ ſemper eaſdem ſententias habentes, uelut cæci à cæcis circumducuntur, iuſte cadent in ſublatentem foueam, ſemper quærẽtes, & nunquam uerum inuenientes.

Pamphylus Martyr in Apologia pro Origene.

Ego arbitror quòd ſicut in corpore eſcæ abundantia & qualitas uel quantitas tibi contraria, febres generat, & febres diuerſi uel modi, uel temporis, ſecundum eam menſuram Febres unde.

qua intemperies collecta materiam ſuggerit ac fomitem febrium, quæ materiæ qualitas ex diuerſa intemperie congregata cauſa uel acerbioris morbi uel prolixioris exiſtit: Ita anima cum multitudinẽ malorum operum & abundantiam in ſe congregauerit peccatorum, competenti tempore omnis illa malorum congregatio concitatur ad ſupplicium, atque inflammatur ad pœnas, cum mens ipſa uel conſcientia per diuinam uirtutem omnia in memoriam recipiens, quorum in ſe ſigna quædam ac formas cum peccaret, expreſſerat, & ſingulorum geſtorum ſuorum quæ uel fœde ac turpiter geſſerat, uel etiam impie commiſerat, hiſtoriam quandam ſcelerum ſuorum ante oculos ſuos uidebit expoſitam: Tunc & ipſa conſcientia proprijs ſtimulis agitatur atque compungitur, & ſui ipſa efficitur accuſatrix & teſtis. Quod ita ſenſiſſe etiam Apoſtolum Paulum puto, cum dicit: Inter ſe inuicem cogitationibus accuſantibus aut etiam defendentibus in die cum iudicabit Deus occulta hominum ſecundum Euangelium meum per IESVM CHRISTVM.

(Anima peccatis cooperta.)

(Conſcientiæ ſtimulus.)

DIDYMVS *libro primo de Spiritu S.*

Vt unguentum quod uaſe continetur, habet quidem odoris ſubſtantiam, ſed prohibetur longius ſpargi, quia uaſe intrinſecus clauditur: quum autẽ uas foris fuerit effuſum, emittit procul beneolentiã ſuam: Ita Chriſti nomẽ bene olẽs ante aduentũ eius in ſolo Iſraëlis populo uerſabatur, quaſi Iudææ uaſi incluſum. Notus enim, ait, in Iudæa Deus, in Iſraël magnum nomen eius. Quando autem coruſcans in carne ſaluator, in uniuerſam terram, quin potius in omnem creaturam extendit uocabulum ſuum, impleto eo quod ſcriptum eſt: Quàm admirabile eſt nomen tuum in uniuerſa terra. Quibus

(Vnguentũ uaſe contentum.)

(Chriſti nomen.)

bus conſequenter Apoſtolus loquitur: Non enim aliud nomen datum eſt ſub cœlo, in quo oporteat ſaluari nos, ut in Pſalmiſta ad dominum loquitur: Magnificaſti ſuper omnia nomen ſanctum tuum: Tunc completum eſt: Vnguentum effuſum nomen tuum.

Quomodo enim diſciplinæ, & uirtutis aſſumptor, ſignaculum & figuram (ut ita dicam) in ſuum ſenſum recipit eius ſcientiæ, quam aſſumpſit: Sic & is qui ſpiritus ſancti particeps efficitur, per communionem eius fit ſpiritualis pariter & ſanctus. Diſciplinæ. Particeps ſpiritus ſancti.

Quomodo enim qui aliqua diſciplina plenus eſt, qui perfecte eam habet, erudite & ſubtiliter poteſt de ea proferre ſermonem: Sic qui ſpiritum ſanctum conſummate acceperunt, ita ut impleantur eo, cum fidutia uerbum Dei loquūtur, quia præſens ſpiritus ſanctus dignam Deo uocem miniſtrat. Impletus ſpiritu ſancto.

Origenes homilia I. in Geneſ. Sicut luminaria iſta cœli, quæ uidemus, poſita ſunt in ſigna & tempora, & dies & annos, ut luceant de firmamento cœli ijs qui ſuper terram ſunt: hoc modo etiam CHRISTVS illuminans Eccleſiam ſuam, ſigna dat per præcepta ſua, ut ſciat quomodo quis accepto ſigno fugiat ab ira superuentura, uti ne dies illa ſicut fur eum comprehendat, ſed ut magis peruenire poſſit in animum domini acceptabilem. Luminaria cœli. CHRISTVS lux eccleſiæ

Sicut enim ſtella ab ſtella differt in claritate, ita etiam ſanctorum unuſquiſq; ſecundum magnitudinem ſuam lumen ſuum fundit in nos. Sicut enim ſol & luna illuminant corpora noſtra: Ita & à CHRISTO atque Eccleſia illuminantur mentes noſtræ: ita tamen illuminamur, ſi non ſimus mentibus cæci. Nam ſicut ſol & luna corporalibus oculis cæcos, Stella. Sol. Luna.

quàmuis illuſtrent, illi tamen recipere lumen non poſſunt: Ita & CHRISTVS lucē ſuam præſtat mentibus noſtris, ſed ita demum nos illuminabit, ſi nequaꝗ̃ cæcitas mentis impediat.

Oculi. Et ſicut non æqualiter oculi corporis noſtri illuminantur à ſole, ſed quanto quis in loca altiora conſcenderit, & ortus eius æditioris ſpeculæ intuitione fuerit contemplatus, tantò amplius, & ſplendoris eius uim percipiet et caloris: Ita etiam mens noſtra, ꝗ̃tò altius & excelſius appropinquauerit CHRISTO, ac ſe uiciniorē ſplendori lucis eius obiecerit, tantò magnificētius et clarius eius lumine radiabitur, ſicut ipſe ait per prophetā: Appropinquate mihi, et appropinquabo uobis. Et

Deus approximās. iterū dicit: Deus approximans ego ſum, et nō Deus de lōge.

Homilia 9. Vti quis exiguo uectus nauigio, ingreditur mare, donec terræ uicinus eſt, minus metuit, quū uero paulatim in altū fuerit progreſſus, & undis intumeſcentibus, uel in excelſum attolli cœperit, uel iiſdem dehiſcētibus in ima deduci, ibi uero mentem pauor ingens & formido percutit, quod exi-

Exiguā ratem immenſibus fluctibus credēs. guam ratem tam immenſis fluctibus credidit: Ita etiam nos pati uidemur, qui exigui meritis, & ingenio tenues, inire tam uaſtum myſteriorum pelagus audemus: Sed ſi orantibus nobis dominus dignetur ſpiritus ſancti auram nobis proſperam dare, ſecundo uerbi curſu portum ſalutis intrabimus.

In Exodum homilia 1. Videtur mihi unuſquiſque ſermo

Sermo ſcripturæ diuinæ. ſcripturæ diuinæ ſimilis eſſe alicui ſeminum, cuius natura hæc eſt: ut quum iactum fuerit in terram, regeneratū in ſpicam, uel in quamcunque aliam ſui generis ſpeciem, multipliciter diffundatur, & tanto cumulatius, quanto uel peritus agricola plus ſeminibus laboris impenderit, uel beneficium terræ fœcundioris indulſerit: Sic ergo efficitur, ut cul-

turæ

turæ diligentia, exiguum ſemen (uerbi cauſſa) ſinâpis, quod eſt minimum omnium, efficiatur omnibus maius oleribus, & fiat arbor: ita ut ueniant uolatilia cœli, & habitent in ramis eius: Ita & hic ſermo, qui nobis ex diuinis uoluminibus recitatus eſt, ſi peritum inueniat, & diligentem colonum, quum primo attactu uideatur exiguus, & breuis, ut cœperit excoli, & ſpiritualiter retractari, creſcit in arborem, in ramos, in uirgulta diffunditur: ita ut poßint uenire diſputatores & rhetores huius mundi, qui uelut aues cœli, leuibus pennis, uerborum duntaxat pompa excelſa ſectantur; & ardua, & rationibus capti, uelut habitare in ramis iſtis, in quibus non loquendi decor eſt, ſed ratio uiuendi.

Sinâpis. Peritus & gnauus colonus. Diſputatores. Rhetores Verborum pompa.

Homilia 5. Sed quò facilius quod dicimus poßit aduerti, utamur huiuſmodi ſimilitudine. Mutis animalibus quàmuis ſit imperitus & indoctus, rationabilis homo ſi cõparetur, uidebitur eloquens ad comparationem eorum quæ rationis & uocis expertia ſunt. Si uerò eruditis & eloquentibus uiris atque in omni ſapientia probatißimis conferatur, ineloquens & mutus uidebitur. At ſi ipſum quis contempletur diuinum uerbum, ipſamq; diuinam reſpiciat ſapientiam, quantæuis ſit eruditionis, & quantæcunque ſapientiæ, multò amplius quàm apud nos ſunt pecudes, ipſe apud Deum mutum ſe animal profitebitur.

Eloquens. Infans. Mutus.

Homilia 12. Tu ſi filium tuum ſcire uis literas liberales, uerbi gratia rhetoricam diſciplinam, nunquid eum uacuum & liberum eſſe concedis ab omnibus alijs: omißis cæteris, huic uni ſtudio operã dare iubes, pædagogos, magiſtros, libros, impenſas das, nihilq; deeſſe concedis, quod ad profectum eius

Rhetoricis addictißimus.

ſtudij

ſtudij facit. Quis noſtrum ita ſe ad diuinæ legis ſtudia conuertit?

Verbũ Dei ex Mariæ carne ueſtitum. In Leuiticum homilia 1. Sicut in nouiſſimis diebus uerbum Dei ex MARIAE carne ueſtitum, proceſſit in hunc mundum, & aliud quidem erat quod uidebatur, aliud quod intelligebatur: Carnis nanq; aſpectus patebat omnibus, paucis uero & electis dabatur diuinitatis agnitio: Ita & quum per prophetas, uel legislatorem uerbum Dei profertur ad homines, non abſque cõpetentibus profertur indumentis: Nam ſicut ibi carnis, ita hic literæ uelamine tegitur: ut litera quidem aſpiciatur, tanquàm caro, latens uero intrinſecus ſpiritualis ſenſus, tanquàm diuinitas ſentiatur.

Caro. Litera.

Mutua cognatio. Homilia 5. Sicut cognationem ſui adinuicem gerunt uiſibilia & inuiſibilia, terra & cœlum, anima & caro, corpus & ſpiritus, ex horum coniunctionibus conſtat hic mundus: Ita etiam ſanctam ſcripturam credendum eſt ex uiſibilibus & inuiſibilibus conſtare, ueluti ex corpore quodam literæ ſcilicet quæ uidetur, et animæ ſenſis, qui intra ipſam deprehendũtur: Ex ſpiritu ſecundũ id, quod etiam quædam in ſe cœleſtia teneat (ut Apoſtolus dicit) quia exemplari, & umbræ cœleſtium deſeruiunt. Quia ergo hæc ita ſe habeant, inuocantes Deum qui fecit ſcripturæ animam & corpus & ſpiritum: Corpus quidem his, quæ ante nos fuerunt, animam nobis, ſpiritum autem ijs, qui in futuro hæreditatem uitæ æternæ cõſequentur, per quam perueniat ad regna cœleſtia: eam nunc, quam diximus, legis animam requiramus.

Sancta ſcriptura.

Legis anima.

Medicus. Homilia 8. Omnis medicus ex herbarum ſuccis, uel arborum, uel etiam metallorum uenis, uel animãtium naturis, pro futura corporibus medicamenta componit. Sed herbas iſtas

ſi quis

ſi quis forte antequam ratione artis componantur, aſpiciat, ſiquidem in agris, aut montibus uelut fœnum uile conculcat & proterit: Si uero iſtas intra medici ſcholam diſpoſitas per ordinem uiderit, licet odorem triſtem forte, & auſterum red dant, tamen ſuſpicabitur eas curæ, uel remedij aliquid contine re, etiamſi nondum quæ uel qualis ſit ſanitatis ac remedij uirtus, agnouerit. Veni nunc ad IESVM *cœleſtem medicum: Intra ad hanc ſtationē medicinæ eius eccleſiam: Et quia* IESVS *hic, qui medicus eſt, & uerbum Dei eſt ægris ſuis, non herbarum ſuccis, ſed uerborum ſacramentis medicamenta conquirit: Quæ uerborum medicamenta, ſi quis incultius per libros uelut per agros uideat eſſe diſperſa, ignorans ſin gulorum dictorum uirtutem, ut uilia hæc, & nullum ſermonis cultum habentia præteribit: Qui uero ex aliqua parte didicerit animarum apud* CHRISTVM *eſſe medicinam, intel liget profectò ex his libris, qui in eccleſia recitātur, tanquàm ex agris, & montibus ſalutares herbas aſſumere unumquenq; debere ſermonum duntaxat uim: ut ſi quis ille eſt in anima languor, non tam exterioris frondis & corticis, quàm ſucci interioris hauſtæ uirtute ſanetur.*

IESVS *cœleſtis medicus.*

Inuentum medicina meum eſt.

Animarum medicina.

Libri eccle ſiaſtici.

In Leuiticum homilia 5. Tantum ſi cauſa dicenda ſit apud iudicem terrenum, quæ aliquem metum ex legibus habere uideatur: non ex omnibus uigilijs excubatur, aduocato patrono munera præparantur; etiam ſi anceps periculum ſit, aut etiam ſolius notæ metus uel damni ratio? Nos quare non credimus quod omnes aſtabimus ante tribunal CHRISTI, *ut reportet unuſquiſque propria corpora, prout geſſit ſiue bona ſiue mala.*

Metuens à cauſa cadere.

Tribunal.

Homilia 8. In uulneribus corporum poſteaquàm curata fuerint

Vulnera corporum.

fuerint, remanet nudum ipſius uulneris ſignum, quod cicatrix appellatur. Vix enim eſt qui ita curetur, ut nullum ſuſcepti uulneris reſidere uideatur indicium. Tranſi nunc ab iſta legis umbra ad ueritatem eius, & intuere quomodo anima quæ peccati uulnus acceperit, etiamſi curetur, tamen habet peccati cicatricem in loco uulneris reſidentem. Quæ cicatrix non ſolum à Deo uideatur, ſed & ab eis, qui acceperunt ab eo gratiam, qua præuidere poſſint animæ languores & diſcernere, quæ ſit anima ita curata, ut omni generi ueſtigium illati uulneris abiecerit, & quæ curata ſit quidem, ſed ferat adhuc ueteris morbi in ipſo ueſtigio cicatricis indicia.

Animæ uulnera. Cicatrix.

Homilia 10. Sicut hi quibus artificium eſt ſigna ex ære facere, & ſtatuas fundere, antequàm uerũ opus æris producunt aut argenti aut auri, figmentum prius luti ad ſimilitudinem futuræ imaginis formant, non quod figmentum neceſſarium ſit, ſed uſquequo opus quod principale eſt expleatur. Cum autem fuerit effectum opus illud propter quod figmen tum luti fuerat formatum, uſus eius ultrà non quæritur: Tale aliquid etiam in his, quæ in typo & figura futurorum in lege & prophetis uel ſcripta uel geſta ſunt. Venit enim ipſe artifex, & autor omnium, & legem quæ umbram habebat futurorum bonorum, tranſtulit ad ipſam imaginem rerum. & quæ ſequuntur.

Fuſores. Statuarij. In dolio figulina. Typus & figura futurorum.

Agones. Homilia 16. In agonibus corporalibus gradus quidam, & differentiæ ſingulorum quorunq; obſeruari ordinum ſolent, ut pro qualitate certaminum, præmio remuneretur unuſquiſq; uictoriæ. verbi gratia, ſi inter pueros quis habeat agonem, ſi inter iuuenes, ſi inter uiros, quæ per ſingulos ordines

ſtinēs obſeruatio haberi debeat, quid fieri liceat, quidue non liceat, & quæ certaminis regula cuſtodiri, quid etiam poſt hæc remunerationis mercatur palma uincentis, ipſis nihilominus agonicis legibus cautum eſt: Ita & nunc omnipotens Deus obſeruandæ legis ſuæ in hoc mundo agonem mortalibus ponens, poſteaquàm tradidit obſeruanda quàmplurima, & quid fieri, quid non fieri aſcripſit, conuenienter ad ultimum iam Leuitici librum, in quo de ſingulis quibuſque obſeruationibus conſtitutum eſt, quid muneris re portet, qui impleuerit, quid pœnæ ſubeat qui non obſeruauerit, enuntiat. Palma. Obſeruationes. Munus. Pœna.

In Numeros homilia tertia. Scriptum eſt de manna, quia ſecundum tempus illud ſi quis id ita ſumpſiſſet, nutriretur ex eo: Si quis uerò contra præceptum Dei, & contra ſtatutum diuinitus modum, uoluiſſet aſſumere, non frueretur eo ut uitali cibo, ſed uermes ebullirent ex eo: Et ita fiebat ut una atque eadem ſpecies mannæ alijs uermes & putredines generaret, alijs uero ſalubrem cibum conferret, & uitæ neceſſarium. Igitur & noſtrum manna uerbum Dei eſt, & apud nos ergo ſermo Dei alijs efficitur ad ſalutem, alijs ad pœnam. Manna.

Et propter hoc arbitror: quod dominus qui eſt uiuum Dei uerbum, dicebat: In iudicium ego ueni in mundum iſtum, ut non uidentes uideant, & uidentes cæci fiant. Quanto melius eſſet nonnullis omnino nec audire uerbum Dei, quàm audire cum malicia, uel audire cum hypocriſi. Melius autem dicimus ad comparationem malorũ, uere autẽ melius & uere rectius ac perfectius eſt, ut qui audit uerbum Dei, audiat corde recto & parato, ut in terra bona fructificet & creſcat. Verbũ Dei.

Homilia 6. Licebit tamen ex ingentibus campis paucos floſculos legere, & non quantum ager exuberat, ſed quantum odoratui ſufficiat carpere. Sicut & cum quis accedit ad fontem, non ei tantum haurire neceſſe eſt quantum uena diues effuderit, ſed quantum arentes ſiti mitiget fauces. Ne forte plus iuſto ſumpta, fiat potanti ſalubris unda pernities.

Floſculi.

Fons.

Homilia 8. Sed nunc ſicut ij qui uel dæmone repleti, uel mente alienati ſunt, non ſentiunt ſi uulnerentur, quia naturalibus ſenſibus carent: Ita & nos uel cupiditatibus ſeculi amentes effecti, uel uitijs inebriati ſentire non poſſumus, quanta uulnera, quantas contritiones animæ peccando conquirimus.

Dæmoniaci.

Mente alienati.

Vulnera animæ.

Homilia 12. Sicut enim unus iſte puteus, qui eſt ſermo Dei efficitur putei, & fontes & flumina innumerabilia: Ita & anima hominis quia ad imaginem eſt Dei, poteſt in ſe habere & producere ex ſe & puteos & fontes & flumina. Sed & reuera putei qui ſunt in anima noſtra indigent fodiente, debent enim mundari, & omne quod terrenum eſt ab eis debet auferri. Vt uenæ illæ rationabilium ſenſuum, quas ei inſeruit Deus, pura ac ſyncera fluenta producant. Donec enim terra contegit aquarum uenas & obturat occultum fluenti, non poteſt puri laticis unda profluere.

Sermo Dei.

Anima hominis.

Putei animæ.

Super Numeros homilia 23. Sicut enim ex iuſticia generatur iuſticia, & ex caſtitate caſtitas. Si quis enim primo tenuiter caſtus eſſe cœperit, accepto caſtitatis fermento quotidie caſtior efficitur: Ita & qui ſemel intra ſe licet paruum poſuerit fermentum, quotidie ſemetipſo nequior efficitur ac deterior.

Caſtitatis fermentum

Homilia 26. in Numeros. Tanquam in Muſicis ſi harmonia chordarum fuerit conſonanter aptata, ſonum ſuauem mo

Harmonia chordarũ.

dulati carminis reddit. Si uero ſit aliqua in fidibus diſſonantia, ingratiſſimus ſonus redditur, & carminis dulcedo corrumpitur: Ita & ij qui Deo militant, ſi diſſenſiones & diſcordias inter ſe habeant, ingrata erunt omnia, & nihil acceptum Deo uidebitur, etiamſi multa bella conficiant, etiamſi ſpolia multa deferant, & multa munera offerant Deo. Ego autem amplius aliquid dicam. Niſi talis fueris, ut in nullo diſſentias à mandatis Dei, nec in aliquo diſcrepes ab euangelicis præceptis, non poteris ſuperare inimicum. In eo enim ipſo, quo diſſentis, uictus es à diabolo. Diſſonātia. Schiſmata Diſcordiæ Factiones.

Homilia 27. Non ſolum homo quum uiderit cibum animalium, ſcit eum non pro ſe, ſed pro animalibus creatum: ſed & ipſa animalia agnoſcunt proprios cibos: & alijs quidem (uerbi cauſſa) utitur leo, alijs ceruus, alijs bos, alijs uero aues: Sed inter homines ſunt quædam differentiæ in appetendis cibis. Et alius quidem, qui bene ſanus eſt, & habitudine corporis ualens, fortem cibum requirit, & credit, confiditq; ſe edere omnia uelut robuſtiſſimi quique athletarum: Si quis uerò infirmiorem ſe ſentit, & inualidum, delectatur oleribus, & fortem cibum pro ſua infirmitate reijcit: Si uerò ſit aliquis paruulus, etiamſi uoce indicare non poſſit, re tamen ipſa nullam quàm lactis requirit alimoniam. Et ita unuſquiſq; uel pro ætate, uel pro uiribus, uel pro corporis ualetudine, aptum ſibi, & competentem uiribus ſuis expetit cibum. Si ſufficienter rerum corporalium conſyderaſtis exemplum, nunc ab ijs ad intelligētiam ſpiritalium ueniamus. Omnis natura rationabilis proprijs & competentibus nutriri indiget cibis. Cibus autem uerus naturæ rationabilis ſermo Dei eſt, Sed ſicut in nutrimentis corporis multas Suus cuiq; creatus cibus. Diſcrimina in appetendis cibis. Cibus uerus naturæ

rationabilis ſermo Dei. paulò ante dedimus differentias: ita & natura rationabilis, quæ ratione, & uerbo Dei (ut diximus) paſcitur: non omnis uno atque eodem uerbo nutritur. Vnde ad ſimilitudinem corporalis exempli eſt aliquibus etiam in uerbo Dei cibus lactis apertior ſcilicet, ſimplicior doctrina: ut de moralibus eſſe ſolet, quæ præberi conſueuit ijs, qui initia habent in diuinis ſtudijs, & prima eruditionis rationabilis rudimenta ſuſcipiunt.

Homilia ſuper Ieſum Naue. Hæc idcirco diximus, quia uidemus in ſcripturis ſanctis referri, quòd propter unum Anathema peccantem anathema facti ſunt filij Iſrael, ita ut uincerentur ab hoſtibus. Sed uideamus & ipſum peccatum eius quale ſit. Furatus eſt (inquit) linguam auream, & poſuit eam Lingua aurea. in tabernaculo ſuo. Non puto illo furto parui auri tantam uim fuiſſe peccati, ut tam innumeroſam domini eccleſiam macularet. Sed uideamus forte interioris intelligentiæ ſit tanta, & tam grauis acerbitas iſta peccati. Multus decor eſt in uerbis, & multa in philoſophorum uel rhetorum ſermonibus pulchritudo, qui omnes de ciuitate ſunt Hiericho, id Hiericho. eſt, huius mundi homines. Si ergo inuenias apud philoſophos peruerſa dogmata luculenti ſermonis aſſertionibus decorata, iſta eſt lingua aurea. Peruerſa dogmata. Sed uideas ne te decipiat fulgor operis, ne te rapiat ſermonis aurei pulchritudo. Memento, quia IESVS anathema iuſsit eſſe omne aurum, quod in Hiericho fuerit inuentum. Poëta. Si poëtam legeris modulatis uerſibus & præfulgido carmine Deos, Deasq́; tepentem, ne delecteris eloquentiæ ſuauitate. Lingua aurea eſt: ſi eam ſuſtuleris, & poſueris in tabernaculo tuo, ſi introduxeris in cor tuum ea quæ ab illis aſſeruntur, polluẽs omnem eccle-

ſiam

ſiam domini: Hoc fecit infelix Valentinus & Baſilides, hoc fecit & Martion haeretici: furati ſunt iſti linguas aureas de Hiericho, & philoſophorum non rectas nobis in eccleſias introducere conati ſunt ſectas, & pollui omnem eccleſiam domini. Sed nos praecedens primum ſequamur exemplum, diſcutiamus diligentius, ne quis abſconditam in tabernaculo ſuo habeat Hierichontiam linguam, & abijciamus malum ex nobis ipſis, quia etiam ſi nos ceſſamus, arguet Deus ita ut ipſe ſponte confiteatur & dicat: Furatus ſum linguam auream. Valẽtinus. Baſilides. Martion. Sectae. Hierechontia lingua.

Homilia undecima. Ait enim, quia eſt quaedam arbor quae ulmus appellatur, quae fructum non affert, portat tamen uitem, quae affert plurimum fructum, & ex eo quòd adminiculo eſt uiti, quae eius uiribus nitens uel afferre uel ſeruare poteſt plurimum fructum, etiam ulmus, quae infructuoſa eſt, neceſſaria uidetur & utilis, ex hoc ipſo quòd frugiferae deſeruiat uiti: Tale aliquid intellige etiam in Gabaonitis, qui non depoſuerunt quidem ueterem hominem cum actibus ſuis, miniſtrant tamen ſanctis & ſeruiunt, & aliquid utilitatis impendunt, & tali quodam ordine ab IESV ſalutem cum iuramenti interpoſitione ſuſcipiunt. Vlmus. Gabaonitae Miniſtrantes ſanctis.

Homilia 14. Neque enim aliquid amarius poteſt eſſe peccato, etiam ſi dulcia quaedam uideantur in primis, ſicut Salomon ſcribit: Sed in nouiſsimis (inquit) amarius felle inuenies, quod dulce in initijs uidebatur, & acutius acie gladij. Iuſtitiae uerò natura contraria, in initijs uidetur amarior, in nouiſsimis uerò melle dulcior inuenitur, cum uirtus fructus attulerit. Nihil peccato amarius. Iuſtitia melle dulcior.

Homilia 20. Solent medici praebere interdum cibum aliquem, interdum etiam potum dare, uerbi gratia, ad diſcu- Medici.

tiendam caliginem uiſus, nec tamen in edendo ipſo cibo, uel in potando ſentimus, quia utile eſt & prodeſt oculis, ſed cum tranſierit uiſum cibi illius, aut poculi uirtus, paulatim purgat aſpectum, & tunc demum ſentire incipimus, quia cibus ille, uel potus profuit oculis. Sed & in alijs ſimiliter corporis partibus eadem fieri ſolent. Hoc ergo modo credendum eſt etiam de ſcriptura ſancta, quia utilis eſt, & animæ prodeſt, etiam ſi ſenſus noſter ad præſens intelligentiam non capit, quoniam (ut diximus) & bonæ uirtutes quæ nobis adſunt, reficiuntur in ijs ſermonibus, & paſcuntur, & contrariæ torpeſcunt ijs meditationibus & effugantur.

Scripturæ ſacræ utilitas.

Opera bona.

In Ioſue homilia 1. Cibi ſunt opera bona, quæ nos ad futuram uitam uelut fidele uiaticum comitantur.

Vinum.

Super librum Iudicum homilia 5. Vinum ſanos & commode degentes iuuat, & (ſicut ſcriptura dicit) cor hominis duntaxat lætificat. Febricitantibus uerò ſi ſumpſerint, perniciem continuo & interitum parit: Ita fit ut eadem res eodem modo ſumpta, uni quidem uitam, alij autem conferat mortem.

Febricitantes.

Euchariſtiæ ſumptio.

Luna.

In librum Regum homilia unica. Vt luna cum uideatur una eſſe, per ſubſtantiæ immutationem tamen ſemper à ſemetipſa alia eſt, ſemperq́; diuerſa: Et ſic etiam in ipſa conſtat, quòd una multæ ſint: Sic ergo & nos qui adhuc inſipientes ſumus & imperfecti, quia ſemper mutamus ſententias, & ſemper diuerſa cupimus & ſentimus, unus non poſſumus dici.

Inſipiêtes. Imperfecti

Sol.

In librum Iob libro 1. Sicut enim ſol niſi uibrauerit ſuper faciem terræ, nullus ex fructibus eius creſcit, neque ado-

adoleſcit, neque matureſcit: Sic ſimiliter niſi per fidem ue- ritas refulſerit in animabus hominum, nunquàm erunt ac- ceptabiles coram Deo. Fides. Veritas.

Sicut enim nihil eſt delectabile hominibus ſine luce: Sic ſimiliter nihil eſt delectabile neque acceptum Deo, abſque fi- dei lumine. Lux. Fidei lumẽ.

In Iob homilia 1. Sicut cœli luminaria ac ſydera in firma- mento cœli à Deo collocata, cunctis indeſinenter quæ ſub cœ- lo ſunt fulgent, atq; omnibus quæ ſuper terram ſunt per tem- pora ac tempora, per generationes & generationes, mirabili- ter relucẽt, alia quidem per noctem, ut luna & ſtellæ, alia ni- hilominus per diem, ut ſolis ſpecioſiſſimi radij: Sic & ſancto- rum uirtutis inſignia, atq; beatiſſimi eorum agones omnibus in perpetuo ſingulariter fulgent, omnibus in æternum bono- rum formam tribuunt, omnibus ſub ſole pietatis exemplum oſtendunt. Quòd autem ſyderibus atq; luminaribus compa- rẽtur omnes ſancti, demonſtrat Apoſtolus dicẽs: Stella differt à ſtella in claritate: ſic erit et reſurrectio mortuorũ proculdu- bio ſanctorũ. Sed & angelus ad Danielem: Tunc iuſti effulge- bunt ut luminaria cœli, et tãquã ſol & luna, et tanquàm ſtellæ in ſecula. Sic itaq; effulgent atq; emicant omnes ſancti non ſo- lum in tempore reſtitutionis, ſed et nunc in tẽpore huius præ- ſentis ſeculi. Alius fide fulget, ut Abraam: alius caſtitate, ut Ioſeph: Alius nihilominus manſuetudine, ut homo Dei Moy- ſes: Item uerò alius conſtantia atque tolerantia uehemen- tium dolorum, ut admirabilis Iob. Cœli luminaria. Sydera. Luna. Stellæ. Solis radij. Sanctorum inſignia & agones.

In librum Iob lib. 2. Nam cum percutitur quilibet uel cæ- ditur uehementer, manũ pro toto porrigit corpore, & prote- git caput & dorſum manu, et uidetur illi ut in manu magis

Coriũ pro corio. percutiatur quàm in dorſo uel capite, & dat corium pro corio, corium manus pro corio capitis. Hæc itaque uniuerſa deſignans nequiſsimus, callide dicit de Iob: Corium pro corio. Nam ſicut hi qui uapulant, corio manus, alterum corporis protegunt corium, ob hoc tantum ut corpus integrum habeant: Sic (inquit) & Iob exteriora rei familiaris detrimenta contemnit uniuerſa, tantum ut corporis effugiat pœnam. In mari nauigantes. Sic nanque & hi qui in mari nauigant, cum periculum paſsi fuerint, omnia quæ in naui habuerint contemnunt, atque in mare proijciunt, ob hoc, ut ipſi euadant: Diuites ægroti. Sic & quicunque diuitum cum in corporis infirmitatem inciderint, omnem ſubſtantiam ſuam libenter offerunt: tantum ut corporis incolumitatem recipiant: Sic (inquit) & Iob omnes diuitias, & omnem rem familiarem facile contemnit, tantum ut dolores non contingant carnes eius.

In dolore conſtitutus. In librum Iob libro 3. Locutus eſt tanquàm quilibet in dolore poſitus, quærens remedium, tanquàm quis in dolore dentium, aut oculorum, aut aurium frequenter parietes unguli exarat, frequenter etiam ſemetipſum unguli exhulcerat præ nimietate doloris quem ſuſtinet, corraſis oſsibus & palpebris atque auribus: Iob maledicens diem. Sic & beatus Iob cum perforarentur oſſa eius & liquefierent carnes eius, locutus eſt maledicens diem qui non erat.

Macula. Vulnus. Sanitas. Homilia 2. in pſalm. 37. Si in corpore tuo macula aliqua uel uulnus oriatur, aut ex colliſione aliqua intumeſcat, ſolicitus es & perquiris, quid curæ debeat adhiberi, quomodo corpori ſanitas antiqua reddatur. si circa oculos ſe aliqs acerbus humor offuderit, ſolicitus es et perquiris quomodo ſuccur

ras,

ras, et præuenias cæcitatem. Cum anima tua ægrotet et peccatorũ languoribus urgeatur ſecurus es, contemnis gehennã, atq; ignis æterni ſupplicia deſpicis & irrides. Iudicium Dei *paruipendis, & commonentem te eccleſiam deſpicis. Communicare non times, corpus* CHRISTI, *accedens Euchariſtiã, quaſi mundus & purus, quaſi nihil ſit in te indignum, & in his omnibus putas quòd effugias iudicium* Dei. *Non recordaris illud quod ſcriptum, quia propterea in uobis infirmi & ægri et dormiunt multi. Quare multi infirmi? Quoniam non ſeipſos dijudicant, neque ſeipſos examinant, nec intelligunt quid eſt communicare eccleſiæ, uel quid eſt accedere ad tanta & tam eximia ſacramenta: patiuntur hoc quod febricitantes pati ſolent, cum ſanorum cibis præſumunt ſibimetipſis inferentes exitium.* Cæcitas. Anima ægrotans. Communicare eccleſiæ. Febricitantes.

Homilia 3. in Pſalm. 36. *Sicut in deſerto ſex diebus colligebant manna, in ſexta autem die non unius diei modum, ſed quantum ſufficeret in craſtinum, colligebant, & unuſquiſq; edebat in die ſabbati quæ collegerant in die ſexta:* Ita *etiam nunc uelut ſexta quædam dies putanda eſt domini noſtri* IESV CHRISTI *aduentus, & tempus hoc diſpenſationis eius, quam paßione ſua hoc in ſeculo procurauit.* Et *idcirco dũ in die ſexta ſumus, colligamus manna dupliciter, ut ſufficere nobis poßit dum aduenerit uera ſabbati obſeruatio populi* Dei. *Si autem non colligerimus duplices cibos qui nobis & in præſenti & in futuro ſeculo ſufficiant, in duobus futuris non ſaturabimur.* Manna. IESV CHRISTI aduentus. Die ſexta colligendũ. Varia ſabbati obſeruatio.

Homilia 4. in Pſalm. 36. *Sicut enim in agone fieri ſolet, ut duobus inter ſe luctantibus accidat primò quidem cadere unum, & cum ceciderit ſurgat, & uincat:* Ita *etiam in noſtro*

agone qui eſt nobis aduerſum principem huius mundi, ſi forte acciderit aliquem de nobis uinci, & in aliquo peccato cadere, poßibile eſt ut poſt peccatum reſipiſcat aliquis, & exurgat & perhorreſcat malum quod admiſit, & de cætero non ſolum contineat ſe, uerumetiam ſatisfaciat Deo: lauans per ſingulas noctes lectum ſuum, & lachrymis rigans ſtratum ſuum, accipiens uerbum propheticæ autoritatis, qua dicitur: Nunquid qui cadit, non adijciet ut reſurgat, aut qui auerſus eſt non conuertetur?

Reſipiſcentia.

Corporis medicamēta. Animæ leuamenta.

Hom. 1. in pſal. 37. Sicut corpori medicamēta Deus præparauit ex herbis arte diſciplinaq; cōpoſitis: Ita etiā animæ medicamēta præparauit in his ſermonibus quos per diuinas ſcripturas ſeminauit atq; diſperſit, ut hi q aliqua ægritudine fuerint oppreßi, ſtatim ut uim morbi ſenſerint, atq; alicuius uulneris ſtimulum doloremq; proſpexerint, requirant aptam & conuenientem ſibi rationabilem diſciplinam, quæ eis ex præceptis Dei poßit mederi. huius medicinæ archiatros eſt CHRISTVS, diſcipuli ſunt medici.

Vomitus. Confeßio auricularis

Homilia 2. in pſal. 37. Sicut ij qui habent intus incluſam eſcam indigeſtam, aut humoris uel phlegmatis ſtomacho grauiter & moleſte imminentia, ſi uomuerint, releuantur: Ita etiam hi qui peccauerunt, ſiquidem occultant & retinent intra ſe peccatum, intrinſecus urgentur, & propemodum ſuffocantur à phlegmate, uel humore peccati. Si autē ipſe ſui accuſator fiat, dum accuſat ſemetipſum & confitetur, ſimul euomit & delictum, atque omnem morbi digerit cauſam.

Reſipiſcēs. Damula. Auis.

Homil. 5. in Pſalm. 36. Si ergo quum ceciderit iuſtus non proſternitur, nō permanebit in peccato, ſed exiliet cito tanq̃ damula ex retibus, & tanquam auis de laqueo.

Homil.

Hom .5. Si nauiges & in naui poſitus uides terras ac pró mõtoria & mõtes tranſeuntia, non quod illa continuo moueã tur, ſed quia tu uento proſpere flante tranſis illa, ſe ſubduce re uidentur ac ferri: Ita & in hoc ſeculo, ſancto ſpiritu mentẽ tuam perflante & ſpirante, ſecundo ac proſpero nauiges cur ſu, pertranſibis ſenſu tuo omnia hæc quæ uidentur, quia tem poralia ſunt, & intueris illa quæ æterna ſunt, ſine dubio di- ces, quia hæc omnia quæ uidentur, iam non ſunt, quia nec fu tura ſunt.

Vrbes terraq; recedunt.

Spiritus ſ. mentẽ perflans ac ſpirans.

In Hieremiam homilia 2. Accedit aliquis medicorum ad languentem, quantum ars patitur & induſtria, medicamina non ceſſant: ſed ſi aut ægritudo tanta ſit, ut repugnet curationi, aut ipſe inualidus per impatientiam doloris contra faciat, q̃ iubetur, relinquit medicus, deſperat huiuſmodi homi nẽ, & recedit, ne inter manus ſuas expirãs, cauſam interitus eius ad ſe retorqueat: Sic ergo et nos, ne in ſanctorũ angelorũ manibus qui ad nos curandos à domino deſtinati ſunt, moriamur, relinquunt nos, deſperantes animam noſtram, & aiunt: Non eſt malagma imponere neq; oleũ, neq; alligaturas, quia appropinquauit in cœlum iudicium eius.

Medicorũ ars & induſtria.

Homilia 6. Saluator noſter ſplendor eſt gloriæ, ſplendor autem non ſemel naſcitur, & deinceps deſinit naſci. Quotieſcunq; ortum fuerit lumen ex quo ſplendor oritur, toties oritur ſplendor gloriæ. Saluator noſter ſapientia eſt Dei. Sapiẽtia uerò ſplendor eſt lucis æternæ. Sic igitur Saluator noſter ſemper naſcitur. Et ideo dicit: Ante omnes colles generat me: Non (ut quidã male legunt) generauit. Si ſemper ex patre naſcitur dominus, etiam tu in ſimilitudinem eius tãtum adoptionis ſpiritum habens, ſemper generaris à Deo per ſingulos intellectus,

Splendor gloriæ.

Sapientia Dei.

tellectus , per ſingula opera , & efficieris filius Dei. In CHRISTO IESV.

Medicus. Homi.9.in Hieremiam. *Accipiam medicum, oſtendens cũ uno mẽbro non parcere, ut mẽbris omnib. parcat. Accipiã ergo exẽplum iudicis boni, pro utilitate cõmuni, quibuſdam nõ miſerẽtis, ut perſpicere poßimus, quomodo multis parcẽs, uni nõ parcat deus, uerbi gratia dictũ ſit: Habeat iudex propoſitũ, quietem ciuitati & pacem genti, cui præſidet prouidere: huic ſi offeratur latro honeſta forma, ætate ſatis integer, ex alio latere mater expãſis crinib. deprecetur, ut ſenectutis ſuæ miſereatur: ex alio uxor, ne uirũ ſuũ interficiat, lachrymabili uoce deploret, circũſtent & paruuli liberi cito orbi futuri. Quid hic faciet iudex? miſerebitur latronis an nõ? Quid in cõmune expedit ciuitati? ſi miſertus fuerit, reuertitur homicida ad priſtinũ ſcelus: ſin uerò in iudiciaria ſeueritate permanſerit, unus homo interibit, & uniuerſo populo prouidebitur. Sic deus ſi pepercerit peccatori, & miſerans eius noluerit eũ proijcere pro ſcelere, quis nõ accipiat licentiã? Quis malorũ ꝗ nũc ſaltẽ propter ſupplicia terrẽtur, non inuadet tempus, ut expleat quæcunq; uoluerit, & præceps feratur in uitia?*

Iudex.

Commiſerationis loci.

Latro.

Communio. *Hæc in eccleſia ſæpe accidentia poſſumus cõſiderare, peccauit quiſpiã, & poſt peccatũ poſtulat cõmunionem. Si ei conceditur quod rogat, in incõmodũ omniũ uenia procedit, & laxatis frenis ſceleribus pãditur uia. Sin uerò cũ rationabili deliberatiõe, nõ ut miſericors, nec rurſum ut crudelis iudex, ſed & quaſi uni prouidus & de omnium ſalute pertractãs cõſiderauerit populi dãnum in unius uenia, haud dubiũ eſt quin faciet eijci unũ de Eccleſia, ut multos ſaluet incolumes. Age nũc cõſidera mihi & medicũ, ſi ceſſauerit à ſectiõe eius uulneris,*

Excommunicatio.

quod

quod ſecatum eſt, ſi non uſſerit id quod indiget cauterio, uide licet propter dolores qui ex talibus remedijs conſequuntur, quomodo creſcat infirmitas, & in deterius uetus humor exu beret. Si uerò (ut ita dicā) temerarius ad uulnus ſector acceſ ſerit, & inuſſerit plagā, curat eum qui ſecatur et uritur, quia paululū ſeueritatis aſſumpſit, licet uiſus fuerit ægrotanti ad horā non miſereri: Ita & deus non unū hominem, ſed uniuer ſum curat orbē, cœleſtia atq; terrena, & omnia ubiq; diſpen ſare, & cum hoc prouideat quod uni cōmodum ſit, multò ma gis prouidet quid toti mundo conducat, & hominibus uni- uerſis. Prouidet quidem & ea quæ uni expediunt, uerum ita, ne unius utilitas omnium damno ſit. Cauteriū.

Homi. in Ezech. 3. Ad medicum decē uadūt, decem haben tes ſpecies infirmitatū. Non omnes eodē modo curat, ſed aliū illo, & alium illo, utputa ſanat emplaſtro, alij aliud tribuit medicamentum, nonnullis quod cauterium nuncupatur, im- ponit, alium amara, alium dulci temperat potione, cuiuſ- dem uerò uulnera craſsiore unguine delinit: Sic & ſermo dei pro qualitatibus hominum loquitur, nec paſsim ſapientiæ ſuæ ingerit ſacramenta. Sermo dei

Homilia 8. Quomodo multæ ſunt margaritæ, quas ne- ceſſe eſt poſsidere eū, qui uenturus eſt ad unam precioſiſsimā margaritarū: Sic oportet ingredi multas uias Moyſi & Pro phetarum omnium eum, qui uenturus eſt ad dicentem: Ego ſum uia. Margaritæ. Viæ.

HOMILIA VII.

Quomodo quaſdam illecebras eſcarum aucupes propo- nunt, ut facilius aues capiant per oblectamentum gulæ: Sic (ut audacius dicā) eſt quædā caſtitas diaboli (id eſt) decipula Aucupes. Caſtitas diaboli.

huma-

humanæ animæ, ut per iſtiuſmodi caſtitatem & manſuetudinem, & iuſtitiam poßit facilius capere, & falſis ſermonibus irretire.

Homil. 9. *Quomodo lumen lucernæ ad ſolis radios obſcuratur, & uelut alia quædam cæca materies cõtenebreſcit: Sic licet fulgeat iuſtorum omnium lumen ante homines, non tamen fulget ante* CHRISTVM. *Luceat quippe lumen ueſtrũ, dictũ eſt non ſimpliciter, ſed ante homines. Ante* CHRISTVM *non poteſt. Lumen iuſtorum ut ſplendor lunæ, et micantia cœli ſydera, priuſq̃ ſol oriatur, in ſtationibus ſuis rutilant, orto uerò ſole abſcõduntur: Sic lumen Eccleſiæ ut lumẽ lunæ, priuſquàm oriatur lumen illud uerum ſolis iuſtitiæ, reſplendet & clarum eſt ante homines, cum autem* CHRISTVS *uenerit, ante eum contenebreſcit.*

Vulnera. Medelæ. Homi. 10. *Quomodo uulnera quæ in corpore ſunt, ſæpe paruo tempore accidunt, medelæ uerò uulnerum cum tormentis adhibentur ingentibus, non iuxta æqualitatem temporis quo illatæ ſunt, ſed iuxta rationem curationis. Verbi gratia in puncto horæ fractura manus, & pedis contritio accidit, hoc quod in modico factum eſt, menſibus uerò tribus ac longo tẽpore uix curatur: Sic & uoluptas, quæ neruos animæ ſuccidit, & luxuria, & ſemel uniuerſa peccata, cum in paruo tempore infelicem animam illexerunt, magnum poſtea tempus in ſupplicijs & cruciatibus promerentur.*

Voluptas. Luxuria.

Caro. Tentatio. Idem alicubi. *Sicut caro ſi ſale non aſpergitur, corrumpitur: Ita anima ſi tentatione non ſalitur, continuo reſoluitur.*

Rubus. Tres pueri. Homi. ſuper Euang. *Quum eſſet deſponſata mater Ieſu. Sicut quondam rubus comburi uidebatur, & ignis eum non tãgebat: Et ſicut tres pueri in camino incluſi habebantur, & tamen*

men eos non lædebat ignis incendium, nec ardor fumi erat in eis: uel ſicut fuit in Daniele intra lacum leonum incluſo, clauſtris non apertis allatum eſt prandium ab Abacuc: Ita hæc uirgo genuit dominum, ſed intacta permanſit, mater effecta eſt, ſed uirginitatem non amiſit. Daniel. Virgo mater.

Sicut in Mariæ uirginis utero nemo ante CHRISTVM, nemo poſt illum conceptus eſt: Ita in monumento CHRISTI nemo ante illum, nemo quoque poſt illum ſepultus eſt. Vterus Mariæ. Monumentum Chriſti.

Homil. in Matth. 3. Sicut ergo uita eſt & uiuus panis, qui de cœlo deſcendit, & uitam dedit huic mundo: Sic & inimica eius mors, panis mortuus. Omnis autem rationabilis anima, aut uiuo pane nutritur, aut mortuo, per ea quæ ſuſcipit opera uel dogmata bona uel mala. Et quemadmodum eſt in communi pane, ut quis aliquando quidem guſtet eum tãtum, aliquando & amplius eum manducet: Sic & in iſtis panibus, quidam quidem modicum manducant, tantum guſtantes: quidam autem & abundantius ex eis manducant: boni quidẽ de uiuo pane qui de cœlo deſcendit, mali autem ex mortuo pane qui eſt mors. Et forſitan qui & raro & modicum peccant, tantũmodo guſtãt mortem: Qui aũt perfectius ſuſceperint ſpiritalẽ uirtutẽ, neq; guſtant eã, ſed uiuo pane ſemper ueſcũtur. Euchariſtia.

In I. cap. Ioan. homil. 2. Non enim aliter potuit aſcendere in Deum niſi prius fieret Deus: ut enim radius oculorũ noſtrorum ſpecies rerum ſenſibilium, coloresq; non prius poteſt ſentire quã ſe ſolaribus radijs immiſceat, unumq; cum ipſis et in ipſis fiat: Ita animus ſanctorum puram rerum ſpiritualiũ, omnemq; intellectum ſuperantium cognitionem non ſufficit accipere, niſi prius incomprehenſibilem ueritatis participationem dignus efficiatur habere. Radius oculorum.

Sicut

Aër. *Sicut ergo aër iſte per ſemetipſum non lucet, ſed tenebrarũ uocabulo nuncupatur: capax tamen ſolaris luminis eſt iſta*
Natura. *natura noſtra, dũ per ſeipſam cõſideratur: quædã uerò tenebroſa ſubſtãtia capax ac particeps lucis ſapiẽtiæ. Et quemadmodũ præfatus aër dũ ſolares radios participat, nõ dicitur per ſe lucere, ſed ſolis ſplendor dicitur in eo apparere: ita ut naturalẽ ſuã obſcuritatem nõ perdat & lucẽ superuenientẽ in ſe recipiat: Ita rationabilis noſtræ naturæ pars, dũ præſentiã dei uerbi poſsidet, non per ſe res intelligibiles & deũ ſuũ, ſed per inſitum ſibi diuinum lumen cognoſcit.*

Imagines. Statuæ. *In Matth. cap. 15. Quemadmodum in imaginibus ac ſtatuis, ſimilitudines non omni ex parte reſpõdent ijs ad quæ cõferuntur, ſed in plano quidem ligno, ut exempli cauſa loquamur, cera depicta imago, ſuperficie tãtum cum colore ſimilitudinem habet, uerum nõ ſeruat depreſsiones atq; eminẽtias, ſed harum rerum ſignificationes tantum. In fingendis uerò ſtatuis, ſimilitudinem quæ eſt ſecundum eminentiam ac depreſsionem, ſeruare conatur ars, in colore uerò nequaquam. Quod ſi cerea fiat effigies, conatur quidem utranque ſeruare ſimilitudinem, nimirum & iuxta colorem, & iuxta depreſſiones ac prominentias, cæterum in profunditate non eſt imago: Similiter mihi cogita de ſimilitudinibus quæ ſunt in E-*
Similitudines Euangelicæ. *uangelio: regnum cœlorum dum ſimile dicitur rei cuipiam, ſimile dici non ſecundum omnia quæ adſunt illi, ad quod confertur ſimilitudo, ſed ad quædam duntaxat, quæ conducunt ad aſſumptam rationem.*

Scriba doctus. Noua & uetera. *In ca. 13. Quoniã autẽ omnis ſcriba doctus in regno Dei ſimilis eſt patrifamiliâs, qui profert de ſuo theſauro noua et uetera, haud dubium quin & iuxta prioris dicti inuerſionẽ, quiſ-*

quiſquis non profert de theſauro ſuo noua & uetera, non ſit ſcriba doctus in regno cœlorũ. Omnibus igitur modis conandum ut congregemus in corde noſtro, attendentes lectioni, exhortationi, & doctrinæ, & in lege Dei meditando die ac nocte, non ſolum noua Euangeliorum oracula & Apoſtolorũ, & horum explanationes, uerum etiam uetera legis, umbram habentes futurorum bonorum, ac Prophetarum qui his conſentanea prædixerunt. Hæc autem colligentur, quum & legerimus & intellexerimus, & memores horum, ſpiritualia ſpiritualibus tempeſtiue comparauerimus, non incomparabilia inter ſe comparantes, ſed comparabilia quandam ſermonis ſimilitudinem idem declarantis habentia, tum in ſenſibus, tum in dogmatibus, ut in ore duorum triũmue aut plurium teſtium è ſcriptura citatorum, fundemus & confirmemus omne uerbum Dei. At per hos ſilentium imponendum eſt his, qui quod in ipſis eſt, deitatem diuidunt, & à ueteribus noua diſſecant, quippe qui procul abſint à ſimilitudine patrisfamiliâs proferentis de theſauris ſuis noua ac uetera.

In Matth. ca. idẽ. Quemadmodum in corporibus naturalis quidam attractus quibuſdam ad quædam ineſt, ueluti magneti lapidi ad ferrum, & bitumini, quod dicitur naphtha, ad ignem: ſic huiuſmodi fidei ad diuinam uirtutem. Iuxta quod & illud dictum eſt: Si habueritis fidem ut granum ſinapis, dicetis monti huic, transfer te hinc illuc, & transferet ſeſe.

In Matthæi caput idem. Proinde uide ne qui non habet margaritas, aut qui non habet precioſum illud margaritum, nec diſcipulus ſit ſeruatoris. At margaritas inquam bonas, non nubilas, non ſordidas ac turbidas, quales

Margaritæ bonæ.

quales ſunt ſermones ab Eccleſiæ decretis diſſentiẽtium, quæ naſcuntur non ad orientem, ſed ad occaſum ac Boream, ſi tamen & has oportet adiungere, ob eam quam inuenimus differentiã margaritarũ diuerſis in locis naſcentiũ. Fortaßis autẽ turbidi ſermones, & in operibus carnis uolutatæ hæreſes, nubilæ ſunt & in limo paluſtri naſcẽtes margaritæ nõ bonæ.

Elementaria inſtitutio.

Quemadmodum enim cum qui futurus ſit ſapiens, in ſermonibus ueritatis prius oportet elementis inſtitutum eſſe, & hinc ad maiorem pergere inſtitutionem, magniq́ facere elementariam inſtitutionem, nõ tamen in hac oportebit permanere, ueluti qui iam eã in pretio habuerit initio, ſed progreſſum ad perfectionem habere gratiam, hactenus utiliter factæ inſtitutioni: Sic ad plenum intellecta quæ ſunt legis ac Prophetarum, inſtitutio quædam elementaris eſt ad intelligendum Euangelium, atq; omnem ſenſum de CHRISTI Ieſu factis ac dictis.

Lex. Prophetæ

Virtutum operatiões

Quemadmodum in rebus corporalibus, nec agricolatio per ſe ſufficit ad cõuehẽdos fructus, niſi cœlũ quod terræ circũfunditur, opituletur, imò potius niſi opituletur is, qui cœlũ gubernat, faciẽs id qualecunq; uult, neq; cœlũ uel potius ille penes quẽ eſt rerũ prouidentia fecerit, ut exoriantur è terra ea quæ ſolent exoriri, ſine agricultura. Semel eñ hoc fecit in hoc quod dixit, Producat terra herbã graminis, ſeminãs ſemẽ iuxta genus ac ſimilitudinẽ: Sic neq; uirtutũ operatiões abſq; fide illorũ qui ſanantur, perfectũ opus præſtet ad ſanitatẽ cõferendam, neq; fides qualiſcunq; fuerit abſq; diuina uirtute.

Animi morbi.

In Matth. cap. 14. Quod ſi uidere uis quales ſint animi morbi, cogita mihi auaros, gloriæ cupidos, & puerorũ amatores, & ſi quis eſt mulieribus deditus. Nam & hos in tur

bis uiſos, eosq́; miſeratus ſanauit. Non tamen putandum eſt quoduis peccatum eſſe morbũ, ſed id quod in tota cõputruit anima. Tales enim uidere eſt pecuniarum amatores, totos incumbentes argento, & in huius tum cuſtodiam, tum coaceruationem, auidos laudum, gloriolis inhiantes. Inhiant enim captandis à uulgo uilibusq́; hominum laudibus. Ac iuxta conſimilem rationem cogitabis de reliquis morbis quos nominauimus, & ſi quis alius eſt horum cõſimilis. Quoniã igitur inter enarrandum, quod dictum eſt: Sanauit ægrotos eorum, diximus non quoduis peccatum eſſe morbum, operæpretium eſt è ſcripturis de horum differentia diſſerere. Ait ſanè Apoſtolus Corinthijs, qui uarijs peccatis laborabant, ſcribens, propterea inter uos infirmi multi, & ualetudinarij, & dormiunt multi. Audi ſiquidem Apoſtolum in his etiam uinculum nectentem, contextúmque facientem ex diuerſis peccatis, iuxta quod alij quidem ſunt infirmi, alij uerò ægroti, uidelicet plus quàm infirmi: rurſus alij utriſque peius habentes, qui dormiunt. Nam qui propter imbecilles animi uires, procliues ſunt ad labendum in quoduis peccatum, etiamſi nõ toto animo fuerint obnoxij alicui peccato peculiari, quẽadmodum ſunt ægroti, tamẽ infirmi ſunt. Porrò qui pro Deo quẽ diligere debebant, tota anima, toto corde, tota mente, diligunt pecuniam, aut gloriam, aut mulieres, aut pueros, hi peius affecti ſunt quàm infirmi, ſuntq́; ægroti. Dormiunt autem qui quum debeant attendere & aduigilare animæ ſuæ, non faciunt id, ſed ex nimia negligentia dormitant uoluntate, & ſomniculoſi ſunt cogitationibus, qui quidem ſomniãtes, carnem quidem polluunt, autoritatem uerò ſpernunt, glorijs autem maledicunt. Non enim poſſunt qui adhuc ægrotant,

Pecuniarũ amatores. Gloriolis inhiantes.

Infirmi. Aegroti.

Dormientes.

Panes bene dictionis Ieſu. tat, capere panes benedictionis Ieſu: uerumetiam ſi quum ali quis audire debuerit illud: Probet autem unuſquiſq; ſeipſum, & ſic comedat ex illo pane, reliquaq; quæ ſequuntur, hæc non audierit, ſed temere ſumpſerit panem domini, & poculum eius, infirmus ſit aut ægrotus, aut etiam (ut ita loquar) ex grauedine quæ naſcitur ex huius panis ui, dormiens.

Circunciſio. Præputiũ. In cap. 15. Quemadmodum enim Iudæi peccantis circunciſio pro præputio habebitur, contra gentilis rectè agentis præputium pro circunciſione: Sic & quæ pura creduntur, pro impuris imputabuntur ei, qui non ut oportet, neque quantum oportet, neque unde oportet, illis utitur, ſed quæ dicuntur immunda, omnia ſunt munda mundis.

Quemadmodum enim uenter quum non ſit Deus, tamen uoluptatibus deditorum, qui pluris faciunt uoluptatẽ, quàm amorem Dei, à Paulo dicitur Deus: Sic & qui non eſt Deus princeps huius ſeculi, de quo dicit ſeruator, Princeps mundi huius iudicatus eſt, Deus eſſe dicitur eorum, qui recuſant accipere ſpiritum adoptionis filiorum Dei, ut fierent filij ſeculi illius, ac reſurrectionis ex mortuis, & propter hoc perſeuerarunt in conditione filiorum ſeculi huius.

Dixerit autem quiſpiam in hunc incidens locum, quòd ſicut quod ingreditur in os, non polluit hominem, etiamſi putetur à Iudæis pollutum, ita quod ingreditur in os, non ſanctificat hominem, etiamſi à ſimplicioribus credatur ſanctificare, nimirum is, qui uocatur panis domini, & eſt (ni fallor) oratio non contemnenda, eoq; deſiderãs dilucidam expoſitionem, quæ mihi quidem talis eſſe uidetur.

Ingrediens in os. Panis domini.

Quemadmo-

Quemadmodum non cibus, ſed conſcientia cum hæſitatione ueſcentis polluit edentem, eo quod qui hæſitat, ſi ueſcatur, iudicatus eſt, quia non ex fide. Et quemadmodum nihil eſt impurum per ſe polluto & incredulo, ſed propter ipſius immunditiem & incredulitatem: Ita quod ſanctificatur per uerbum Dei, & per obſecrationem, non ſuapte natura ſanctificat utentem. Nam ſi id eſſet, ſanctificaret etiam illum, qui comedit indigne domino, neque quiſquàm ob hunc eſum infirmus aut ægrotus fuiſſet, aut obdormiſſet. Nam tale quiddam PAVLVS demonſtrat, quum ait: Propter hoc inter uos infirmi, & male habentes, & dormiunt multi. Proinde etiam in pane diuitum utilitas eſt ueſcenti, quum impolluta mente puráque conſcientia, particeps eſt panis illius. Sic quod ad eſum per ſe attinet, nec ex hoc quia non edimus de pane uerbo Dei, & per obſecrationem ſanctificato, fraudamur aliquo bono, nec ex edendo abundamus aliquo bono. Siquidem cauſa defectus, eſt malitia peccatáq;: & abundantiæ cauſſa eſt iuſtitia ac recte facta, ut tale ſit quod dicitur apud PAVLVM his uerbis: Neque ſi comederimus, abundamus, neq; ſi non comederimus, minus habebimus. Quod ſi quicquid ingreditur in os, in uentrem abit, & in ſeceſſum eijcitur, & ille cibus qui ſanctificatur per uerbũ Dei, perq; obſecrationẽ iuxta id quod habet materiale, in uentrem abit, & in ſeceſſum eijcitur: cæterum iuxta precationem quæ illi acceßit, pro portione fidei fit utilis, efficiens ut perſpicax fiat animus, ſpectans ad id quod utile eſt. Nec materia panis, ſed ſuper illum dictus ſermo eſt qui prodeſt non indigne domino comedenti illum.

Conſciẽtia cũ hæſitatione ueſcẽtis polluit edentem.

Impurum.

Sanctificatũ per uerbum Dei & per obſecrationem.

In Matthæi cap. 16. Verumenimuero & illud ſcire oportet, quòd ſicuti ciuitatum portæ proprium quæq; nomen habet: eodem modo portæ inferorum nominari poſſunt iuxta ſpeciem peccatorum: ut una quidem inferorum porta uocetur ſcortatio, per quam ambulant ſcortatores: altera uerò negatio, per quam qui Deum abnegant, deſcendunt ad inferos.

In cap. idem. Ego uerò ſum in hac opinione, quòd ſicut qui adulterium committit in ſolo corde, nondũ omnino progreſſus ad opus: ita ſi quis fecerit in corde cætera, quæ prohibita ſunt, uerbi cauſa ſi quis corde tantum ſit furatus, aut corde tantum falſum teſtimonium dixerit, non ut ille qui facto furatus eſt, aut falſum teſtimonium re perpetrarit, ſed tãtum ut qui corde ſolo talia fecerit, punietur, idq; ſi per ipſum ſtetit, quò minus peruenerit ad prauum facinus. Quod ſi præterquàm quod uoluit, aggreſſus quidem eſt, ſed non ſucceßit, punietur, ut qui non ſolum corde, uerum etiam opere peccauerit. Super hæc quæret aliquis, an adulterium committat aliquis ſolo corde, etiãſi factũ adulterij nõ peregerit, ſed in ſolo corde fuerit impudicus. Simili modo facies de cæteris laudabilibus. Habet autem hic locus quo probabiliter falli poßimus, quod hac opinor ratione tollendum eſt. Adulterium quidem in corde peractum, minus eſt peccatum, quàm ſi quis adiungat etiam factum. Non poteſt autem fieri ut pudicitia ſit in corde quæ obſtet impudico facto, niſi quis hic quoque in exemplo ſumat uirginem, iuxta quod lex dicit, in ſolitudine uiolatam. Fingamus enim cor alicuius eſſe puriſsimum, cæterum uiolentiam peregiſſe corruptionem corporis pudicæ, in eo quod laſciuum eſt. Hæc ſanè mihi uidetur

Adulteriũ in ſolo corde commiſſum.

virgo in ſolitudine uiolata.

pror-

prorſus eſſe caſta in occulto quidem, corpore uero non eſſe pura, quemadmodum erat ante uim illatam: At non quia nõ pura, ſtatim impudica.

Homilia ſuper illud Matth. Angelus domini, &c.

Sicut canis inſanus ſaxo percuſſus, dum percutientem ſequi non præualet, ad ipſum furore conuertitur lapidem quẽ pedibus dentibuſq; diſsipare perquirit: Non aliter Herodes *ſua præcipitatus iracundia, ſolitoq; inſanæ ſuæ mentis furore infantium cæde uerſatus & concitatus eſt.* Canis ſaxũ obmordẽs Herodes.

In Epiſt. ad Roma. lib. 5. *Velut ſi quis fundamenta iaciat domus, & unum aut duos parietes extruat, aliquid etiã materiæ conuehat, numquid dicetur feciſſe domum, q̃uis operatus uideatur in domo? Sed ille dicitur domum feciſſe qui totius ædificij ad perfectum ſingula quæq; membra produxerit. Ita arbitror & hic Apoſtolum dicere neminẽ feciſſe bonitatem, hoc eſt, à nullo eam ad perfectum & ad integrũ conſummatam. Si autẽ requiramus qui ſit uere bonus & qui perfectam fecerit bonitatem, illum inueniemus ſolum qui dicit:* Ego ſum paſtor bonus. Et iterum: *Paſtor bonus animam ſuam ponit pro ouibus ſuis.* Domum faciens. Neminẽ feciſſe bonitatem.

IN Epiſtolam ad Roman. lib. VI.

Quod ut euidentius fiat, utamur etiam ſimilitudine exempli, uerbi gratia, uult quis ſapiens fieri, nec tamen ſtatim ut uoluit, ſapiens effectus eſt, ſed uoluntas quidem præceſsit, nec ſine uoluntate aliquis ſapiens fieri poteſt: ſed tamẽ cum uoluntas fuerit, adhibendus eſt labor, ſtudium, ſolicitudo, uigiliæ, doctrina, inſtitutio, et uix aliquando uſu longo, & meditatione continua ſapiens efficitur. Iſte ergo ab initio Volens fieri ſapiens.

quidem ſtatim uoluntatem habuit ut eſſet ſapiens: ſed non ſtatim affuit ei opus ſapientiæ: ſed in eo ipſo eruditur ut ſapiens fiat: quod ante ſtulte & contra ſapientiam geſſit, quæ tamen intelligere quidem potuit, quàm ſtulte geſſerit, habebat iam ſtudium ſapientiæ, non tamen ita iam ſapiens erat, ut cauere poßit ne quid inſipienter admitteret. Iſte ordo & de pudicitia habendus eſt, quoniã non ſtatim ut uoluerit quis pudicitiam profiteri, etiam opere implebit, ut nullis concupiſcentiæ ſtimulis agitetur: Sic & de manſuetudine & de patiẽtia, & de ſingulis quibuſq; uirtutibus ſciendum eſt.

In Epiſt. ad Ro. lib. 10. Ad illam autem ſummã ſcientiã, uel ad perfectionẽ quæ in cœleſtibus eſt ordinibus, nullus poteſt inter homines perfectus dici uel eſſe, ut ſi dicamus in pueriilibus ſtudijs ad comparationẽ illius qui nuper imbuitur, & prima literarum ſuſcipit elemẽta, magiſter ipſe librarius appellatur perfectus, ſed non eſt ita perfectus, ut ille qui grammaticam docet: Ipſe uerò grãmaticus quamuis perfectus ſit, ſuperior tamen & perfectior eſt Rhetor. Et his omnibus longe eminẽtior philoſophicæ doctrinæ perfectio. Cumq; in his omnibus ſit literatura doctrina, diuerſus tamen gradus perfectionis & magiſterij in unoquoq; habetur. Ita ergo poteſt fieri ut cum Paulus dicit: Nõ quod iam aſſecutus ſim aut perfectus ſim, ad illũ apicem cœleſtis perfectionis aſpiciens, hæc uideatur ſcribere: Cum uero dicit, quicunq; ergo perfecti ſentiamus, ad humanæ tantũ perfectionis reſpicit gradũ. Sic ergo & in præſenti loco intelligendi ſunt uel pace uel gaudio, uel bonitate uel ſcientia repleti, ſiue Romani, ſiue Corinthij, in quantum poßibile eſt repleti eos qui docentur in Eccleſia, & ſub perfectis doctoribus aguntur.

Perfectus.

Magiſter librarius.

Sicut

Sicut ergo Pontifices cum offerebant, neceſſario eis erat prouidendum ne macula ineſſet hoſtiæ, ne uituperationis uitium, ut poſſet accepta Deo eſſe & grata: Ita & qui Euangelium ſanctificat, & uerbum Dei annunciat, curare omnimode debet, ne qua in prædicando macula, ne quod in docendo uitium, ne qua in magiſterio culpa naſcatur: ſed (ut ita dixerim) ſi fieri poteſt, ſemetipſum primo immolet, ſe primum uitijs iugulet, & ſua prius peccato membra mortificet, ut nõ ſolum doctrina, ſed & uitæ exemplo diſcipulorũ ſalutem oblationem ſuam acceptam faciat Deo. Hoſtia. Concionator Euangelij.

In Cantic. canticor. homil. 4. *Nam de Sampſon qui trecentas uulpes cepiſſe & colligaſſe per caudas atq; interieciſſe lampades ardẽtes in medio caudarũ, atq; immiſiſſe per meſſes allophylorum, & incendiſſe eas cum ſtipulis & oliuetis uineisq; memoratur, ualde mihi difficilis formæ huius uel figuræ uidetur explanatio. Tentemus tamen aliqua ex his pulſare pro uiribus, & ponamus ſicut expoſitio noſtra in ſuperioribus continet uulpes eſſe fallaces peruerſosq; doctores. Hos Sampſon (qui ueri & fidelis imaginem tenet doctoris) capiens uerbo ueritatis, caudam ad caudam colliget, id eſt, aduerſantes ſibi, & diuerſa à ſe inuicem ſentientes docentésque confutet, atque ex ipſorum uerbis propoſitiones collectionéſque accipiens, in allophylorum ſegetem ignem concluſionis emittat, & ex proprijs eorum argumentis omnes eorum fructus atque uineas & oliueta peſſimæ generationis incendat. Sed & ipſe numerus trecentarum uulpium quæ à ſemetipſis diuerſæ & diſſonantes erant, triplicem formam indicat peccatorum. Omne e-* Sampſon. Trecentæ uulpes. Allophyli. Fallaces peruerſiq; doctores.

nim peccatum aut in facto, aut in uerbo, aut in conſenſu mẽtis admittitur. Verum ne illud quidem quod in ſecundo libro Eſdræ ſcriptum diximus, penitus omittendum eſt. Vbi cum ædificarentur ſancta ſanctorum, id eſt, cum fides CHRISTI & ſanctorũ eius myſteria condcrẽtur, inimici ueritatis fideiq́; contrarij (qui ſunt ſapientes huius ſeculi) uidẽtes abſque arte Grammatica & peritia Philoſophica, conſurgere muros Euangelij, uelut cum irriſione quadam dicunt, perfacile hoc poſſe deſtrui calliditate ſermonum per aſtutias, fallacias, & argumenta Dialectica.

D. Athanaſius de paßione domini.

Quemadmodum nos conſpicientes ea quæ ſunt ſub oculis, uidendo non fallimur, nec aliter uidemus quàm ſunt, ſed quemadmodum fiunt ita uidemus: Sic & Prophetæ futura tã quam præſentia uidebant, & quæ uidebant, fieri erat neceſſe, nanque quæ fiebant, omnino uidere oportebat. Et rurſum quemadmodum nos quæ uidemus oculis, omnino neceſſe eſt ut ſint, ſiquidem ea quæ ſunt uidemus, nec poteſt aliter fieri quàm ut uidemus: Sic & Prophetæ quæ præuidebant, oportebat omnino eſſe, nec aliter fieri poterant, quàm quemadmodum præuiderant. Nam ſi futura non præuidiſſent, iam non fuiſſent Prophetæ.

Prophetæ.

Perinde ac ſi quis aduerſarium ſuum uidens trepidantẽ, metuq́; fugientem, ſimularet imbecillitatem, quò illum prouocet, mox ille qui fugiebat, reſpiciens ad illius imbecillitatem ſumpta fiducia aggrediatur, deinde præclarus ille luctator, qui imbecillitate prouocarat, propria uirtute uinceret: Sic dominus humana infirmitate prouocãs aduerſarium, ſua uirtute corroborauit hominem aduerſus hoſtem.

Simulans imbecillitatem.

Quemadmodum etiam ſi quis ſerpentem apprehendat manu, dumq́; conatur in alterum proijcere, prorſus ipſe mordeatur: aut ſi quis ignem manu tenens, dum uult hoſtem lædere, non intelligat quod ipſe prorſus exuritur: Sic malitia militat aduerſus eos qui ipſa utuntur, magisq́; lædit eos à quibus habetur, quàm eos in quos intenditur. Serpens. Ignis. Malitia.

Neque enim quis ex hoc medicus eſſe cognoſcitur, ſi rectè ualeat ipſe, niſi & alijs morbo laborantibus oſtendat artem. Neque ſol ſi radios in ſeſe contrahat, cognoſcetur eſſe lumen, niſi eos in orbem hunc proferat, eiusq́; tenebras ſua luce diſcutiat: Ita ſeruator non ſeruat ſemetipſum. Siquidem ipſe quũ eſſet ſeruator, non opus habebat ſalute, ſed ex eo quod cæteris benefaceret, uelut ab omnibus agnoſci ſeruator omnium. Medicus. Sol. Seruator.

Quemadmodum enim infeſtum animalculum, cui nomen ueſpa, quũ impetit petram, non eam lædit incurſu, ſed potius perdit aculeum: Sic & mors uehemẽter falſa eſt incurrens uitam quæ eſt CHRISTVS IESVS. Non enim potuit eum tenere mors, ſed ipſa potius aculeum perdidit, adeo ut quos prius terrebat aculeus, nũc inſultent ac dicant: Vbi tuus mors aculeus, ubi tua contentio tartare? Ac rurſus deuorauit mors inualeſcens. Et iterum: Abſtulit Deus omnem lachrymam ab oculis omnium. Veſpa. Mors. Vita.

Perinde quaſi ſi quis medicus ingreſſus ad ægrotos, prius ſciſcitetur an uelint curari, ne dum ipſe curam ſuſceperit, & illi nolint, inutilis exiſtat curatio, nimirum ijs qui laborant aduerſus artem medici pugnantibus: Sic & dominus eos qui ſanabantur percontabatur, nec niſi fidentibus conferebat beneficium, ut per fidem & beneficium conſeruari poſſent. Per fidem enim dignoſcitur animi propoſitum. Medicus. Fides.

Etenim ſi in paganorum iudicijs regem terreſtrem teſtē citare fas non eſt, utpote maiorem & ijs qui citant & ijs qui-iudicant: quur Deum increatum ad res creatas inuocamus, facientes ut Deus ab hominibus contemnatur?

Deū increatum ad res creatas inuocantes.

De uerbis Euang. Quicunq; dixerit uerbum in filium &c.

Cibus cœleſtis.

Quot enim hominibus ſuffeciſſet corpus ad eſum ut hoc totius mundi fieret alimentum, ſed hac de cauſa meminit aſcenſus in cœlū filij hominis, ut corporalem cogitationem ab eis auelleret, & poſthac diſcerent, carnem de qua fuerat loquutus, cibum è ſupernis cœleſtem, & ſpiritualem alimoniam ab ipſo dari. Quæ enim dixi uobis, inquit, ſpiritus ſunt & uita. Quod idem ualet ac ſi diceret: Quod quidem oſtenditur oculis ac datur, pro mundo dabitur alimonia, ut ſpiritualiter hæc in unoquoque diſtribuatur, fiatq́; omnibus conſeruatorium ad reſurrectionem æternæ uitæ.

Spiritualis alimonia.

De decretis Nicenæ Synodi contra Euſebium epiſtola.

Non res quæpiam extrinſecus adinuēta eſt, filij ſubſtātia, neq; ex nihilo inducta eſt, ſed ex patris ſubſtātia nata eſt, quēadmodū à luce ſplendor, quemadmodū ab aqua uapor. Neq; enim ſplēdor, neq; uapor eſt ipſa aqua, aut ipſe ſol, neq; res aliena, ſed defluxus ex patris ſubſtātia, ita ut patris ſubſtātia nō perpeſſa ſit partitionē. Nā quemadmodū ſol idē manēs nō minuitur radijs ab ipſo effuſis: ita nec ſubſtantia patris mutationem perpeſſa eſt, quum habeat ſuam ipſius imaginem filium.

Splendor. Vapor. Sol.

De incarnatio. uerbi li. 2. Si enim et ſol ab ipſo cōditus, nobisq́; cōſpicuus, curſus ſui lineā in cœlo tenēs, cū terreſtria tangit, nulla ſorde inquinatur, nullisq́; obtegitur tenebris, ſed ipſe potius omnia illuſtrat, & mūdat: multo ſanè dignius ſanctiſſimū illud Dei uerbū (cuius eſt ſol & opus, et famulus) in corpore præ-

Sol.

ſanctiſſimū Dei uerbū.

re præſens nulla tāgi poterat labe, ſed cū eſſet incorruptibile, mortale uiuificabat corpus atq; mūdabat. Qui peccatum (inquit) non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius.

Quocirca non ſibiipſi deligit mortē, ſed aliorū inſidijs inie ctam tulit, ut quam ipſi intulerant necē ipſe aboleret. Atq; in morem Gnoſij luctatoris, prudētiaq; & fortitudine præſtan tis, qui non ſibi ipſe comparem eligit, ne formidare quempiā exiſtimetur, ſed id ſpectantium permittit arbitrio, maximeq; ſi illi inimici ſint, ut eo in humum eliſo, quem illi aduerſum ſe ad certamen elegerint, cunctis præſtare credatur. Luctator.

Et ſicuti mens, cum in toto diffuſa ſit homine, ex parte tamen corporis, id eſt, lingua ſignatur, neque tamen ideo quiſquàm mentis ſubſtantiam dicit imminui: Ita & uerbum cum per omnia ſit indignum, aut indecens, minime uideri debet, ſi humano uti uoluerit ad ſe ac patrem iudicandum, inſtrumento. Nam ſi ut iam diximus, indecens eſt, corporis uti inſtrumento, indecens erit ipſum & in toto eſſe. Mens.

Quemadmodum ſi quis intueri ſolis lucem uelit, oculum purgat, clarioremq; reddit ſeipſum, fermè ad eius, quem cernere cupit ſimilitudinem mundans, ut ita lux effectus oculus, ſolis lucem queat intueri. Aut quemadmodum, ſi quis ciuitatem, aut regionem inſpicere cupiat, pergit ad locum inſpiciendi gratia: Ita & qui theologorum aſſequi intelligentiam cupit, abluere prius animam debet atque detergere, & per uitæ morumq; ſimilitudinem, ipſos adire ſanctos, ut uoto atque inſtituto illis coniunctus, ea etiam quæ illis Deus reuelauit, intelligat. Nam abſque mundicia animi & uita ſanctitatis æmula, poßibile non eſt ſanctorum dicta intelligere. Munditia animi.

De ua-

De uarijs quæſt. ad Antiochum principē quæſtione 54.

Purgatorium. Num ſentiunt aliqua beneficia etiam peccatorum animæ cum ſuper illis fiunt conuentus & peractiones bonorum operum? Reſpondet: Si non aliquo beneficio participarent ex illo, non

Commemoratio. utiq; in cura & exequijs fieret commemoratio. At ſicut uitis floreſcit extra in agro, & odorem eius ſentit in uaſe uinum

Vinum. recluſum, ſicq; confloreſcit etiam ipſum: ita intelligimus peccatorum animas participare aliqua beneficentia, exangui immolatione & gratificatione pro ipſis facta, ſicut ſolus ordinat & præcipit, qui uiuorum & mortuorum poteſtatem gerit Deus noſter.

Gregorius Nazianzenus de theologia lib. I.

Morboſi oculi. Vt parum feliciter ceſſerit, ſi morboſis oculis in ſolares radios intueri coneris: Ita impurus ipſe, ſummam puritatem nō ſine periculo attrectaris.

Quemadmodum inepte quidam deformibus literarum figuris elegantes aliquot appingunt, cœnoq; permiſcent unguentum: &

Princeps animi facultas. nobis eodem modo princeps animi facultas, diuinæ contemplationis capax uitioſa pariter & fallaci inanium rerum imaginatione confunditur.

De quibus autem diſputandum, & quatenus? De his ſolum ad quæ humani ingenij acies pertingere poteſt, & quatenus conditio auditoris & facultas quiuerit aſſequi: ne, ut intenſior uox auribus, aut alimentum immodicum corpori, utq; onera paulo grauiora ſubeuntibus, terræ denique crebriores pluuiæ nocent: ita ſanè & auditores quæſtionibus altiori-

Quæſtiones altiores bus, & quaſi ſolidioribus degrauati depreßiq;, damni aliquid accipiant.

Mel. Siquidem & mellis ſatietas, uomitum mouet, quantumuis ſit mel.

ſit mel. Breuiter ut Salomoni, ſic & mihi uidetur, ſuum cuique negocio deſtinatum eſſe tempus. Et uidemus quæ per ſe bona ſunt, ſi non bene quoque tractentur, boni gratiam amittere. Non aliter atque hybernis menſibus ſunt intempeſtiui flores. Nec mulieres uirilis, nec uiros muliebris ornatus decuerit. Vt nec luctui conuenit muſica, nec in potum lachrymæ. Suum cuiq; negocio deſtinatū eſſe tempus. Muliebris et uirilis ornatus.

Quemadmodum muſcæ uulneribus, ita hi noſtris inſident fatis aduerſis, aut ſi ita mauis, erratis. Muſcæ.

De Theologia lib. 2. Vt uociferantium tenor obuij flatus impetu frangitur: ſic & interna mentis cogitatio externorum ſolicitatione interpellctur. Interna mētis cogitatio.

Vt qui belle fabricatam cytharam, eiusq; concinnitatem compoſitionemq; miratur, aut concentum audit, nihil aliud quàm ipſius cytharæ uel artificem, uel moderatorem cytharœdum animo concipit, eoq; tota cogitatione conuertitur, etiamſi oculis fortaßis eum non cernat: Ita & nobis ſeipſum prodit illud, quod & facit omnia, & facta mouet atque conſeruat: cum interim quid illud tandem ſit, mentis noſtræ anguſtijs nequeat comprehendi. Fabrefacta cythara.

Vt enim quod labore partum eſt, ſolicitius conſeruari ſolet: ita facile parta, facillime celerrimeq; reſpuuntur. Labore partum.

Quemadmodum inter Aegyptios & Hebræos olim nubes, ſic & nunc inter Deum & nos corporalis hæc caligo interſtat: hac gratia ut dum purgatiores maioriq; cum ſudore deſyderij noſtri ſcopum contendimus, induſtriæ noſtræ lucidæq; uitæ præmium quoque magnificentius contingat. Nubes. corporalis caligo.

Quemadmodum fieri non poteſt, ut uel tuam ipſius umbram, quantumuis etiam feſtines, præcurras (ſemper enim Vmbra.

quan-

quantum tu urgendo proceſſeris, tantum ipſa ſequendo occupat) uel in colores oculorum radios, nullo aut lumine, aut aëre deueniente defigas, uel denique extra aquas natatilis illa piſcium natura ſua ſe lubricitate promoueat: ita nulla eſt uia, cuius ductu, hi qui in corpore ſunt, ad intellectilem naturam, omnino ſine corporalium rerum interuentu, pertingere queant.

Colores. Piſces. Intellectilis natura.

Hoc enim Dei tergũ eſt, quicquid eum nobis ſuo iudicio refert, ut tamen illius naturã non contingat: perinde ac umbra & in aqua relucens ſolis imago hebetioribus oculis illum adumbrat: dum illum ipſum præ nimio puriſſimæ lucis fulgore, quo ſenſum facile exuperat, intueri nequeunt.

Dei tergũ. Solis imago.

Deniq; idem quo ingenio temporũ uices ſic moderatur, ſic diſpenſat, ut naturæ conuenienter aliæ decedant, aliæ accedant, perinde ac ſi in choro aliquo inuicem ſibi connectantur, & nihilominus inter ſe certis ſpacijs diſtent.

Chorus.

De Theologia libro 5. Quemadmodum aqua, quæ non certis canalium marginibus dirigitur, ſed per areæ diffunditur planitiem, euaneſcit: Ita & res per ſermonis uaſtitatem diffuſa, lectorem fallit, idem & hoc nos ſequemur.

Aqua.

Sed enim noſtra ſententia hæc eſt, ut equi, ut bouis, ut hominis, breuiter ut uniuſcuiuſque eorum, quæ ad eandem ſpeciem pertinet una quædam eſt ratio: & cuicunque hæc eadem gratia competit, hoc & proprie inde nomen habet: cui uero non conuenit, hoc inde aut nullum, aut improprium habet: Ita et Dei eſſentiam, naturã appellationemq; unam equidem eſſe, quamuis pro diuerſa eiuſdem eſſentiæ conſideratione, nomina quoque diuerſa ſortiatur, tum quod proprie

Species. Ratio. Dei eſſentia.

Deus

Deus dicatur, hoc & eſſe Deum. Quod uerò fuerit ſecundum naturam, hoc & uere nominari.

De Theologia lib. 4. At quatenus ſerui forma eſt, ſeruis ac conſeruis ſeſe accommodat, & alienæ formæ conformat, totum me unà cum meis in ſeipſo gerens, ut quemadmodum uel ignis ceram, uel terræ uaporem ſol, ſic quod in me uilius eſt, in ſe ipſe conſumat: ex quo commercio bonorum, illius & ipſe fiam particeps. Ignis. Sol.

Quemadmodum fax ab ingenti aliquo rogo primũ auulſa, deinde rurſus coagmentata in eundem redit: ſic & in patrem, reſoluto filio (ne hoc ſermone corrumpantur Sabellij) ſed Deus totus, cum non amplius erimus multa, ut nunc, Dei uel omnino nihil, uel admodum parum in nobis geſtantes, affectibus nimirum & uarijs animorum motibus occupati: ſed toti (ut ſic dicam) deiformes, totiusq; Dei ac illius ſolius capaces: hæc enim eſt perfectio, ad quam omnes feſtinamus. Fax. Sabellij.

De Theologia lib. 5. Nam quod in uijs & in fluuijs comperire licet, ut quæ in diuerſum tendentia ſcindantur, eadem in ſeipſa reuertantur, confluantq;: hoc ipſum & hic præ impietatis impietate contingit: nimirum, ut qui alibi diſsident, eidem in alijs inter ſe conueniant: ut qua parte conſentiant, quaue inter ſe pugnent, hoc uero adamuſsim cognoſcere non poſsis. Viæ. Fluuij.

Vt enim nauſeabundi illi, ſi unum aliquod genus cibi ægre admittunt, & reliqua alimenta uelut ſuſpecta reſpuunt: Ita & nos ad omnem diſputationem, æque atq; ad illam ſuperiorem affecti ſumus: attamen adſpirabit ſpiritus, & ſermo curret, & Deus glorificabitur. Nauſeabundi.

Sed quoniam difficile eſt te, qui ſemel iam ſpiritui inſultaſti,

Ferociores ſues. taſti, in medio curſus impetu retineri, imo uelut ferociores ſues ſolent obniti, et in ipſum uenabulum incurrere, non ante deſinis, quàm ferrum totum in te recipias.

Medicina acerba dulcore temperata. Quamobrem pædagogorum medicorumq; more, ex patria religione, dum aliud abrogat, aliud uerò cõcedit nonnihil priſtini ritus, quod uoluptati ſit, ipſis permittit: non aliter atque medici ægrotantibus facere ſolent, huc ſpectantes, ut medicina alioqui acerba dulcore aliquo ad artis præſcriptum temperata, æquioribus animis recipiatur.

cibo immodico obruti Lumine ſolari onerati. Quemadmodum cibo immodico obruti ſtomachum auferunt languidiorem, aut lumine ſolari ſupra facultatem ſemel onerati, amplius obſcuriorem oculorum aciem experiuntur: Ita & illi de uiribus ſuis periclitantur, ſed ut paulatim alio poſt aliud additamento facto, ac ſicut Dauid, inquit, gradibus & à gloria in gloriam proceßibus profectibusq;, trinitatis lux illuſtrioribus affulgeat.

D. Gregorius Nazianzenus Apologetico ad patrem & Nazianzenſes poſt fugæ reuerſionem.

Quærebam igitur petram, aut locum præruptum, ſiue murum dirutum, ſub quibus deliteſcere poſſem: aliorumq; dicebam ſint honores & labores, aliorum bella & uictoriæ: mihi autem ſatis ſit fugere pugnas, ac ad me ipſum reſpicere, & ita uiuere, ſicut poſſum, quemadmodum in fragili rate paruum transfretant mare: paruamq; manſionem illic in pauperculo præſentis politiæ habitaculo adipiſci ſtudebam, nam humilium fortaßis eſt intellectus, ſed ſecuriorum, ut ab altitudine & caſu caueant.

Fragili rate transfretare.

Humiles.

Oratione funebri in laudem Baſilij. Quemadmodũ enim terra & cœlum, nec non aër, & ſimilia, non ideo ſunt contemnenda

nenda, quia quidam male his ſunt abuſi, pro Deo ea quæ Dei ſunt uenerantes. Ita quicquid utilitatis ex philoſophia percipi poteſt, id omne ad uitæ uſum fructificare debemus: ita tamen, ut periculum effugiamus, & nequaquàm contra creatorem creaturam, iuxta inſipientes, concitemus, ſed ex opificio opificem deprehendamus: & ſicut diuinus inquit Apoſtolus, omnem intellectum CHRISTO captiuemus.

Vtilitas philoſophiæ.

Ex opificio opifex cognoſcendus

Oratione conſolatoria. Non patior ut fons obturetur, ac torrens profluat, ſol abſcondatur, & aſtra ſplendeant, canicies cedat, ac iuuentus ferat leges, ſapientia obticeat, & rerum inexpertus iuueniliter uerba faciat: imber enim rapidus, nequaquàm placido eſt utilior. Ille enim quum impetuoſe fertur, rura trahit, agricolamq́; lucro plectit capitali: hic uero leuiter effuſus, & ad inferiora delapſus, terram fœcunditate replet, arantemq́; à labore liberat, ac ſpicam ad fructum perducit maturum: Ita & in ſermonibus abundantior nequaquàm ſapientiori eſt utilior, hic enim aliquantulum fortaßis oblectans euaneſcit, pariterq́; cum aëre percuſſo diſſoluitur, nihil ultra hoc conferens, ſed auditum auidum facundia tanquàm incantamento demulcet: qui uero in mentem penetrat, ac os dilatat, repletur ſpiritu, & generatione uidetur longior, multumq́; fructum paucis producit ſyllabis.

Imber rapidus & placidus.

Oratio mētem penetrans.

Oratione funebri in laudem Baſilij Magni.

Quemadmodum igitur ignem, & cibum, ac ferrum, nec non alia per ſeſe nec utilia aut noxia eſſe ſcimus, ſed quemadmodum uidetur utentibus: quin ex reptilibus medicamenta etiam quædam theriacalia temperamus ad ſalutem:

Medicamēta theriacalia.

lutem: Ita & in illis: ſiquidem indagationem & contemplationem ſuſcipimus, quum autem ad dæmones & errorem perducit, nec non perditionis profundum, contemnimus. Nam licet nequaquàm nobis ad pietatem proſint, ex deteriori tamen id quod melius eſt ſeligimus, ac ſermonem noſtrum cum illo roboramus. haudquaquàm igitur diſciplinæ ſunt uituperandæ, quemadmodum nonnullis uidetur, ſed rudes & imperiti, & qui ita habent, ſunt negligendi, uellent enim omnes, tales quales ipſi ſunt, eſſe, quo in communi ignorantia latere & inſcitiæ argumenta effugere poſſent.

Diſciplinas non eſſe uituperādas. Rudes & imperiti.

Qui enim uel uitam ſolum recte inſtituunt, aut eloquentiæ tantummodo ſtudent, ita ut alterum omittant, nihil mihi à monoculis diſtare uidentur, quibus magnum eſt nocumentum, maior uero turpitudo, quum quempiam inſpiciunt, ſeu inſpiciuntur: quibus uero contingit, ut in utriſque excellant & ſint idonei, ij illud etiam aſſequuntur, ut perfecti euadant, & cum beatitudine uiuant futura.

Vitā recte inſtituētes. Monoculi.

Nam & uiſus haud facile à iucundis diuelli ſolet ſpectaculis: ſi uero uiolentia quadam abſtractus fuerit, iterum illac refertur: quemadmodum ſermo à narrationibus ſuauiſsimis.

Viſus. Sermo.

Verum nil oberit, ſi ſermoni narratiunculam quandam breuem, tanquam condimentum aliquod addamus, quo ſcientibus memoriam refricemus, ignorantibus autem doctrinam impertiamur. Athenis ex iuuenibus quàm plurimi, imò modeſtiores etiam, circa ſophiſticam deſipiunt, non ingenioſiores ſolum, & nomine obſcuri, ſed generoſiores

Sophiſtice.

iam

iam & elatiores, non ſecusq; ac multitudo inter ſe decertant, quum moribus præditi ſint iuuenilibus, & haud facile cohiberi poſſint: ac ideo uideo idem illis accidere, quod & equorum ac ſpectaculorum amatoribus, in curſu equorum aduerſariorum, ſaltant enim, clamant, puluerem in cœlum ſpargunt, in aurigis ſedentes, aërem uerberant, equos digitis tanquàm flagellis cum coniungentibus coniungunt: & quum nullius ſint domini, facile inuicem concedunt, aurigas, equos, ſtationes equorum, præfectos, ac quinam ſunt illi? ut plurimum indigentes ac pauperes, & qui nec tantum habent ut uno ſuſtineantur die: eodem modo & ij, in his admodum pro doctoribus ſuis conflictantur, & aduerſarijs indignantur: quo ipſi plures exiſtant, ac doctores quorum illi curam gerunt præcipuam, locupletiores reddant, quæ res admodum abſurda eſt, pariter & infelix. Equorũ ac ſpectaculorum amatores. Hypotypoſis. Pro doctoribus ſuis conflictari.

Qui enim corpora amant quoniam fluxa ſunt, inſtar uernis diffluunt floribus, quin nec flamma permanet, quum materia eſt conſumpta, ſed cum illa accendente euaneſcit: Ita nec deſiderium ſubſiſtit, quum marcet feruor, modeſti uero, & qui ſecundum Deum uiuunt, poſtquàm rei ſunt firmioris, ideo etiam ſtabiliores exiſtunt, ac quantum pulchritudo plus ab eis imaginatione deprehenditur, tanto illos magis ſibijpſi, & amatores eorum inuicem colligat. Corpora fluxa. Flamma.

Sane nequaquam rerum & ordinis apud nos laudo confuſionem, quum aliquando peruerſe à quibuſdam præſidetur in gradibus, ſiquidem non omnes accuſare audeo, neque uiſum eſt: obiter tamen legem laudo naturarum, Rerum & ordinis confuſio.

quæ prius gubernatori remum in manus dat, indeq́; in proram deducit, & ulteriora concredit. Itaque tandem ſuper gubernacula, cum multa maris experientia, & uentorum ſtatuit cognitione. Pariter & in rebus fieri ſolet bellicis, miles ſub initium quis efficitur, deinde ordines regit, tandem etiam in ducem euadit, ſiquidem ordo ipſe optimus eſt incipientibus pariter & utiliſſimus: res uero noſtræ multum dignæ eſſent, ſi ita ſe haberent: nunc autem Ordo. *ſanctiſſimus apud nos periclitatur ordo, ne præ rebus cunctis ſit ridiculoſiſſimus: non enim ex uirtute magis quàm ex* Præſidētia *malitia oritur præſidentia, neque digniorum ſed potentio-* Throni. *rum ſunt throni. Samuel inter prophetas futura præuidens, ſed & Saul adiectus. Roboam Salomonis inter reges, quin & Hieroboam ſeruus & deſertor: at nec medicus, nec pictor ullus eſt, qui non prius ægrotantium conſiderat manus, aut colores temperat multos, & delimat fi-* Cathedra. *guras. Cathedra uero ſine ullo acquiritur labore, non ſe-* Gigantes. *cus ac cum fabulæ gigantes fingunt: unius dici ſanctos facimus, ac ſapientes eſſe iubemus eos qui nulla præditi ſunt ſapientia, & qui nil ad gradum, præterquàm uelle afferunt. Et hic quidem inferiorem amat locum, & hu-* Humilis. *milis conſiſtit, quum dignus ſit ſublimi, ac multum in literis exercitatus diuinis, multumq́; carnis ad ſpiritus doma-* Arrogans. *uerit ſubiectionem: alius uero ſedet arrogans, ſuperciliaq́; tollit contra meliores, nec tremit ob thronos, minus horret aſpectum, modeſte deorſum aſpiciens: ſed longe ſe uiribus ſuis, & ſeipſo ſe meliorem cenſet, male ſentiens, ac ſapientiam à poteſtate deſumens.*

Sermone de pace tertio.

Quem-

Quemadmodum eadem terra ſtat quidem ſanis, & non ægrotantibus, mouetur autem uertiginoſis, & qui ſe circumuoluunt, quum uidentium paſſio ad id quod cernitur, tranſmutatur: aut ſi mauis quemadmodum eadem ſtatua, maior quidem ijs qui prope ſunt & conſiderant, minor uero diſtantibus apparet, quum aër ſuffuretur diſtantiæ, uiſui uero dilatet craßiora: Ita & nos facile decipimur propter inimicitias, ut in eiſdem nequaquàm ijdem amici ſimus, nec nos cognoſcimus. Vertiginoſi Statua. Inimicitiæ

Oratione conſolatoria, quum pater eius epiſcopus ob grandinis taceret calamitatem.

Siquidem non is qui in uerbis ſapit, mihi ſapiens erit, neque is qui linguam habet uolubilem, animum uero inerúditum, ſepulchrorum inſtar, quæ extrinſecus ſunt ornata & ſpecioſa, intus autem mortuorum cadauera, & multum recondunt fœtorem: ſed ille qui pauca de uirtute loquitur, multa uero oſtendit operibus, fidemq́; ſermonis per uitæ roborat actionem, ſiquidem longe mihi præſtabilior eſt formæ pulchritudo, quæ conſpici poteſt, quàm quæ ſermonis pingitur induſtria, nec non diuitiæ quæ manibus continentur, quàm quæ effinguntur ſomnio, ac ſapientia quæ non ſermonibus ſplendet, ſed operibus collucet: intellectus enim bonus omnibus facientibus eam, ſcriptura inquit, & non qui prædicant illam. Lingua uolubilis. Sepulchra. Opera. Formæ pulchritudo. Sapientia.

Oratione habita in funere patris.

Ita enim minori afficiemur triſtitia, ſi citius ex hac uita emigremus, imò potius lætabimur, ſi nos ſermo hinc abduxerit, & in ſupernis ſtatuerit, ac præſentem inſuauitatem bono abſconderit futuro, nobiſq́; perſuaſerit, quod ad

dominum agamur bonum, & quod melior ſit habitatio firma, quàm peregrinatio incerta, quodq́; nauigantibus portus eſt tranquillus, id ijs qui in huius uitæ iactantur tempeſtate, tranſmigratio hinc ſit & translatio. Aut quemadmodum ij, qui iam longam præoccupauerunt uiam, peregrinantibus & adhuc laborantibus uegetiores ſunt, & minus defatigantur: Ita qui hoſpitium aſſequuntur quod ibi eſt, illis, qui adhuc uitæ præſentis terunt inæqualia & præcipitia, feliciores & quietiores exiſtunt.

Longam præoccupātes uiam.

Etenim quemadmodum in undis euenire cernimus ſtantibus, ut quotieſcunque calculus inijciatur, centrum oriatur aliud, circulusq́; ſuper alio ſuſcitatus, & aßidue dilatatus, ſemper diſſoluat extremum: Illud idem & mihi palam in re præſenti accidere uideo: dum enim mihi aliquid in mentem uenit, aliud elabitur, ac ideo circa electionem laboro, quum aßidue id quod in memoria erat, præoccupet illud quod denuo affluat.

Calculus. Centrum. Circulus.

Quis magis ſuperbiam caſtigauit? aut humilitatē dilexit? nequaq̄ ficte, aut ſuperficialiter, quemadmodum nūc multi ſe philoſophari ſimulant, ac præſtantes uidentur, nō ſecus ac mulierculæ inſipientiſsimæ, quæ cum pulchritudine careant naturali, ad colorum fucos confugere ſolent, ſuntq́; (quonam modo dicere debeo) theatrales ornatiſsimæ, propter uerecundiā inuerecundiſsimæ, & propter turpitudinem turpiſsimæ. Humilitas enim nequaquàm illi in ueſtimento ſita erat, ſed in penetralibus animæ: quin nec ceruicis inflexionem mollem, aut uocis infractionem, ſeu uultus compoſitionem fictam, uel barbæ denſitatem promiſſam, ſiue capitis colorationem adulterinam, aut inceſſus modum compoſitum, humilitatem eſſe iudicabat,

Simulantes ſe philoſophari. Muliercularum fuci. Humilitas. Hypocritarū habitus

dicabat, talia enim facile effinguntur, cito tamen redarguuntur; nil enim ſimulatum durabile eſſe poteſt.

Oratione ad ſubditos timore perculſos.

Eſt enim ex legibus noſtris hæc una admodum laudanda, & optime per ſpiritum lata: quæ poßibilitatem honeſtati admiſcuit, & ita ſtatuit, ut quemadmodum ſerui obtemperant dominis, & uxores uiris, & eccleſia domino, & diſcipuli paſtoribus & magiſtris: ita etiam homines cuncti poteſtatibus ſubditi ſint ſublimioribus, non ſolum propter iram, ſed & propter conſcientiam, ac ideo & tributum ſoluant, & legem nequaquàm ob malefactorum prohibitionem odio habeant, nec gladium expectent, ſed timore purgati à poteſtate laudentur. atqui & amußis hæc eſt unica, recto enim parcit, ſuperfluum uero abſcindit: unus eſt ſol, attamen ſanos illuminat oculos, quum debiles magis obſcuret, uis ut aliquid etiam de noſtris dicere audeam, unus eſt CHRISTVS, *ſed in ruinam poſitus eſt, & in reſurrectionem, in ruinam infidelibus, in reſurrectionem credentibus. Et his quidem petra eſt offenſionis & lapis ſcandali, qui non cognouerunt nec intellexerunt, ſed in tenebris ambulant, uel idola colunt, aut uſque ad literam uident, & ſuper hanc nec illuminari uolunt nec poſſunt. Alijs autem lapis angularis & petra laudabilis, qui colligantur ſermone, & in ipſo ambulant, aut ſi uis margarita illa quam bonus ille mercator, omnibus quæ habebat diuenditis emit. Nobis autem fratres tale quid accidit, quum uitam noſtram emendare nolumus, ſed contra poteſtatem indignamur, quale & ijs qui Agonotheten incuſant tanquàm malum, quum ipſi in certaminibus ſint ignaui,*

Lex multo laudatißima. — *Poteſtates ſublimiores.* — *Amußis.* — *Sol.* — CHRISTVS *in ruinā & reſurrectione poſitus.* — *Petra laudabilis.* — *Margarita* — *Agonothetes.*

aut medicum tanquàm imperitum & temerarium inciſionibus & aduſtionibus, quum ipſimet male ſint affecti, & auſterioribus indigeant remedijs.

Oratione de paupertate fouenda.

Pratũ odoriferum ac uarijs floribus diſtinctum.

Proinde nequaquàm inuentu facile eſt, quænam ex uirtutibus præcellat, ut ei uictoriæ tribuatur palma, quemadmodum nec in prato odorifero, ac uarijs floribus diſtincto, floſculum diſcernere pulcherrimum & fragrantiſsimum, quum alius aliter odoratum & aſpectum ad ſe rapiat, ac ut primum decerpatur ſuadeat.

Variæ uitæ electiones.

Sicut uariæ ſunt uitæ electiones, ita & multæ apud Deum manſiones, quæ ſecundùm dignitatem unicuique diuiduntur & diſtribuuntur, & hic quidem hanc excolit uirtutem, alius uero aliam, quidam etiam plures, nonnulli quoque omnes: ſi ſaltem eſt poßibile, tantummodo ultra pergat quiſque & anteriora concupiſcat, ac ueſtigia inſequatur eius qui recte deducit & dirigit, quiq; per anguſtam uiam & portam ad latitudinem quæ illic eſt perducit.

Nauigans.

Omnis qui nauigat, naufragio eſt proximus, & tanto plus, quanto nauigat audacius: ac omnis qui corpore eſt circundatus, proximus eſt corporis malis, quanto elatius pertranſit, & ante ſe iacentem non reſpicit. Quàmdiu uento nauigas ſecundo, manum naufrago præbe. Quàmdiu recte uales & diues es, afflicto ſuccurre, ne expecta donec ex te ipſo diſcas quantum malum ſit inhumanitas, & quantum bonum uiſcera aperire indigentibus.

Corpore circũdatus

Inhumanitas.

Oratione de ſtatu epiſcopali.

Hæc ego quum ſciam, & quod nemo magno Deo, ac ſacrificio, & pontifice dignus eſt, qui non prius ſeipſum Deo

offert

offert ſacrificium uiuens, ſeu potius qui non factus eſt templum Dei uiuentis, & uiuens: ac igitur quomodo ego me audacter diuinis ingererem ſermonibus, aut boni conſulerem, ſi alij ſe audacter ingererent? quandoquidem deſiderium tale nunquam laudabile eſt, conatus uerò terribilis, ac ideo decet, ut unuſquiſq; primo ſe expurget, deinde cum puro cõuerſetur, ſi non uelimus Manee illud audire & dicere, quum in Dei contemplationem incidimus: Perij ò mulier, quia Deum uidi: ſeu Petri inſtar, Ieſum à nauicula repellere, tãquam numine & ob timiditatem digni, aut ſicut Centurio ille, qui ſanitatem pro filio expetebat, ſanantem uerò nequaquam excipiebat: dicat, igitur unuſquiſq; ex nobis quandiu Centurio eſt, & multæ in malicia potentiæ, Cæſariq; deorſum trahenti & huius mundi militat domino, non ſum dignus ut tectum meum ſubeas. Quum autem Ieſum uidebo, etiamſi ætate ſpiritali adhuc ſim paruus, Zachei illius inſtar, & ſuper ſycomorum attollat, mortificans membra ſuper terram, ac euacuauero corpus humilitatis, tum Ieſum excipiam & audiam, hodie facta eſt ſalus domui huic. Manee. Petrus. Centurio. zachæus.

Quin neq; ſpiritus curioſe ſcrutèris proceſſum, ſufficit mihi quod filius, quod ex patre, & quod hic ſit pater, ille uerò filius, & nihil in his curioſe ſcrutor, ne in uocibus quæ penitus omnem elocutionem ſuperant humanam, mihi accidat quod uiſui, quum in radios dirigitur ſolares. Quantum enim quis plus & diligentius uidere uoluerit, tãto magis ſenſu læditur, & dum intimum cernere quærit, etiam illo quod plus eſt priuatur, quum res quæ uideri debet, longe etiam uiſum exuperet, ſi illam totam uidere uolueris, & non ita quemadmodũ cernere eſt tutum. Spiritus proceſſus. Viſus.

Sol. Ver. Orat. in Cyprianum. Quoniam ſol diu nubibus obtectus lætius ſplendet, ſed & uer poſt hyemis triſtitiã & acceptius, iucundior & trãquillitas blanda ac mare quietum poſt ſeditiones uentorũ & perturbationẽ aquarũ litoribus allidens.

Suauiſſima narratio. Atqui narratio dehinc mihi ſuauiſſima erit, uicit uirgo, uincitur dæmoniũ, tentator ad amatorẽ accedit, uictũ ſe prædicat, contẽnitur, contẽptus indignatur, ac contemptorẽ ulciſcitur, ultio aũt quæ nã fuit in cultorẽ ipſum immigrat, quo malũ malo pelleretur, & rabie rabiei medicamen fieret, à uirgine enim repellitur, non ſecus ac machina à muro firmo & generoſo, ob uerba & orationes profugus.

Oues. Paſtores. Membra. Omnes corpus unum ſumus in Chriſto. Orat. de modeſtia in diſputationib. Ordo etiam in Eccleſia ita ſtatuit, ut alij ſint oues, alij uero paſtores, ita ut hi imperent, illi uero obediant, ſitq́; homo tanq̃ caput, illud pedes, iſtud manus, hoc oculi, illud uero aliud corporis membrũ, quo omnia recte inter ſe conueniant, cõmodumq́; tã ad præfectos q̃ ad ſubditos redundet, & quemadmodum in corporibus mẽbra nequaq̃ à ſe diſſident, ſed cuncta corpus unũ ex diuerſis ſunt cõpoſita, nec idẽ omniũ eſt officium ac uſus, ad mutuam neceſſitatis beneuolentiã, neq́; oculus graditur, ſed ducit, quẽadmodum nec pes cernit, ſed uadit, nec lingua excipit uoces, id enim ad auditum pertinet: ſicut nec auditus loquitur, nam linguæ id eſt officiũ, naſus uero odoris eſt inſtrumentũ, at guttur cibũ guſtat, inquit Iob, manus aũt dandi & accipiendi eſt inſtrumentũ, mẽs uerò cunctis hominibus dux eſt, penes q̃ & ſentire, ac in quã eſt ſenſus: Ita & apud nos, qui cõmune corpus Chriſti ſumus, omnes enim corpus unũ in Chriſto, ac per unũ Chriſtum inter nos membra ſumus, hoc enim imperat ac præſidet, iſtud uero obedit & dirigitur, nec amborũ idẽ eſt officium, quemadmodum nequaq̃ eorundem eſt imperare &

ſubeſſe

ſubeſſe,ſed ambo unũ fiunt in unũ Chriſtũ, ab eodẽ cõpoſita & cõglutinata ſpiritu,licet imperantes à ſubditis,rurſus tanq̃ medium,& doctrina, & exercitatione & ætate diſtent.

Orat.funebri in Athanaſ.Alexandriæ Epiſcopũ. Quod enim ſol eſt ſenſibus,hoc intelligẽtibus eſt Deus,hic enim mũ dum illuminat uiſibilem, ille uero inuiſibilem, & hic quidem uiſum corporalẽ illuſtrat,ille uerò naturas intellectuales ſplẽ didas reddit,& quemadmodum hic uidentibus & uiſibilibus, his quidem ut uideant,illis autem ut uideantur,uim ſubminiſtrat,ipſeq́; inter uiſibilia eſt pulcherrimus: Ita & Deus intel ligẽtibus & intellectis,his quidem intelligere,illis uerò ut in telligantur ſuppeditat, ac ipſe inter intelligibilia eſt altiſſimus,in quo omne deſiderium conſiſtit, & ſuper quem minime fertur,nil enim ſublimius quid habet omnino deſiderium,neque mens ſapientiſſima,& indagatrix ſeu curioſiſſima,hoc enim ex appetitiuis eſt nouiſſimum,& nondum in lucem æditis totius contemplationis requies. Sol. Deus.

Cũ his Athanaſio eſt certamen,& ab aliquibus parũper ſuperatur,nonnullos etiã ſuperat,ſi hoc nimis dictũ eſt audacter:& hos quidẽ uerbis,alios uero operib. quorundam man ſuetudinẽ;aliorũ uero zelum,nonnullorũ pericula, & horum quidẽ plura,aliorũ uerò omnia eſt imitatus,ac aliud quid pul chritudinis ab alio ſumpſit: nõ ſecus ac ij qui formas ex excel lentia depingunt:& in ſolã animam ſuã deduxit,ac unam uir tutis ſpeciẽ ex omnib. diligenter collegit; eos enim qui ſermo nibus præſtabant,operibus: qui uerò operibus excellebant,ſer monibus uicit: aut ſi uultis,ſermone eos,qui ſermone erant ce lebres, operibus autem eos qui operibus fulgebant ſuperauit: eos uero qui in utriſque his, mediocriter ſe habebant, Anaſthaſij dotes. Formæ.

in altero ſupergrediebatur, illos autem qui in utroque ſummi erant, ambobus præcurrebat.

Grego. Nazian. *de modeſtia in diſputationib. Magnum* Docere. *quid eſt docere, uerum diſcere periculo caret, quur teipſum* Diſcere. *facis paſtorem, quum ſis ouis? quur caput eſſe cõtendis, quum pes exiſtas? quur exercitũ ducere quæris, quum inter milites adhuc cenſearis? Quur magnum, ſed neutiquam tutum lucrũ maris ſectaris, quum ſine periculo terram colere poßis? Sane* Vir. *ſi uir es ſecundum* CHRISTVM, *ſenſusq́; habeas exercitatos, tibiq́; lumen ſplendeat cognitionis, loquere ſapientiã quæ profertur inter perfectos, nec non abſconditam in myſterio, & illam quũ tempus ceperis, & tibi cõcredita fuerit. Quid enim apud teipſum habes, quod tibi datum non ſit? aut quod* Paruulus. *nequaquam acceperis? Si uero adhuc paruulus es, & humi reptans intellectu, nec ſufficiens ut cum ſublimioribus progrediaris, fias* Corinthius, *lac te alat, quur cibũ quæris ſolidiorẽ, quem membra non concoquunt, ac nutrimetum faciũt per imbecillitatem, loquitor quidem, ſi quid melius habes quã quod taceatur, ſiquidẽ ordinem labijs ornare opus eſſe laudabile noſti, ubi uero ſilentium melius eſt ſermone, ibi quietem dilige, decet enim quædam dicere, alia audire, nonnulla laudare, aliqua uero amarulenter reijcere.*

Sane turpe eſt, ut quis ueſtem & uictum eligat, non ſplendidiorem ſed uiliorem, genuumq́; callis, ac oculorum fontibus ieiunijs inſuper & uigilijs, in humo præterea dormitatione, Humilitas. *labore, ac cunctis in rebus humilitatem & propriæ imbecilli*-Hipocriſis *tatis conſcientiam oſtendat: in ſermonibus uero de deo ſe cun*-& faſtus Ec *ctis præferat hominibus, & plane imperatorem & tyrannũ* cleſiaſtarũ *agat, nulliq́; omnino cedat, ſed ſupercilia ultra omnes legis doctores*

doctores attollat, quum interim humilitas cum gloria ſecuritatem etiam habeat.

Inter primos ego ſapientiam laudo eorum, qui in diuinis exercentur literis, ſeu exerceri cupiunt, nec unquam exercitio huic aliquid prætulero, nec male à philoſophia ipſa audire uellem, tanquam ſapiētiam ac diſciplinam ſpernerem, obiter tamen immodeſtiam fugio, & inſatiabilitatem reprehendo, malimq́; ignauior quã curioſior haberi, ſi nõ utraq; effugere poſſem: immoderatusq́; eſſe & timidior, quàm audacior uocari: tu uerò quum ego cibi prohibeam intemperantiam, uniuerſum me cibum prohibere putas, aut etiam cæcitatem laudare, quia modeſte contueri iubeam. Exercitiũ ſacrarũ literarum. Immodeſtia.

Alius autem paruus eſt intellectu, & pauper lingua, ſermonumq́; uerſutias ignorat, ac captiones ſapientum & ænigmata, nec non Pirrhonis inſtantias ac prohibitiones, uel oppoſitiones, ſyllogiſmorúmue Chryſippi reſolutiones, ſeu ex Ariſtotelis artibus artes malas, aut Platonicæ facundiæ incantamenta, quæ male in Eccleſiam irrupêre noſtram non ſecus ac flagella quædam Aegyptiaca. Ariſtoteles Plato. Flagella Aegyptiaca.

Nil fratres fide noſtra iniuſtius eſſet, ſi in ſapientes ſolum caderet, & eos qui ſermonibus & logicis præſtant demõſtrationibus, oporteret enim ut multi hanc, non ſecus ac aurũ & argentũ, nec nõ alia quæ apud multos rerum infernarum ſtudioſos cenſentur precioſa, conſequerentur: quod enim ſublime eſſet, & ad quod pauci pertingere poſſent, Deo placeret & eſſet acceptum: quod uero propinquius foret, & à multis conſequi ualeret, deſpiciendum eſſet & uile, ſiquidem nec hominibus modeſtis accideret, ne pro uiribus expeterent honores: ſed ſolum gauderent quas quæ antea haberent.

Puerimoribus formādi.

Oportet igitur ut quemadmodum pueros prius moribus formamus, quo poſteriora effugiant uicia: ita etiam ne in ſermone circa parua uideamur temerarij & inerudíti, ne circa maiora meditatione abutamur: facilius enim eſt ſub initium prauitate non maculari, illamq; ingruentem effugere, quàm quum proceſſerit abſcondere, & ea ſuperiorem apparere, quemadmodum facilius quoq; eſt lapidem ſub initium retinere, quàm quum è manibus miſſus eſt reuocare.

Lapis.

Cæterum corrigendus eſt ille: facias igitur hoc modeſte ac humaniter, & nequaq̃ ut inimicus, nec ut medicus incīdēs, ac non ſolum agnoſcito quemadmodū ille inuri aut incīdi debeat, ſed & teipſum ac propriā cognoſce infirmitatem: quur ēm ſi oculorum teneris morbo, ſol tibi uideatur obſcurus? quid aūt ſi cuncta tibi circumuerti uideantur, quum tu nauſeā patiaris, aut etiā ſis ebrius? ignorantiamq; propriam aliorū eſſe cenſes. proinde multum iactari & tolerare oportet, priusq̃ alterius cognoſcatur impietas. nequaq̃ ſimile eſt plantā excindere, aut florē etiam odoriferū, ac hominem. Imago Dei es, & imaginem Dei condēnas. Iudicaberis & tu qui iudicas, alienum iudicas ſeruum, & quem alius gubernat. ita fratrem tuū probato, tanq̃ & tu eadē menſura ſis iudicādus, ac ideo haudquaquam in abſcindendo feſtinè aut confeſtim membrū alienes, incertum enim eſt, ne ideo quod ſanum eſt corrumpatur, uerum admone, hortare, increpa, medicamenta habes, regulas habes, Chriſti es diſcipulus, humilis & māſueti, qui iniquitates noſtras portauit. quod ſi primū tibi reſiſtit, longanimis eſto: ſi uerò ſecundo, deſperare noli, adhuc ſanandi tēpus eſt, at ſi tertio, fias agricola humanus, dominum roga ne excindatur, aut odio habeatur ſterilis & inutilis illa ficulnea, ſed ad il-

Præcipua corrigendi proximum ratio.

Aliorum iudicans ſeruum.

Sterilis &

ad illam te conuerte, & eius curam gere, camq; ſtercorato, per confeſſionem quæ occulta prodit, & manifeſtis pudorem inijcit, ac turpiora rectius inſtituit, quis ſcit utrũ immutetur, ac fructum ferat? Ieſumq; à Bethania redeuntẽ paſcat, affer remedium aliud contra fratris putorem, ſiue ſit, uel eſſe putetur, tu qui ſpiritali unguento inunctus es, quod pigmentarij arte ſit confectum, et hoc bono tuo tribuas odori. Non eſt echidnæ uenenum malitia illius, ut percuſſus confeſtim dolore corripitaris & corrumparis, ac ideo uenia tibi danda, ſi beſtiam illam fugeris ac occideris. Igitur ſi potes, fratrem curato, ſin minus, in hoc ſaltem eris ſecurus, quod nequaquam illius particeps fueris prauitatis, odorem inſuauis animi eius, morbus, quem tua forſitan abiget fragrantia, quum ſuperauerit.

inutilis ficus.

Confeſſio auricularis.

Echidnæ uenenum.

Vt in creaturis primaria dona non aliquorũ noſtri ſunt, ſed omnium, & unius creaturæ communis eſt gratia: Ita & in fide, quæ ſaluant, non eorum tantum ſunt qui magis poſſunt, ſed & eorum qui uolunt.

Primaria dona. Fides.

Quemadmodum inter homines multæ ſunt differentiæ uiarum, ac electionum inſtituta, tam maiorum quàm minorum, ſplendidorum ac periculoſorum: Ita & in diuinis, non unica ſolum uirtutis eſt uia per quam ſaluamur, ſed plures, & quod plures ſolum ſint apud Deum, hoc ubique diuulgatum eſt, ac omnium celebratum ac cognitum linguis, ob nullam aliam cauſſam, quàm quod multæ ſint uiæ quæ illac ferunt, quædam periculoſiores, clariores tamen, aliæ uero humiliores, ſed tutiores, quur igitur ſecuriores relinquimus? & ad hanc unam nos conuertimus, quum ſit lubrica ac pernicioſa, & quonam ferat ignoremus: ſiquidẽ non

Variæ uirtutis uiæ.

omni-

omnibus idem conuenit cibus,ſed alijs alius, iuxta ueritatem ætatis ac habitus.

Orat.ad Heronem Philoſophum. Verum rurſus regnum impium,rurſus malum reuertitur,& non ſecus ac ex ulcerib. recíſis ſanies effunditur,& lupi graues,alius aliunde nos diſcerpens,Eccleſiam dilacerant, ſacerdosq́; contra ſacerdotem armatur,ac populus contra populum inſanit.Rexq́; impietati tribuit audaciam, ac leges contra rectam fert opinionem.

Reciſa ulcera.

Generoſius enim eſt ex paſsionibus philoſophicum,nō ſecus periculis, q̄ ferrum candens, & aqua frigida ſolidatum.

Ferrum cādens.

Tu autem quū pulchra peregrinatione peregrinatus fueris,trinitatis mihi memor eſto, in tabernaculis habitantis, ſi deusſaltē in manufactis habitat,& parui huiusueris,nequaq̄ ex paruis pietatis ſeminibus,licet adhuc parui, & pauperis, ac paulatim collecti,facti enim ſumus tanquam ſtipulas colligentes in meſſe,ſiquidem Prophetæ illud hoc tempore proferre decet,& tanquam racemuli in uindemia,quum non ſuperſint racemi. Cernis quanta ſit congregatio? ac ideo adnitere ut aream nobis ditiorem,torcularq́; reddas abundātius.

Trinitas.

Stipulæ.

Racemuli.

Oratione ad eos, qui in claſſe ex Aegypto aduenerant. Sed quæ ad Cæſarem pertinuerunt,Cæſari dediſtis,quæ uero Dei,obtuliſtis Deo:huic quidē uectigal,huic uero timorem,populumq́; ueſtris alentes,ad nos uenitis alendi,nam & nos frumentum diuidimus,forſitan diſtributione ueſtra nō deterius, adeſtote igitur,ac panem meum comedite, ac uinum bibite quod miſcui uobis,aduoco uos cum ſapientia ad mēſam meam,ſiquidem animi ueſtri laudo gratitudinem,& ad promptitudinem ueſtram accurro, quoniam ad nos tanquam portum ſingularem confugiſtis,& ad ſimiles uobis accurriſtis, ſi deiq́;

Vectigal.

Fidei cognatio.

deiq; cognationem honoraſtis, ac inter abſurda eſſe reputaſtis, quod conuitiatores rerum ſupernarum, unà ſentire & inter ſe concordare poßint, & putare quod per unamquenque marcidum, recte diſponi, ualeat concordatio communitatis, non ſecus ac funium nexibus complicata.

Oratione de ſeipſo. Siquidem illud idē uobis propter nos accidiſſe uidetur, quod ferro ob lapidem magnetem, ut à me & inter uos quoq; pēdeatis, ac unū ſentiamus, deniq; ſimus omnes, ex quo ſunt omnia. Proh catenā admirandā, quā ſpiritus nectit ſanctus, uinculis indiſſolubilibus compaginatam. Magnes.

Nequaq̄ igitur uobis alienum fontem elicuimus, quemadmodum illū qui Moſes in locis aridis oſtendit ijs, qui ex Aegypto perſecutionē ſuſtinebant, ſed abſconſum & concluſum, per magni Iſaac pueros recluſimus, non ſolum fontem aquæ uiuæ fodientes, ſed à Philiſtæis obſtructum repurgantes. Alienus fons. Fons à Philiſtæis obſtructus.

Inuidia apoſtatam tyrannum contra nos excitauit, cuius adhuc relicti ſunt carbones, licet flammam euaſerimus. Carbones.

Proinde uir bone, ſi naui tempeſtatibus iactatæ manum porrigeremus, aut ciuitati obſeſſæ, aut domui igne ſuccenſæ turmatim uaſis & inſtrumētis ſuccurremus reſtinctorijs, plane nos ſubmerſores uocares, aut ciuitatis uel urbis amatores, & non potius præfectos & curatores, ſed ais, non ita multis egiſſe uideris, uerum quid mea refert, ſi plures, imo omnes opinione potius quàm ueritate ducantur, ſiquidem hoc in controuerſia uerſatur num iuſte egerimus, uel Eccleſiam miſerandam aut beatā reddiderimus, uideri uerò illud tuū nihil ad nos, nō ſecus ac ſomnia aliena. Non ita inquis, homo multis uideris, nunquid terra uertiginem patientibus ſtare uidetur? & ebrijs, ſobrij eſſe putantur, qui ſunt ſobrij? & non potius cū Omnes epinione potius q̄ ueritate ducūtur. Vertiginē patientes.

pite ambulare, aut inuerti, mel aût nũquid amarũ eſt? etiãſi ægrotãtibus quibuſdam ac male affectis ita uideatur, nõ igitur in his res ita ſe habet, quemadmodũ uidetur patientibus.

Si quis id quod bonum eſt, alicuius rei gratia exercet, non tamen plane uirtutis gratia, ad bonum tamen illud aliquando peruenit, idq; aſſequitur, quemadmodum is, qui lucri cauſa nauigat, eò peruenit quo tendit, etiamſi nõ lucretur, qui enim bonum propter ſeipſum honorat ac fouet, quoniã rem amat ſtabilem, firmam etiam circa illud habet animi propenſionẽ, ita ut diuini quod patiatur, & Dei illum dicere poßit. Ego ille idem ſum, nec immutor, nequaquã igitur tranſmutabitur, nec tranſponetur, neq; una cum temporibus ac rebus cõcidet, alius ex alio factus, ac multos aſſumẽs colores, quemadmodũ polypi à petris, quibus adhærent: manet tamen ille idem ſolidus in diſſolubilibus, & inuertibilis in uertibilibus. Petra, ut arbitror, contra uentorum impetũ & undarum, quia non concutitur, neq; abſumitur ab ijs, quæ illam oppugnant.

Lucri cauſa nauigãs — *Bonũ propter ſe honorans & fouens.* — *Vir ſibi undiq; conſtans.* — *Petra Euãgelica.*

Oratione quum poſt ea quæ contra Maximũ geſta fuerant reuerteretur ex agro. Ego igitur quum apud uos agerẽ, minime ſentiebam affectũ, quum uero ſeparatus eſſem, deſiderium cognoui, tyrannum illum dulcem, nec nouum quid ſit, ſi enim bubulcus adeo conqueritur, quum uitulus ab armẽto aberrauerit: & paſtor quum ouis gregem dereliquit: aut auicula quæ fœtũ ſuũ deſiderat, quẽ nuper reliquerat, ut fiſtulas ſumat, & in ſpeculam quandam aſcendat, ac triſtitiæ inflet calamos, reuocetq; aberrantia tanquam rationabilia: & ſi exaudiunt, plus gaudet, q̃ ob alia cuncta ſimul ſuorum curã non gerebat: auicula uero cum ſtridore ad nidũ aduolat, ac in ſtridentes incidit pullos, aliſq; cõfouet: quanto maiori curæ, oues

Auicula. — *Oues.*

ratio-

tionales idoneo paſtori eſſe debent? præcipue quũ aliqualiter pro illis fuerit periclitatus. Nam & id amori aliquid addit, ac ideo graues iſtos lupos timeo, ne tenebras obſcruãtes, gregem noſtrum diripiãt ſermonibus direptitijs & uiolentis. Tẽporis enim oportunitatẽ quærunt, qui in aperto uires nullas habent. Timeo & latrones ac fures, ne atriũ tranſcendant, uel per impudentiã compilent, uel per deceptionem furentur, ut iugulent, occidant, ac perdant, rapientes rapinas, deuorantes animas, quemadmodũ ex Prophetis quidã inquit: Timeo & poſticã, ne aliquis ex ijs qui heri ac pridie à nobis ſtabant, illam apertã inueniat, ſicq; perinde ac domeſticus ingrediatur, tanq̃ alienus uero inſidietur, multæ enim ac uariæ ſunt inſidiæ illius, qui hæc operatur: nec aliquis talis eſt architectus ac tã uerſipellis, quemadmodũ ſophiſta maliciæ, aduerſarius ille. Timeo quoq; quòd canes iam uiolenter paſtores eſſe contendant, quod mirũ quidem eſt, quum nil habeant paſtorales præterq̃ ut comã præſcindant, quã male produxerãt qui neque canes permanent, nec paſtores fiunt, excepto quod dilaniant, diſcerpũt, ac laborẽ diſſoluunt alienũ, quoniã lõge facilius eſt deſtruere, q̃ conſeruare. Et homo qdem, inqt Iob, naſcitur labore, fabricatur & nauis labore, per laborem etiã domus cõſtruitur, occidere uero uel diſſoluere, aut incidere unicuiq; eſt perfacile. Quapropter ne nũc quidẽ admodũ gloriẽtur, qui canes in gregem inſtigare cõtendant, qui nec unicam ouem oſtendere poſſent quam cõgregaſſent uel ſaluaſſent: nõ enim benefacere didicerunt, qui ſcelera perpetrant, ſi autem gregem perturbant, hoc & tẽpeſtas modica, hoc & morbus paruus, hoc & beſtia unica ſubito inuadens facere poteſt.

Paſtor. Lupi. Latrones. Sophiſta. Canes.

Quemadmodũ cũ nullũ opus ſine fide eſt approbatum, quõ multi gloriæ gratia, illi, quod honeſtum eſt dant operam, aut etiã inſtinctu naturæ aliquid boni agunt: ita & fides ſine operibus eſt mortua. Ne quis uos decipiat inanibus uerbis, ex ijs

Fides.

qui prompte omnia concedunt propter unum,nempe,ut impie agatur in dogmatis,& mali operis mala perſoluatur merces.Oſtendite igitur ex operibus fidem,religionis ueſtræ fertilitatem,nũ in uanum laborauerimus. Num manipuli ueſtri uim habeant ad faciendum farinam? & digni ſint,ut reponãtur? quo promptius uos excolamus, quiſnam fructum faciat centenarium,quis ſexagenarium,quis demum uel tricenariũ, aut rurſus,num quis ex tricenario ad ſexagenariũ excreſcat? ſiquidem ordinem hunc in Euangelio habemus, qui in centenarium deſinat,ut progrediens ſicut Iſaac magnus fiat,procidens à uirtute in uirtutem, cantilenas decantans aſcenſionemq́; in corde reponat.

Opera.

Oratione poſtquam reuerteretur ex agro.

Vellem tanquam bonus mercator,& ubiq; lucri cupidus, & hic quoque uobis mercis aliquid afferre. Deambulabam ocioſus in littore,inclinante iam die (conſueui enim ſemper curas talibus diſſoluere remiſsionibus) Nã nec arcus ſufferre poteſt ut aſsidue intendatur,ſed indiget ut parumperquandoq; laxetur,ſi rurſus uſui eſſe debeat,& nequaq̃ inutilis ſagittario in tẽpore neceſsitatis. Deãbulabam igitur & pedes me ferebant,aſpectus uero ad mare dirigebatur .Erat aũt ſpectaculũ illud nequaq̃ iucundum,licet aliâs ſit gratiſsimum quum tranquillũ eſt & purpuraſcit, leniterq́; ac placide littoribus alludit. Sed quid hoc erat? dicam enim lubens uerbis ſcripturæ. Vento magno flãte,inſurgebat mare,& fluctuabat,undæ aũt quemadmodũ in ſimilibus fieri ſolet, partim à longe intumeſcebant,ac paulatim attollebãtur,inde cõfractæ littoribus illidebantur, aliæ aũt proximis impactæ ſcopulis ac repulſæ,in ſpumãq́; uerſæ,leuitate ſua in altũ iactabantur,tum

Arcus parumper laxandus.

Tẽpeſtatis deſcriptio.

con-

cōchæ & phocus marinus, nec nō ex oſtreis leuiſsima quæq; nunc expellebantur, & eijciebantur, nunc uero rurſus reſorbebantur, quū unda rediret: at quædam immobilia erant & firma, nihilq; perpetiebantur, nec perturbabantur, præterquam quod undis tundebantur. Hinc ego ad philoſophiæ utilitatē aliquid deſumpſi, &c. Mare uita noſtra eſt (humana eñ multum ſalſi ac inſtabilitatis habent) uenti aūt ſunt tentationes incidētes, et quæ inexpectate eueniūt. Quod mihi et admirādus ille Dauid cognouiſſe uidetur, dum ait: Salua me domine, quoniā ingreſſæ ſunt aquæ uſq; ad animā meā. Et libera me à profundo aquarum, & perueni ad imum maris, ac tēpeſtas ſubmerſit me. Ex ijs autem quæ tentabantur, quæ mihi oſtrearum demortuarum teſtæ leuiſsimæ uidebātur, quæ flatu hinc inde iactarentur, & nihil omnino tētationibus reſiſtebāt. Nō enim in ſeipſis robur habebant, & grauitatē conſilij ſapiētis, quibus aduerſitatibus reſiſtere poſſent incidentibus. Quidā aūt uidebantur petra, petra illa digni, ſupra quam firmati ſumus, & cui ſeruimus quicunq; ſapienti uſi ratione, & multorū exuperātes humilitatē omnia tolerāt conſtanter & inconcuſſe, deridentq; eos, uel miſerentur eorum qui concutiuntur: hoc quidem propter ſapientiā, illud aūt propter humanitatē. Ipſi autē inter turpia ponunt abſentia mala contēnere, ſeu potius nō timēda eſſe, præſentia uerò inculpare, & quæ nam ex his? tranſitoria nēpe non ſecus ac ſtabilia, & extra tēpus philoſophari, at in neceſsitatibus omni carere prudētia, quemadmodū ſi qs ſe optimū athletā cēſeat quū tamē nunq̄ in ſtadiū deſcēderit, aut gubernatorē eximiū, qui in tranquillitate multū de arte gloriatur, in tempeſtate aūt gubernacula relinquit.

Philoſophiæ utilitas.

Mare uita noſtra.

Tētationes

Petra.

Athleta.

Gubernator.

Cæterū poſtq̄ ſemel in hos incidi ſermones, ad aliam quo

que deueni ſimilitudinem, admodũ rebus præſentibus cõueni entem, forſitan me ſenem & fabulæ narratorẽ exiſtimatis, li cet illam uobis explanauerim: ſed parcendum mihi puto quũ ſciã ſcripturã ſæpius ad demonſtrationem manifeſtiorem ta libus uti. Arbor quædã eſt fabuloſa, quæ exciſa magis germi nat, & cõtra ferrũ decertat. Et ſi quid mirabilius in re mira biliori dicere oportet, morte uiuit & abſciſa pullulat, nec non conſumpta augetur. Hæc referunt fabulæ, & arbuſti illius natura talis eſt. Mihi aũt manifeſte uidetur, tale quid philo ſophum eſſe, qui per afflictiones clareſcit, & ex grauib. mate riã facit uirtutis, ac in aduerſis gloriatur, nec dextris iuſtitiæ armis extollitur, nec ſiniſtris deprimitur, ſed ſemper ille idẽ, licet nõ eiſdẽ per manet, tanq̃ aurũ in fornace igne examinatũ.

Arbor fabuloſa. Philoſophum eſſe.

Quod ſi pulchritudinem quis nactus eſt, pulchritudini pul chritudinem addat, animæ nempe corpus, quod ſi flos pertrã ſijt inoffenſe, uergit ad ſeipſum, neq; nouit an ſit uiſus turpis aſpectu, pulcher uerò receſſu, non ſecus ac roſa odora in cali ce ſuo recondita, redolet, etiamſi non amplius floreat. Siqui- dem uera pulchritudo apud filios hominum, nullo unq̃ tem- pore ab extra ſe ſpectandam præbet, uerum obtutum ad in- ternũ flectit hominẽ. Orat. habita coram 150. Epiſc.

Pulchritudo. Roſa.

Non enim indocte docemus, neq; iniurijs decertamus, quẽ admodum accidit multis, qui ſermone pugnant contra loquen- tes, paruitatemq́; intellectus, iniurijs quandoq; detegunt. Il- li eñ ſermões quemadmodum & ſepiæ atramentum cõtra ſe ipſos expuunt, quo effugiant uenãtes, aut latitent indagãtes. Vnde uos cognoſcere poteritis, utrũ non fruſtra odio ha- beamur, ob manifeſtationem ueritatis, dum cum quibuſdã de certamus, alios uero præuenimus. Queadmodum eñ in ſub merſiq;

Indocti docentes. Sepiæ atramentum.

merſione aquarũ, quædã penitus in profundo celãtur: quædã uero impulſa ebulliũt, audituiq; eiectionem promittũt, differunt tamen: quædã uero reſorbentur: Ita ij, qui de Deo philoſophãtur, ne dicam qui penitus ſunt ingrati. Hi enim omnino occultam & latentem in ſe habent pietatem. Alij enim parturiunt, qui quidem quod ipſum eſt fugiũt, quod autem piũ eſt nequaquam libere profitentur: ſiue quod domeſtica quadã diſpenſatione utantur in ſermonib. ſiue quia ob timiditatẽ illac fugiant, & mente quidẽ recte ualent, ut aiunt, populũ autem nequaq̃ ſanant, tanq̃ ſuam & non aliorum adminiſtrent præſidentiã, quidam autem publicãt theſaurum, dum nequaq̃ dolorem in pietatis tolerant partu, neq; ut ſoli ſeruentur ſalutẽ putant, ſi non et alijs quod bonum eſt impertiantur. Occulta & latens pietas.

Epiſt. ad Clidonium. Tu autem æque facis, ac ſi quis oculum hominis aberrantem curet, quum pes ægrotat, aut pictorem non apte pingentem imiteris. Nam quod pictum eſt immutas, at pictorem nequaquam emendatum exhibes. Pictor.

Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis, ac propterea ab homine adimunt quod eſt pulcherrimũ, perinde ac ij q pinguiora auferunt cũ pellibus, quo deũ prohibeant à carne, tempus eſt ut illis dicatur, deum ſolum carnis eſſe deũ, & non etiam animarum ſecundũ quod ſcriptum eſt: quemadmodum dediſti ipſi poteſtatẽ uniuerſæ carnis, & ad te omnis caro ueniet. Et benedicat omnis caro nomen eius ſanctum, hoc eſt omnis homo. Nũ oportebit patres noſtros rurſus incorporabiliter & inuiſibiliter, in Aegyptũ deſcendere? ac ſolam Ioſeph animã, à Pharaone ligari, quia ſcriptum eſt, in 75. animabus deſcenderunt in Aegyptum, & ferrum pertranſiuit animam eius, rem quæ ligari nequit, ignorant enim qui hæc dicunt quod per ſynecdochen ſunt prolata, à parte totum Verbum caro factum. Deus animarum. Caro. Synecdoche.

oſtendentem. Sicuti & pulli coruorum inuocant Deum, quo uolatilis demonſtraretur natura, & pliadum & ueſperis & arcturi mentio fiet pro omnibus aſtris & horum diſpẽſatione.

Oratione ad uirginem exhortatoria. Sed & hoc audi uirgo, nequaq̃ illi qui præeſt cohabita, quum Chriſtum habeas ſponſum, qui ob puritatem tuã zelotypus exiſtit. Quur enim quũ carnem fugis, ad carnẽ mihi reuerteris? non omnes ſplendorem tuũ capiunt. Nam quemadmodum roſa inter ſpinas, ita & in multis uerſaris, & ſuper laqueos graderis malignos

Roſa inter ſpinas.

Idẽ alicubi. νοῦς ἀνεκλάλητος κίνημα τῶν ναρκούντων, id eſt, Qualis eſt ſtupentium membrorum motus ſenſusq́;, talis qui ſua ſenſa eloqui neſcit animus.

Sua ſenſa neſciens eloqui.

Oratione in dictum Euangelij. Cernitis quod fontes, plumbeis incluſi fiſtulis, quum ualde ob anguſtiam urgentur, & in unum feruntur, adeo plerunque aquæ uim exuperant naturalem, ut etiam ad ſuperna prorumpant, quum aſſiduo à ſequentibus propelluntur: Ita etiam, ſi cupiditatem extinxeris & tota adeo adglutinaberis, in altum eleuaberis, unde non decides, unde non ſeparaberi[illegible]a CHRISTI permanſeris, donec ſponſum tuum uideas CHRISTUM, inacceſſibilem te ſeruato, tam ſermone quàm opere, uita, cogitatione, & motu undique te malignus tentare ſatagit, omnia ſpeculatur, ubi iaculetur, ubi uulneret, ne quid nudum & plagæ inueniat obnoxium, quanto puriorem uidet, tanto magis inquinare contendit. Siquidem ſplendidæ ueſtis ſordes ſunt manifeſtiores. Ne oculus oculũ trahat, ne riſus riſum, ne conſuetudo noctem, ne nox perditionem, quod enim particulatim ſubtrahitur, & furto ſurripitur, inſenſibile ad præſens damnum habet, ſed ad ſummam malitiæ oram.

Cupiditas.

Malignus undiq; tentans.

Crede

Crede trinitatem margaritam eſſe unam, undiq; ſimilē, & æqualiter ſplendentem: margarita enim ſi in aliqua parte deturpatur, tota eius gratia euaneſcit: Ita quum filiū ignominia afficis, quo patrem uenereris, nequaquam honorem tuum ſuſcipit, ob filij dehoneſtationem pater minime glorificatur: ſi ſapiens filius lætificat patrem, quanto magis filij honor, honor erit patris? Sancta Trinitas. Margarita.

Ad Euagrium de deitate. Quemadmodum enim lucis radij habitum inter ſe iuxta naturam habent indiuiſibilem, & nec à luce ſegregantur, aut inuicem abſcinduntur, ſed ad nos uſq; gratiam luminis mittunt: eodē etiam modo ſaluator noſter, & ſpiritus ſanctus geminus patris radius, ad nos uſq; ueritatis lumen ſubminiſtrat patriq; communicat. Lucis radij Saluator. Spiritus ſanctus.

Et quemadmodum quum humor nectareus, à fonte aliquo aquarum copioſe ſcaturiens, profluuio ſuo abundantiam oſtendit, inde lapſu perenni in flumina duo inciditur: unicam ex uno fontis ortu uim à principio continens, bifariam autem fluminum formatur ſpecie, ſine nocumento tamen eſſentiæ flumen illud diuiditur: Humorum enim poſitione tantum fluor ille diſcriminatur, at humoris qualitatem unam & eandem continet, etiamſi flumen utrunq;, ut dictum eſt, quàm longe diſtare, & multum à fonte abeſſe uideatur: principium enim ad continuitatem fontis communem cum ſua habet matre. Similiter etiam omnium bonorum Deus, ueritatis ille adminiſtrator, & ſaluatoris pater, prima uitæ cauſa, ac immortalitatis planta, fons uitæ ſempiternæ, bifluam quandam filij & ſpiritus ſancti cognoſcibilem ad nos demiſit gratiam, ipſe uero nullum propterea nocumentum in eſſentia eſt perpeſſus. Nullam enim imminutionem propter iſtorum ad nos de- Nectareus humor.

miſsionē,& ad nos uſq; acceſſum ſuſtinuit,nec illi propterea à patre ſeparationem ullam ſuſtinuerunt, indiuiſibilis enim, quemadmodum ſub initium diximus,meliorum eſt natura.

Oratio.in ſanctū laua.Ac ſæpius ꝗ popularibus rebus obnoxius fuit,parūper emēdatus,plus cōſecutus eſt,ꝗ is qui in libertate ſua nō penitus ſe emēdauit. Quemadmodum ut arbitror magis mirandū eſt,quempiā pedicis uinctū,aliquātiſper progredi,ꝗ cū nihil degrauat uehemēter currere.Ac per coenū parumper defœdari,quā in mūda uia,omnino mundū remanere.Huius ſermonis teſtimonium eſt,quod Raab meretricem,in alijs nō laudandā,ſolum iuſtificauit hoſpitalitas:publicanumq; nullo alio teſtimonio ſuffultum extulit humilitas, ut & tu diſceres,tibi facile deſperandum non eſſe.

Pedicis uinctum. Raab meretrix. Hoſpitalitas. Humilitas.

Noli mihi dignitates eorum qui te purgant,curioſe expēdere,neq; ex maiorū proſapia iudica. Etenim alius alio melior uel humilior,at te unuſquiſq; eſt ſublimior. Cæterum ita conſidera:ſint annuli duo,aureus hic,ferreus alius,uterq; eadem regia imagine ſculptus.Ceræ ambo imprimantur,quid inter ſignum hoc & illud intererit?nihil.Diſcerne materiam in cera , etiamſi ſapientiſsimus exiſtas . Dic quod nam ferri, quodue ſit auri ſignaculum.Sed quo pacto unum eſt?quia inter materiam,non characterem eſt diuerſitas: Ita & ubi ſit omnis baptizator,qui tametſi conditione excellat,æqualis tamen baptiſmatis uis eſt,ac unuſquiſque tibi æqualis ſit expurgator,qui fide eadem eſt formatus.

Dignitates purgantiū. Annuli. Baptizator

Oratione in ſanctū Paſcha. Sed quo pacto reformaretur, & rurſus aliqd fieret? id quod uehementer medelā reijceret: tanꝗ inobediens,et ꝙ minime propter longi tēporis ſuperbiā corrigi poſſet.Nēpe ut mānſueto et humano curationis modo,

ad cor-

ad correctionem induceretur, cũ neq; ramus incuruus, ſubitã inflexionem, & producentis manus uiolentiam ferret, citiusq; frãgeretur, q̃ dirigeretur. Neq; equus ferox et adultus, abſque aſſentatione & demulſione, ſi eni ſuſciperet tyrannidem. Ramus incuruus. Equus ferox.

Oratione in ſanctã Penteco. Qui male loco ſeparãtur, ſermone uero colligãtur, tantũq; inuicem diſcordãt, quantũ oculi ſtrabi, idẽ uidentes, & non uiſu ſed poſitione diſsidentes, quibus & ſi quod ſtrabi ſint, obijci poßit, non tamen quod cæci. Strabi oculi.

In Iulianũ Imperatorẽ oratione 1. Poſtq̃ uero in uices eua ſere, ac iã philoſophiæ attigerãt dogmata (quod utiq; nunq̃ eueniſſet) uimq; ex ſermone acquiſiuere, quæ manſuetis quidẽ uirtutis eſt armatura, ſceleſtioribus uero malitiæ ſit aculeus, non iam amplius morbũ penitus quantus erat celare poterat, neq; omnino impietatis dolum in ſeipſo tantum philoſophice exercere ualebat, ſed tanq̃ ignis in materia deliteſcens, & ſi nondum flammam claram emittat, è ſcintillis tamen quibuſdam micantibus, aut fumo è profundo emergente indicatur. Aut ſi mauis, quemadmodum fontes, qui per fiſtulas quaſdam ui ſpiritus ſub terra feruntur, poſtea nec ſpacium latum neq; exitum habẽt liberum, ſæpius terram inflant, & inferne ſubmurmurãt, impetu quidẽ ſpiritus impulſi, ſed ui ſuperna cohibiti et interciſi: ita et ille plurimum impietatis, ob tẽporis gratiam, et inſtitutionem Cõſtantij imperantis abſcõdebat. Non dũ enim tutum erat palã impie agere, nonnunq̃ tamen mẽtis detegebat arcanũ, acutioribus impietate q̃ intellectu, præcipue in ſermonibus ad fratrẽ, plus q̃ bene haberet, pro gentilibus contendẽs, nempe ſub prætextu, tanq̃ ſermonẽ exerceret tenuẽ. cæterũ hæc potius quæ ueritatis erãt exercitamenta, quum omnibus gauderet quibus impij denotarentur mores. Ignis in materia deliteſcens. Fontes.

Solet

Solet enim generoſa prudentia, pertinacius uiolentiæ reſiſtere, non ſecus ac flamma à uento agitata, tanto plus accenditur, quanto uehementius inflatur. Et non ſolum conſideratione didicit propria, ſed etiã ex prioribus cognoſcere potuiſſet perſequutionibus, quæ Chriſtianiſmum honoratiorem ferè q̃ imbecilliorem reddidere, quoniam ijs animæ magis in impietate ſunt obfirmatæ, et per diſcrimina tanquàm ferrum candens aquæ ui temperatæ ac ſolidiores redditæ.

Flamma à uento agitata.

Ferrum cãdens.

Sed quemadmodum Chamæleontem facile ferunt uariari, omnesq́; aſſumere colores præter candidum, ut interim fabuloſum illum Proteum Aegyptium ſophiſtam omittam: Ita & ille omnia præterquàm manſuetus erat, et factus eſt Chriſtianus, eratq́; illi humanitas res admodum inhumana, ſuadelaq́; nil aliud, quàm uiolentia, & pro immanitatis excuſatione probitas, quo iure uideretur ad uiolentiam confugere, quũ perſuadendo nil proficere poſſet.

Chamæleõ

Proteus.

Siquidẽ multi fuere in poteſtatibús & ſublimitatibus conſtituti, quos magis credibile erat, tam propter metum quàm ſpem ſuperari poſſe: multi etiam ex humilioribus, & numero tantũ noti, in quos ille irruens, nõ ſecus reiectus eſt, ac machina quædam haud tempeſtiue generoſo muro admota.

Machina.

Quemadmodũ enim in corporibus, quum unum aut duo membra male ſunt affecta, haud difficulter reliquis ſuccurritur, ſanitatisq́; bonũ maioribus ſubuenit partibus, quo celeriter & illa cõualeſcant, quũ uero plura diſsidẽt et male habẽt, nullo remedio ſubueniri poteſt, quin omnia ægrotent, periculumq́; illud iam manifeſte ſe oſtendit: Ita morbi etiam, qui ſingulis accidunt ſubditis, à communi populo, qui melius habet, ſunt abſcondendi, quum uero maior pars corrupta eſt, tum

Mẽbra male affecta.

uniuerſa

uniuerſo imminet periculum: nec mihi ſecus hoc tempore, ijs qui nos tam capitali proſecuti ſunt odio, nec non tantæ Chriſtianorum retributioni eueniſſe uidetur.

Quemadmodũ cibo admiſcentur uenena, ſic etiã conſuetis Imperatorũ honoribus pietatem commiſcuit, in unumquenq; Romanorum leges, ac idolorum contraxit adorationem. Venena.

Sanè licet tali duceretur impetu, & eo ad multã mẽtis uteretur maleuolentiã, nequaquã tamẽ uiri cogitationes firmitudinẽ habebant, neq; plus propriijs indulgebat cõſiderationibus, quàm dæmoniorũ iactationibus: nec ſentẽtiam in finẽ uſq;, minus prauitatis arcanũ ſeruabat, ſed tanquã Aethnæus ignis in imo montis reconditus ſurſum tendit, ac ui erũpit in apertũ: ſiue aliud quid hoc eſt: ſeu halitus Gigantis ſuppliciũ expendẽtis, eo uſq; terribiliter reſonãs, fumumq́; ob prauitatis iudiciũ eructans, ſeu ſpiritus eſt nimiũ alicubi aſſumens augmentum, ita ut retineri nequeat, ſed ex peculiaribus erumpens finibus, ſurſum delatus ſuper crateres effunditur excelſos, ac nõnunquã ſubiectã terrã incredibili ac horrendo deuaſtat fluuio: Ita et Iulianum cernere erat, ſub initiũ quodantenus ſuipſius et conflicti dogmatis dominari, deceptioneq; res noſtras male afficere: ubi uero aliquando iræ ſuperabat exæſtuatio, haudquaquàm prauos mores celare poterat, ſed contra Deum, & pium noſtrum ordinem aperta utebatur perſequutione. Aethnæus ignis.

Solet enim populus, etiamſi ad præſens irã cohibeat, tanquàm ignis in ligno deliteſcens: ſeu fluuius ui cohercitus, ubi tempus eſt oblatum, reaccendere & erumpere. Ignis in ligno.

Sed quemadmodum in harmonia artificiali & muſica, alius eſt ſonus intenſus aut remiſſus, quum alia quædam chorda pulſatur, omnia autẽ unius ſunt moderatoris & artificis, Harmonia

ad unam

Harmonia ad unam harmoniæ ſuauitatē tendentia: Ita & in his opifex & magiſter ſermo, in alijs quidem alius cuiuſdam opificij aut artis propoſuit uirtutem, cuncta autem in medium poſuit, omnibus communi ac humano commercio uti uolentibus, uitam noſtram colligans illamq́; reddens humaniorem.

In Iulianum Imperatorem oratione 2. Qui uero ob poſſidendi ſpem, facultates ſuas cunctas periculo ſubijcit, admodum fatuus exiſtit, ac imperito pugili mihi ſimilis uidetur; qui prius ictum intentat, quàm ſe in ſtatione firmat: aut gubernatori naui ſua corrupta & ad nauigandum inutili, nauem ſubmergenti hoſtilem, aut ſubmergere ſtudenti: quorum nil mihi Iulianus conſideraſſe uidetur, ſed incircumſpecte ea quæ animo conceperat adgreſſum eſſe, re Romana & nunc quoque deplorante, & male ob illum affecta.

Spes poſſidendi. Imperitus pugil. Gubernator.

A quorū culpa ſi quis Iulianū liberare, ac ſucceſſorem eius accuſare uelit, admodum ingratus mihi eſt conſiderator rerū tunc temporis accidentium: non enim metentis, ſed ſeminātis eſt ſpica, neq; incendium illius euenit culpa, qui id extinguere ualet, ſed potius ignem prius admouentis: ac ideo Herodoti illud de Samiorum tyrannide haud inepte uſurpari poteſt: Calceum hunc Hiſtiæus conſuit, Ariſtagoras autem induit, qui id quod prius inceptum fuerat ſuſcepit.

Spica. Incendium Herodoti apophthegma.

Deſolatio. Quomodo facti ſunt in deſolationem, repente deſtituti ſunt, perierunt propter ſcelera eorum, tanquàm puluis qui diſperditur à procella, tanquàm arena uento diſiecta, tanquàm ros matutinus, tanquàm ſibilus ſagittæ emiſſæ, tāquàm ictus tonitrui, tanquàm choruſcatio perſtringens.

Nō ita filij mei, dicit alicubi ſacerdos Heli, filios ſuos in Deū peccantes admonens, ſed ſcitote facilius eſſe proſperitatem abeun-

abeuntē reuocare, q̄ conſeruare cū ex Dei gratia contingit. Nam quum diſceſsit, modeſtia illā reducit: quū uero præſens eſt, ſocordia eam diſſoluit: Siquidem & corpora ægrotantia medela reſtituūtur et abſtinentia, ob paruam autē negligentiā & repletionem, iterum prior morbus affluere conſueuit. Aegrotātia corpora.

Vides quod non in finē uſq; tacituri, neq; irrationabilitatis condēnaturi eramus dogmatibus tuis, ſed liberam aliquando uocē emiſſuri, et tuæ ſtultitiæ redargutricē, ſiquidem impoßibile eſt Nili cataractas fluuij impetū ab Aethiopia in Aegyptum ruentis compeſcere, aut Iliacum littus abſcondi, etiamſi ad tempus nebula contegatur, aut Chriſtianorum linguam impedire, quo minus res ueſtras notet infamia. Nili cataractæ. Iliacum littus.

Sed magnum eſt neq; ab initio peccare, aut ſaltem non in maximis delinquere, quoniam penitus à peccato liberum eſſe, Deus ſupra humanam naturam ordinauit. Secundo autem quemadmodum mihi uidetur magnum eſt, ut qui in re aliqua peccauere, et correpti ſunt, ac deinde renouati, ut in ſenſu permaneant diſciplinæ, fugiantq; ſecundum ex ſecunda prauitate flagellū. Quapropter & nos, cum diuinæ correptionis opere emerſimus, oſtendamus nos dignos, non eorum quæ prius ſumus perpeßi, ſed quæ poſtea ſumus conſequuti. Reſpondeamus ad calamitatem quæ nos comprehendit, quoniam nō ut malefici gentibus traditi ſumus, ſed ut filij modeſtiores ſumus facti. Non obliuiſcamur tempeſtatis, poſtquàm in ſupernam ſaluati ſumus Hieruſalem, nec Aegypti poſt Aegyptum memores ſimus, nec faciamus melius afflictionis tēpus quàm quietis. Oſtendemus autem, ſi uidebimur tunc quidem timore Dei correpti modeſte egiſſe, & ſpes omnes in cœlum poſuiſſe, nunc autem poſtquàm laudem & relaxationem aſſequuti A peccatis liberū eſſe.

ſumus,

ſumus, haudquaquàm ad eadẽ rurſus peccata recurriſſe, ob quæ in euenientes nobis impegimus calamitates.

Lib.7. De reconciliatione monachorum. Veluti ſi quis ramum arboris in aliam partem ui detorqueat aut inflectat, cum forte remiſerit, in id quod fuerat ad matris pectus recurrit, & naturæ prioris obtinet locum, atque oſtendit quod uiolenter quidem declinatus fuerit, non tamen redierit uiolenter: Ita qui contra naturam aut debitum ſegregati fuerunt aut diſciſſi, quanto diffuſius ſeparati fuerint, tanto ardentius & inſtantius adiuuantur.

Ramus arboris.

Gregori. Nyſſenus in myſtica Moſaicæ uitæ enarratione. Vt agriculturæ finis eſt frugũ perceptio, ædificationis ædiũ eſt habitatio. Et nauigationis diuitiæ, certaminis corona: ſic uirtuoſæ uitæ finis eſt, ut ſeruus Dei & ſis & uociteris.

Seruus Dei

Quemadmodum ſi praui ac pernitioſi humores in præcordijs ac inteſtinis lateant, non accuſatur medicus quod eos ipſe fecerit, ſi arte ipſos in cutem ut appareant traxerit: ſed effecit quidem illos inordinata dieta, traxit autem in manifeſtius non imperitus medicus: ſic cum dolores ac cruciatus hominibus à Deo factos audimus, intelligere decet à nobis ipſis initia & cauſas earum uexationum fuiſſe.

Pernitioſi humores.

Dolores. Cruciatus.

Ioannes Caſſianus collat. 1. cap. 5. Quemadmodũ quibus uſus eſt bellica tela tractandi cum ante regem mundi huius artis ſuæ cupiunt peritiam demonſtrare, in paruiſſima quadam ſcutula, quæ figurata in ſe continet præmia, iacula ſua, uel ſagittas intorquere contendunt, certi quod non aliàs, niſi deſtinationis ſuæ linea, ad finem poſſint deſiderati præmij peruenire, ſecuri de illo ſi modo propoſitũ ſcopum ualuerint obtinere. Qui ſi forte ab eorum fuerit ſubtractus intuitu,

Bellica tela

nec

nec indeclinabiliter ei ſagaciſsimorum obtutuum peruicatia inhæſerit, quantumlibet recto tramite caſſa imperitorũ deer ret intentio, excidiſſe ſe tamen à contemplatione non ſentiet, & cum ſibi efficaciſsimis telorum emiſsionibus uideãtur inni ti, fruſtrato inertiæ labore fallũtur, quia illum ſubtiliſsimum deſtinationis limitem perſequi oculis ac mente non norunt, & cũ inutiles in aëra uacuosq; ictus effuderint, in quo peccauerint, quoue decepti ſint dijudicare nõ poſſunt, quippe quos nul la menſura propoſita arguit, quantum à directione diſceſſe rint, nec quoque deinceps corrigere uel reuocare debeant lineam diſciplinæ, docere poteſt paſsiuus obtutus: Ita igitur et noſtri propoſiti finis quidẽ iuxta Apoſtolũ, uita æterna eſt. Scopos uero puritas mentis, quam Paulus ſanctificationem nuncupauit, ſine qua prædictus finis non poterit apprehendi. *Vita æterna. ſãctificatio*

Collat. 1. cap. 20. Efficiamur ſecundũ præceptũ domini probabiles trapezitæ. Quorũ ſumma peritia eſt ac diſciplina probare, q̃ nã ſit aurũ puriſsimũ et (ut uulgo dicitur) obriſum, quodue minus purgatione ignis excoctũ, æreo quoq; uiliq; denario, ſi pretioſum nũmiſma ſub colore ſeu indumẽto auri ful gẽtis imitetur, prudẽtiſsima diſcretione nõ falli, et non ſolũ nũ miſmata tyrannorum uultum exprimentia, ſapienter agnoſce re, ſed etiã illa quæ ſunt ueri quidẽ regis imagine, ſed non legi time figurata, peritia ſagaciore diſcernere, deinde ne q̃d illis à legitimo põdere diminutũ ſit, cenſura trutinæ diligẽter inquirere. Et nos explorare cõueniet, ne auro puriſsimo ſcriptu rarũ, praua interpretatio coaptata, metalli precioſitate nos fallat, in quo ſathan CHRISTO tentauit imponere. *Probibiles trapezitæ. Nũmiſma.*

Collat. 5. cap. 20. Huius paſsionis figura qua neceſſe eſt q̃uis ſpiritalẽ ſummumq; monachum coartari, proprie ſatis

aquilæ ſimilitudine deſignatur. Quæ cum excelſiſſimo uolatu ultra nubium fuerit altitudinẽ ſublimata: ſeſeq; ab oculis cunctorum mortaliũ, ac à facie terræ totius abſconderit: rurſus ad uallium ima ſubmitti, & ad terrena deſcendere: ac morti cinis cadaueribus implicari uentris neceſſitate compellitur. Quibus manifeſtiſſime comprobatur gaſtrimargiæ ſpiritum nequaquàm poſſe ut cætera uitia reſecari uel per omnia ſimiliter extingui: ſed aculeos eius ac ſuperfluos appetitus uirtute animi retundi tantum atque cohiberi.

Gaſtrimargia.

Cap. 21. Iam huius uitij naturam quidam ſenum cum philoſophis diſputans: qui cum pro ſimplicitate Chriſtiana uelut ruſticum crederent fatigandum: ſub hoc problematis figurans colore eleganter expreſſit. Multis inquit creditoribus pater meus me dereliquit obnoxium: cæteris ad integrum ſolutis ab omni conuentionis eorum moleſtia liberatus ſum: uni ſatisfacere quotidie, ſoluendo eſſe non poſſum. Cúmque illi ignorantes uim propoſitæ quæſtionis abſolutionem eius præcario poſtularent: Multis ait uitijs ſui naturali conditione conſtrictus ſed inſpirante domino deſiderium libertatis, cunctis illis tanquàm moleſtiſſimis creditoribus renuncians huic mundo: & omnem ſubſtantiam quæ mihi ſucceſſione patris obuenerat, à me pariter abijciens ſatisfeci: atq; ab eis ſum omnimodes abſolutus: gaſtrimargiæ uero ſtimulis nullo modo carere præualui. Nec enim quàmuis eam in paruum modum uiliſſimamq; redigerem quantitatem, uim quotidianæ compulſionis euado: ſed neceſſe eſt me perpetuis eius conuentionibus perurgeri, & interminabilem quandam ſolutionem iugi functione dependere: atque inexplebile indictionibus eius inferre uectigal.

Multis debitoribus obnoxius.

Gaſtrimargiæ ſtimuli

Colla-

Collat.6.cap.12. Mens ueri iuſti non debet eſſe ſimilis ceræ, uel alterius cuiusq̃ materiæ mollioris, quæ ſemper characteri ſignantium cedens, pro eius forma atq; imagine figuratur, quanq̃ in ſe tamdiu retinet, donec alio rurſus ſuperimpreſſo ſignaculo reformetur, atq; ita fiet ut nunquàm in ſua qualitate perſiſtens, ad formam eorum quæ imprimũtur, ſemper conuertatur ac tranſeat: quin potius debet uelut quoddã eſſe adamantinum ſignatorium, ut inuiolabilem mens noſtra figuram ſui ſemper cuſtodiens characteris, uniuerſa quæ incurrerint ſibi ad qualitatem ſui ſtatus ſignet atque transformet, ipſa uero inſigniri nullis incurſibus poßit. **Cera.** **Adamas.**

Inſtitutorum lib.12.cap.12. Omnis lõgæuitas huius uitæ cum ad illã futuræ gloriæ perennitatẽ reſpexeris, euaneſcit. Et dolores cuncti contemplatione illius immenſæ beatitudinis effugantur, atq; ut fumus ad nihil extenuati liqueſcunt, & nuſquàm ut fauilla comparent. **Fumus.**

Collat.14.cap.14. Nemo in uas fœtidum atq; putridũ ſiue corruptum unguentum aliquod nobile aut mel optimũ, aut precioſi quicq̃ liquoris infundit. Facilius enim quàmuis odoratißimam myrrham ſemel horrendis imbuta fœtoribus teſta contaminat, quàm ut aliquid ex eo ſuauitatis aut gratiæ ipſa concipiat, quia citius munda corrumpuntur, q̃ corrupta mundantur: Ita & uas pectoris noſtri, niſi prius fuerit ab omni fœtidißima uiciorum contagione purgatum, non merebitur ſuſcipere illud benedictionis unguentum, de quo dicitur: Sicut unguentũ in capite quod deſcendit in barbam barbam Aarõ, Quod deſcendit in oram ueſtimenti eius, nec illã ſcientiã ſpiritualem & eloquia ſcripturarũ, quæ dulciora ſunt ſuper mel & fauum, impolluta ſeruabit. Quæ enim participa- **Vnguentũ. Mel.** **Vas niſi ſincerum &c.**

tio iuſticiæ cum iniquitate? Aut quæ ſocietas luci cum tenebris? Quæ autem conuentio IESV ad Belial?

Collat. 14. ca. 16. Qui ſacrorũ uoluminũ lectioni, et memoriæ ſcripturarũ diligẽter inſiſtunt, carnalia tñ uitia nõ relinquũt, ſimiles ſunt illi mulieri de qua dicitur in prouer. cap. 11. Sicut inauris aurea in naribus ſuis, ita mulieris male moratæ ſpecies. Quid enim prodeſt quempiam ornamẽtum eloquiorum cœleſtiũ, et illã pretioſiſſimã ſcripturarum ſpeciem cõſequi, ſi eam lutulentis operibus uel ſenſibus inherendo quaſi immundiſſimam terram ſubigendo confringat, aut cœnoſis libidinum ſuarum polluat uolutabris, fient enim, ut quod recte utentibus decori eſſe conſueuit, non ſolum iſtos ornare non poſſit, uerum etiam maioris cœni colluuione ſordeſcat. Ex ore enim peccatoris non eſt pulchra laudatio.

Carnalia uitia.

Eloquia cœleſtia.

Collat. 17. ca. 14. Neq; opificij cuiuſq̃ deſertio eſt demutatio ferramenti: aut ſegniciem arguit uiatoris: uiæ, compendioſioris ac directioris electio: Ita et in hac parte emendatio diſpoſitionis improuidæ nõ ſpiritalis uoti, eſt iudicãda trãſgreſſio: quicq̃d enim pro charitate Dei et pietatis amore pficitur nõ ſolũ nulla reprehenſione ſed etiã laude digniſſimũ eſt.

Via compendiaria.

Collat. 23. cap. 2. Sed ſicut uerbi gratia, ſtanni metallum quod alicuius utilitatis et gratiæ putabatur, fit argenti contemplatione uiliſſimum, & rurſum auri comparatione, meritum euaneſcit argenti: aurum quoq; ipſum gemmarum collatione cõtemnitur, et ipſarum nihilominus quamuis inſignium multitudo gemmarum unius margaritæ candore ſuperatur: Ita illa omnia merita ſanctitatis, quamuis non ſolum in præſenti bona & utilia ſunt, uerum etiam donum æternitatis acquirunt, tamen ſi diuinæ contemplationis meritis confe-

Stannum. Argentum. Aurum. Gemmæ. Margarita Merita ſanctitatis.

rantur

ranturiuilia atque (ut ita dixerim) uendibilia cenſebuntur.

Colla.8.ca.3. Ideoq; ſatis proprie ſcriptura diuina agro optimo ac fertili cõparatur, qui cũ multa gignat ac proferat quæ ad hominũ uictum, ſine aliqua ignis coctione proficiant, quædã niſi prius flãmæ colore mitigata atq; mollita omnem aſperitatẽ ſuæ depoſuerint cruditatis, uel incõgrua erunt uſibus humanis uel noxia. Nõnulla uero ita in utrũq; apta naſcũtur, ut nec incocta ſua cruditate diſpliceãt uel offendant, & tamen ignis calore lenita, ſalubriora reddãtur. Plura quoq; ad eſcã tantummodo irrationabiliũ iumentorum & animalium mitiũ, uel ferarum, ſiue uolatiliũ oriuntur uſum, cibis hominũ minime profutura, quæ etiã in ſua aſperitate manentia, abſq; ulla ignis confectione, uitalẽ iumentis conferunt ſaturitatem. Quã rationem ſatis euidẽter aſpicimus in hoc uberrimo ſcripturarum ſpiritualium paradiſo contineri, in quo ita quædã ſignatione literæ plana ac luculẽta reſplendẽt, ut cũ ſublimiore interpretatione nõ egeant, ſimplici tamen literæ ſono, abunde paſcãt ac nutriant audientes (ut eſt Audi Iſrael, &c. diliges dominũ Deum tuũ &c. Quædã autem ſi allegoriæ explanatione extenuata non fuerint, et ſpiritalis ignis examinatione mollita, nullo modo ad ſalutarem interioris hominis cibum, ſine corruptionis labe peruenient, magisq; ex eorũ perceptione læſio, q̃ utilitas aliqua ſubſequatur, ut eſt illud: Sint lumbi &c. Qui non habet gladiũ uendat tunicã & emat ſibi gladium. Et qui non accipit crucem ſuam & ſequitur me, non eſt me dignus. Quod quidã diſtrinctiſsimi monachorũ habẽtes quidem zelũ ſed non ſecundum ſcientiã ſimpliciter intelligentes, fecerũt ſibi cruces ligneas, eaſq; iugiter humeris circũferentes, non ædificationẽ ſed riſum cunctis uidentibus intule

Diuina ſcriptura.

Ager ferax.

Vberrimus ſcripturarum ſpiritualium paradiſus.

Allegoria.

lerunt. Nonnulla uero ad utranq; perceptionem, id eſt, ad hiſtoricam & allegoricam ita commoda ſunt ac neceſſaria, ut utraque explanatio uitales animæ ſuccos impartiatur, ut eſt illud: Si quis te percuſſerit in maxillam dextram, præbe illi & alteram. Et cum uos perſecuti fuerint de una ciuitate, fugite in aliam. Et ſi uis perfectus eſſe uade uende omnia. Producit ſane & fœnum iumentis, quibus pabulis omnes ſcripturarum repleti ſunt campi, ſimplex ſcilicet puraq; narratio hiſtoricæ lectionis, qua ſimpliciores quiq; & minus capaces perfectæ & integræ rationis (de quibus dicitur: Homines & iumenta ſaluabis domine) ſecundum ſtatus ac menſuræ ſuæ conditionem ad opus tuum & laborem actualis uitæ uegetiores robuſtioresq; reddantur.

Vir & mulier. Lib. 5. de incarna. Sicut uir & mulier unũ corpus ſunt: Ita maieſtas diuinitatis et caro hominis uniuntur, & facti ſunt ijdẽ Deus & anima in carne una. Quia ſicut caro illa habitatorem in ſe habuit Deũ, ita animã quoq; incohabitantẽ Deo.

Spinæ. Tribuli. Lib. 7. Spinæ utiq; ac tribuli ex radicibus emergẽtes qualitate ſui ſtirpem ſuam produnt, ex eo ipſo quod ſunt, indicant unde naſcantur: Ita et tu Pelagianæ hæreſeos ſpinoſam ſabuli fidẽ oſtendis in germine, quod pater tuus habuiſſe traditur in radice.

Venefici. Veneficorũ quorundam (ut aiunt) cõſuetudo eſt, ut in poculis quæ conficiunt, uenenis mella commiſceant, ut dulcibus nocitura celentur, & dum quis mellis dulcedine capitur, ueneni peſte perimatur: Ita & hæretici.

Tineæ. Vermes. Inſtitut. lib. 9. ca. 5. Veſtimentum tinearum eſu attactum, nullius precij uſus poterit ulterius habere commercium. Itidemq; lignum uermibus exaratum, non iam adornatum uel mediocris ædificij, ſed ad combuſtionẽ ignis merebitur deputaris

tari: Ita et anima quæ edaciſsimis triſtitiæ morſibus deuora tur, inutilis erit uel ueſtimento illi pontificali, quod unguentum ſpiritusſancti de cœlo deſcendens, prius in barbam Aaron, deinde in oram ſuam ſolere ſuſcipere, ſancti Dauid uaticinio perhibetur: Sicut unguentum in capite &c. *Anima edaciſsimis triſtitiæ morſibus deuorata.*

Lib. I. de incarnatione CHRISTI. Tradunt fabulæ poëtarum deſectis quondam hydram capitibus, numeroſius renaſcentē per ſua dāna creuiſſe. itaq; nouo inauditoq; miraculo, multiplicato mortibus ſuis mōſtro, lucri genus eſſet amiſsio, ſcilicet dū qcqd ferrū ſecātis abſcinderet, totū id fœcunditas ꝓdigioſa germinaret, donec laborās atq; æſtuās cœptæ illius deſectionis induſtrius appetitor, caſſatis totiēs in efficaci ope re uirtutibus, fortitudinē belli armaret arte cōſilij, & admotis (ut aiūt) ignibus multiplicē portentuoſi corporis prolē feruenti gladio deſecaret, ac ſic ambuſtis intrinſecus medullis cū rebelles uenas improbæ fœcūditatis exureret, tandē parturitio monſtruoſa ceſſaret: Ita etiam hæreſes in eccleſijs illius q̃ poëtarū commenta finxerunt hydræ, ſimilitudinē gerunt. Et iſtæ enim aduerſum nos linguis feralibus ſibilāt, et iſtæ uirus lethale iaciūt, et iſtæ ſectis capitibus renaſcūtur. Sed qa reſurgente morbo nō debet ceſſare medicina, & q̃to maior fuerit ægritudo tāto inſtantior debet eſſe curatio. Potens enim eſt dominus deus noſter, ut ꝙ de morte hydræ illius, gentiliū falſitas finxit, hoc in eccleſiarum bellis ueritas peragat, & igni tus ſancti ſpiritus gladius, ita in extinguēdo nouella hæreſi, omnes penitus medullas pernicioſæ generationis exurat, ut tandē prodigioſa fœcunditas, morientibus uenis parere deſiſtat. Non noua ſunt hæc in eccleſijs monſtruoſi ſeminis germina, ſemper has dominici agri ſeges lappas ſenteſq; tole- *Hydra.*

 rauit,

rauit, & ad ſummum in ea ſuffocatricis zizaniæ germen emerſit hic habionitæ: Ita ſinguli ex ſui ſimilitudine hæreſeos hæreſim procreantes, omnes quidem à ſe diuerſa, ſed omnes tamen fidei aduerſa ſenſerunt.

Hæreſes.

Agricola. Cyrillus in Ioannem lib. 1. cap. 2. Quemadmodum optimus ſolertiſsimusq; agricola cum omnes ab horto eradicare uepres deſideret, diligenter longis raſtrorum dentibus radices euellit: Sic beatiſsimus quoque Ioannes acutiſsime ac ſolertiſsime germinaturas conſpiciens falſas hæreticorum opiniones, hoc euangelio quaſi raſtris eas euertit, ac in recta fide ſtudioſum conſeruat lectorem.

Falſæ hæreticorum opiniones.

Ignis. Indecens eſſet ſi ignis quidem qualitatẽ ſuã coniunctæ ſibi materiæ immittere poſsit, ac eo modo materiã in ſe tranſmutare: Verbũ autẽ Dei proſperũ ſibi naturaliter bonũ .i. uitã coniunctæ ſibi carni nõ poſsit infundere: ꝑpterea igitur dixit Euãgeliſt. Verbũ caro factũ eſt, ꝙ ex parte maxima corrupta ut unione uniuerſali uiuificata totius reparationẽ ſignare uo (luerit.

Verbum Dei.

Canes uenatici. Canes uenaticos imitatur ſapiẽs ac probus auditor, huc illucq; feras quærẽtes. Ipſe enim nõ intellectam rẽ ſæpe ac multum inueſtigans, interrogansq; tandem aſſequitur.

Cruditas uulnerum. In cap. 11. Quemadmodum cruditati uulnerum, non unũ, ſed uaria uiciſsim remedia conferuntur, neq; ſemel ſed frequẽter appoſitis remedijs molliuntur: ſic duro animo uaria quædam & frequens accommodanda doctrina eſt, ut ſi prima parum profecerit, ſecunda ſaltem aut tertia uel eiſdem uerbis allata permulcere atque attrahere poſsit.

Sol. Quemadmodum quàmuis uniuerſis ſol oritur, nihil tamen inde cæcus utilitatis conſequitur: nec propterea merito quiſpiam ſplendorem ſolis accuſabit, ſed non uidendi culpam

pam cæcitati attribuet: Sic ut arbitror de unigenito etiam intelligendum eſt, lux enim uera ille profecto eſt, & ſplendorem ſuum ad omnes emittit.

Quemadmodum in ueteri lege oblatio pecudum præcepta fuit offerri & immolari ad latus altaris, quod reſpicit aquilonem, & non ad auſtrum uel meridiem: Ita translatũ eſt Euangelium ad gentes, quæ in aquilonari parte habitant, relictis Iudæis qui in auſtrali parte habitabant. Oblatio pecudum. Euangeliũ

In ca.15. Quemadmodũ ſi quis ſcintillam ignis in fœno, aut palea occultauerit, totũ inde ignitũ neceſſe eſt fiat: ſicuerbũ Dei tanq̃ ſcintilla in naturam noſtrã immiſſum, totã inde inflãmauit, atq; ad uitam interitu penitus deſtructo reduxit. Scintilla ignis. Verbum Dei.

In cap.17. Sicuti ſi quis liquefactæ ceræ aliam ceram infuderit, alteram cum altera per totum commiſceat neceſſe eſt: Ita ſi quis carnem & ſanguinem domini recepit, cũ ipſo ita coniugatur, ut CHRISTVS in ipſo, & ipſe in CHRISTO inueniatur. Liquefacta cera. Caro & ſanguis domini.

Vt ſubtractione lignorum ignis extinguitur: Ita cedente eo, in quem quis iraſcitur, temperat iracundiæ.

In cap.19. Solet enim uulgo qui præcedit, poſterioribus glorioſior ſemper uideri. Sicut qui fabrilem quandam artem aut quamuis aliam abſolute tenuit, præcedit aut glorioſior eo eſt qui adhuc diſcens, magiſtrum ſequitur & ad ulterius continue graditur. Qui tamen cum magiſtrum ſuum cognitione artificij uicerit, non iniuria à ſuperato poterit audire magiſtro: Qui poſt me uenturus eſt, prior me factus eſt. Hac igitur imagine ſenſum huius orationis ſaluatori & Baptiſtæ attribuens, recte mea quidem ſententia intelliges. Præcedẽs.

Libro 3. in Ioan. cap.39. Probus enim auditor ac ſapiẽs Auditor.

quæ intellexit, nulla intelligentia remoratus, mentis ea theſauro ſtatim commendauit, ſi qua uero ardua uidentur, ſæpe ac multum inueſtigans atque interrogans tandem aſſequitur, uenatrices apprime canes imitatus, qui huc atque illuc percurrunt feras quærentes: Sic affectum eſſe ſapientem propheticus quoque ſermo denotat dicens: Conquirens quære & apud me habita. Quærendum enim ita ſemper eſt ut apud eum habitemus, & ad alienas ſententias non efferamur.

Aqua frigida. *Quamuis naturaliter aqua frigidior ſit, aduentu tamen ignis, frigiditatis ſuæ oblita æſtuat. Hoc ſane modo etiam nos quamuis propter naturã carnis corruptibiles ſimus,*

Participatio uitæ. *participatiõe tamẽ uitæ ab imbecillitate noſtra reuocati ad proprietatem illius ad uitam reformamur. Oportuit enim ut non ſolum anima per Spiritum S. in beatam uitam aſcenderet, uerum etiã ut rude atq; terreſtre hoc corpus cognato ſibi*

Euchariſtia. *guſtu, tactu & cibo ad immortalitatem reduceretur.*

Mel. *Si mel quum naturaliter dulce ſit, ea dulcia facit quibus immiſcetur: Nonne ſtultum erit uiuificam uerbi naturam putare non dediſſe homini in quo habitat, uiuificãdi uirtutem?*

Panis. *Vt panis hic terreſtris facit imbecillitatem carnis noſtræ, ſuſtinens atq; conſeruans: Ita & ipſe per Spiritum ſanctum ſpiritum noſtrum uiuificat, & corpus ipſum à corruptione liberat.*

Eraſmus li. 4. Eccleſiaſt. Nec tutum eſt proferre ſimulacra rerum conditarum ad declarandam eandem naturam in tribus perſonis, quod quicquid adhibueris, multam habet diſſimilitudinem. Summæ illi naturæ nihil eſt ſimile. Quod ſi uidebitur commodum adhibere docendi gratia, ſimilitudinem

nem, præſtandum eſt, eam non congruere niſi tenui quadam umbra.

IOANNES *Damaſcenus lib. I. Ortho. fidei cap. 9.*

Sicut ſimul ignis & ſimul ab ipſo lux, neq; prius eſt ignis, & poſterior lux, ſed ſimul ſunt, & quẽadmodum lux ab igne ſemper gignitur, & nequaquam ſeparatur ab eo: Sic & filius à patre gignitur & nequaquam ab eo ſeparatur, ſed ſemper in eo eſt. Sed lux quæ ab igne inſeparabiliter gignitur, in ipſo ſemper manens, non habet propriam ſubſiſtentiam præter ignem. Nam natiua qualitas ignis eſt, uerum filius dei unigenitus à patre inſeparabiliter genitus & indiuiſibiliter, & in eo ſemper manens propriam habet ſubſiſtentiã præter eã quæ patris eſt. Et quẽadmodum non dicimus alterius ſubſtantiæ ignẽ, & alterius lucem, hunc in modũ fieri non poteſt ut recte dicamus patrem & filium alterius & alterius ſubſtãtiæ, ſed unius & eiuſdem, & quo pacto dicimus per eã lucem quæ ab ipſo eſt ignẽ illucere, & nõ ponimus organũ ad miniſtratorium ignis eſſe lucem quæ ex ipſo eſt, ſed potius uirtutẽ naturalem: Sic dicimus patrẽ quæcunq; facit per unigenitũ filium eius, non ut per inſtrumentũ ſeruile, ſed ut per uirtutem naturalem & ſubſtãtialem. Et ut dicimus ignem illuminare, & rurſus dicimus lucem illuminare: Sic omnia quæcunque facit pater, ſimiliter & filius facit, ſed lux quidem propriã ſubſiſtentiam præter ignem non poßidet, filius autem perfecta ſubſiſtentia eſt à ſubſiſtentia paterna diſcreta. Ignis. Lux. vnigenitus à patre.

Cap. II. Sicut ex ſole radius & ſplẽdor (ipſe enim fons eſt & radij & ſplendoris) & per radium nobis ſplendor tribuitur, & ipſe eſt qui illuminat nos. Sol. Radij ſolis.

Ca. 13. Vero, ſermo docet ſimplicẽ eſſe deũ, & unã ſimpli

cem

ſem habere operationẽ omnibus omnia operantem inſtar ſo-lis radij, qui omnia fouet & in unoquoq; ſecundum natura-lem habilitatem & quantũ capere poteſt operatur ab eo qui eum condidit Deo, talem adeptus operationis uirtutem.

Libro 2. cap. 4. Nihil eſt malum niſi boni priuatio ſicut & tenebræ, luminis eſt carentia bonum enim lumen eſt intel-ligibile ſimul & tenebræ intellectuales ſunt malum. Quod hominibus eſt mors hoc angelis eſt lapſus poſt lapſum nõ eſt illis pœnitentiæ locus ut neq; poſt mortem hominibus.

Oculus. Mens. Cap. 4. Vt oculus in corpore, ſic mens in anima.

Hypoſtaſis Lib. 3 cap. 8. Non nudam carnem adoramus, ſed couni-tam diuinitati, ut in unam perſonam & unam hypoſtaſin dei uerbi, timeo carbonem tangere propter ignem ligno coniun-ctum, adoro CHRISTI ſimul utrunq; propter carni coniun-ctam counitamq́; diuinitatem.

Ignitus gladius. Caput 15. In ignito gladio ſicut naturæ ſaluãtur ignis & ferri, ſic & hic actiones & perfectiones eorum, ferrum habet uirtutem incidendi, ignis urendi. Inciſio perfectio operis fer-ri, ignis combuſtio: Sic in Chriſto diuinitas & diuina opera, humanitas & eius opera.

Ignitũ ferrum. Cap 17. Vrit ignitum ferrum, non naturali ratione uſti-uam poßidens actionem, ſed ex unione ignis ad ferrum, illud obtinet: Ita humanitas diuinitati ſociata.

Ferrum. Cap. 26. Quemadmodum ſi quis ignito ferro ſuperinfun-dat aquam quod quidem natum eſt pati ab aqua (ignis dico) extinguitur, incolume uero manet ferrum, nõ natum enim eſt ab aqua corrumpi: multo magis carne paſſa, ſola impaßibi-lis diuinitas, paßionem non adimit, inſeparabilis ab ipſa per-manens.

Lib.

Lib.3.cap. 26. Quemadmodum ſole arborem ſuper illu cente, ſi ſecuris incidat arborem inin ciſus & impaßibilis per ſeuerat ſol, multo magis impaßibilis uerbi diuinitas, ſecundũ hypoſtaſin carni copulata, carne patiente impaßibilis perſeuerabit. Impaßibilis uerbi diuinitas.

Lib.4.cap.3. Eodem modo, quo rex & nudus adoratur & indutus, & purpura ut nuda purpura & conculcatur & proijcitur, facta autem regis amictus honoratur & glorificatur & ſi quis illam proterere præſumpſerit, perſæpe morte mulctatur. Et quemadmodum lignum nudum non eſt tactui inacceßibile, atqui igni coniunctum & carbo factum, non propter ſeipſum, ſed propter coniunctũ ignem inacceßibile fit, & non ut ligni natura tactu inacceßibile eſt, ſed ut carbo id eſt quando ignitum eſt lignum: Sic & caro CHRISTI ſecundũ ſuam naturam non eſt adorabilis, adoratur autem in incarnato Deo uerbo, non propter ſeipſam, ſed propter coniunctum ſibi ſecundum hypoſtaſin, Deum uerbum, & nõ dicimus quod carnem nudam, ſed carnem Dei, id eſt, incarnatum Deum. Rex. Purpura. Lignum. Caro chriſti.

Cap.12. Fide omnia & humana & ſpiritualia conſtant. Neq; agricola ſine fide incidit terræ ſurculũ neq; mercator paruo ligno ſuam ipſius animam inſano maris pelago committit nõ nuptiæ fiunt, nõ aliud quicquam in terra ſine fide. Fides eſt inſcrutabilis conſenſus. Fides.

Sicut quatuor extrema crucis per medium centrum continentur & conſtringũtur: Sic per Dei uirtutem altitudo, profunditas, longitudo, latitudo, id eſt, omnis inuiſibilis & uiſibilis creatura continetur. Extrema crucis.

Lib.4.cap.14. Si Dei uerbum uiuens, quod fecit omnia quæ uoluit: Si dixit fiat lux, & facta eſt lux, fiat firmamentũ, Verbum Dei.

&c.

& factum eſt. Si uerbo Dei cœli firmati ſunt, ſi uolens homo factus ex uirginis puriſſimis ſanguinibus carnem ſuſtentauit: non poteſt panem ipſius corpus facere? & uinum & aquã ſanguinem. Dixit: producat terra herbam uirentem, & uſq; nũc pluuia facta producit germina. Sicut omnia quæcunq; fecit Deus, Spiritu ſancto operante fecit: Sic & nunc ſpiritus ſancti operatione hæc ſuper naturam operatur, quæ non poteſt capere niſi ſola fides. Quomodo fiet iſtud? reſpondit Maria, ait angelus: Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & nunc interrogas, quomodo panis fit corpus Chriſti, & uinũ & aqua ſanguis Chriſti? Reſpõdeo & ego tibi: Spiritus ſanctus obũbrat, & hæc operatur ſuper ſermonẽ & intelligentiam, panis & uinum tranſumuntur. Nouit deus humanam infirmitatẽ quod complura uſu non trita auerſatur, moleſte ferens, aſſueto igitur condeſcenſu uſus per cõſueta naturæ ea facit quæ ſunt ſuper naturã. Et quemadmodum in baptiſmate quia conſuetudo hominibus eſt aqua lauari & oleo ungi, coniunxit oleo & aquæ gratiã ſpiritus ſancti, & fecit illud lauacrum regenerationis: hũc in modum quia mos hominibus eſt panem manducare & uinum & aquã bibere, coniunxit his ipſis ſuam diuinitatem & fecit hæc ſuum corpus & ſanguinem, ut per aſſueta & quæ ſunt ſecundum naturam in ijs quæ ſunt ſuper naturã collocemur. Corpus enim ſecundum ueritatem coniunctũ eſt diuinitati, quod ex ſancta Maria uirgine corpus eſt, nõ quod ipſum corpus aſſumptũ ex cœlo deſcenderit, ſed quod ipſe panis & uinum tranſmutatur in corpus & ſanguinem Dei.

Euchariſtia. Baptiſma. Gratia Spiritus S. Panis. Vinum. Aqua. Diuinitas in Euchariſtia.

Incarnatio

Et ſicut ex incarnatiõe ſua nihil cognouimus, niſi quod uerbum uerum factũ caro, per ſpiritum ſanctum: Ita hic modus quo fiat inſcrutabilis, neq; etiã hoc dictu promptũ, quomodo

naturaliter per commeſtionem panis & uinum & aqua per potionem in corpus & ſanguinem comederitis & biberitis, transmutatur & non fit aliud corpus præter id quod prius erat ipſius. Sic & propoſitionis panis, uinumq; & aqua per inuocationem & aduentum ſpiritus ſancti, ſuper naturaliter transmutatur in corpus & ſanguinē Chriſti, & non ſunt duo ſed unum & idem. Et quemadmodum mors Chriſti credentibus facta eſt uita æterna, infidelibus autem domini interfectoribus in ſupplicium & pœnam æternā: Ita & ijs qui fide digne aſſumunt in remiſsionem peccatorū & uitam æternā. Mors.

Diuinum carbonem ſumimus, ut ignis in nobis deſiderij aſſumens eo ex carbone ignitionem, comburat peccata noſtra & illuminet corda noſtra, & participatione diuini ignis igniamur & deificemur. Carbonem uidit Iſaias. Carbo autem ſimplex non eſt ſed unitus igni: ſic panis communionis, non panis ſimplex eſt, ſed unitus diuinitati. Et corpus unitum diuinitati. Diuinus carbo. Panis communionis unnitus diuinitati.

Ca. 16. Dicitur rex etiam regis imago: Ita ſancti dij, qui id participatiōe ſunt effecti, quod ipſe eſt natura. Quomodo igitur nō honorandi ſunt qui filij dei exiſtūt? Nā honor erga gratos & benignos conſeruos beneuolentiæ erga cōmunē dominū iudiciū eſt, hi prōptuarium dei & habitacula facti ſunt & templū dei. Fontes nobis ſalutares dominator Chriſtus reliquit ſanctorū reliquias multimoda beneficia ſcaturientes, unguentū ſuauitatis emanantes, ut nullus diſcredat. Si enim ex rupe & firmo ſaxo aqua in heremo proſiliuit, uolente Deo, & ex maxilla aſini Sampſoni ſitienti: ex martyrum reliquijs unguentum ſuaue olens emanare incredibile eſt? Nullo profecto pacto ijs, qui ſciunt Dei uirtutem, & ab ipſa Rex. Sancti Dij. Reliquiæ ſanctorum

ſan-

ſanctorum honorem. In lege Num.19. Omnis qui tangebat mortuum immundus erat, hic autem non ſic: quomodo enim mortui ſunt, qui uiuunt, non tanget eos tormentũ mortis, &c. uiuunt quomodo per eos dæmones abiguntur, infirmi curantur, cæci uident, leproſi mundantur, tentationes triſtitiæ ſoluuntur? Quantum laborares ut inuenires adiutorem, qui te ad mortalem regem adduceret, & pro te ad ipſum ſermones faceret, adiutores ergo totius generis Deo pro nobis ſupplicationes porrigentes, non honorandi ſunt? certe honorandi.

Templa. *Templa à nobis Deo erigenda ſunt in ipſorum nomine. In pſalmis, hymnis, odis ſpiritualibus. Nam ijs quibus delectatur Deus & colitur, coluntur & delectantur eius ſerui, quæ deſpicit, deſpiciunt & eius clientes, ſtatuas, imagines uiſibiles ipſorum Mariam, ut matrem domini, Apoſtolum. Exercitatores, id eſt confeſſores, qui diuturniori martyrio certarunt.*

Libro 4. cap. 26. Quemadmodum circunciſio non utile membrum amputat corporis, ſed ſuperfluitatem inutilem: Sic per baptiſma ſanctum à peccato circuncidimur. Manifeſtũ autem quod peccatum ſuperfluitas concupiſcentiæ eſt, & non neceſſaria concupiſcentia.

Impoßibile enim eſt quenquam nullo modo concupiſcere, aut tandem ſine guſtu uoluptatis eſſe. Sed quod inutile eſt uoluptatis, id eſt, inutilis concupiſcentiæ & uoluptas, hoc eſt peccatũ: idipſum quod circuncidit ſanctũ baptiſma, præbens nobis ſignum honorabile, crucem in fronte, à gentilibus diſcriminans nos (nam omnes gentes baptiſma perſecutæ ſunt & ſigno crucis inſignitæ) ſed unaquaque gente fidelem ab infideli diſtinguit.

Reſurectio *Cap. 28. Reſurrectio eſt ſecunda eius quod interijt ſtatio. Nam*

Nam animæ cum immortales ſint, quomodo reſurgent ſecundo, ſiquidē mortem diffinientes dicimus eſſe ſeparationē animæ à corpore: reſurrectio omnino erit coniunctio animæ & corporis, & ſecunda iterataq́; eius, quod diſſolutū eſt, ieritq́; peſſum animalis reſtitutio: ipſum igitur corpus quod corrūpitur, reſurget incorruptibile. Nō impotens enim eſt is qui in principio ex puluere terræ ipſum conſtituit, rurſus reſolutū & conuerſum in terrā ex qua ſumptū eſt (ſecundū conditoris dictum) iterato ſuſcitare illud. Qui puluerem in corpus ſola uoluntate tranſmutat, qui paruam materiæ ſtillam, id eſt ſemē in utero adoleſcere præcepit, & fecit illud multiforme, & multimodum corporis organum, nonne magis quod fuit, & defluxit, iterum ſuſcitabit, ſola uoluntate? Conſidero in ſulcis tanquam in ſepulchris ſemina ſuffoſſa, quis illis radices imponit & ſtipitem & folia, & ſubtiliſſimos culmos? nonne qui uniuerſorum artifex eſt eius præcepto condita omnia? Sic crede & mortuorum reſurrectionem fore diuina uolūtate & nutu, concurrentem enim habet uoluntati uirtutem.

Dionyſius de cœleſti hierarch. *Quemadmodum ignis ſenſibilis ea quibus inſederit, in ſuum traducit officium, omnibusq́; quomodolibet ſibi propinquantibus ſui conſortium tradit: Haud aliter dominus noſter & Deus, qui ignis conſumēs eſt, nos per cibum hunc ſacratiſſimum in ſui traducit effigiem deiformesq́; reddit.* Ignis. Euchariſtia.

Marcus Eremita de lege ſpirituali. *Quemadmodum operibus & ſermonibus manifeſtabitur animi cognitio: Sic cordis operationibus futura retributio.* Animi cognitio.

Qui laudis prætextu cælat calumniam, comprehenſu Ambitioſe arrogans.

difficilis eſt ſimplicioribus. Similis eſt autem illi qui ueſtitu ſordido amictus, ambitioſe arrogans eſt.

Quemadmodum ijs qui crudo & indigeſto ſunt ſtomacho, amarum prodeſt abſynthium: Sic male moratis mala tolerare utile eſt.

Aqua. Ignis. Quemadmodum aquæ & ignis contraria eſt ſocietas: Sic quoque contraria ſunt inter ſe cauſæ dictio & humilitas.

Serpentes. Affectus. Quemadmodum ſunt ſerpentes occurrentes in nemorib. ſunt item & alij in ædibus latenter excubantes: Sic affectus ſunt rationaliter formati, ſunt item alij latentes in operibus, tametſi ex alijs in alios ſubinde tranſmutentur.

Diuitiæ. Virtus. Quemadmodum unæ ſunt diuitiæ ſenſibiles, iuxta autem poſſeßionem, multiplices: Sic una uirtus eſt, diuerſimodas habens actiones quibus perficitur.

Idem de ijs qui putant ſe ex operibus iuſtificari.

Seruus ære emptus. Qui ante præceptorum operationem ſpiritus opem aut efficatiam quærit, ſeruo ære empto non eſt abſimilis, qui ſimulatq; emptus fuerit, unà cum rebus uenalibus etiam libertatis libellum quærit.

Semen. Semen non excreſcit accepto augmento ſine terra & pluuia. Neq; homo quicquam utilitatis capiet ſine laboribus uoluntarijs, diuinoq; adiutorio.

Pluuia. Non effunditur ſine nubibus pluuia. Neq; ſine bona conſcientia Deo placere poßibile eſt.

Vitulus. Anima. Quemadmodum imperitus uitulus currens in gramine defertur ad præcipitium: Sic inuenitur anima quæ pauliſper conditionibus agitata aut paſta fuerit.

Quemadmodum ij qui mare nauigant, ſolis æſtum libenter perferunt: Sic illi quibus odio ſunt uitia, reprehenſionem

nem diligunt. Ille enim uentis aduerſatur, hæc uero affectibus.

Quemadmodum fuga in hyeme & ſabbato dolor eſt corpori & profanatio animæ: Sic affectuum impugnatio ſeneſcenti corpori & animæ ſanctificatæ. Affectuum impugnatio.

Talpa terra ſuper capta oculis ſtellas uidere non poteſt, & qui de rebus temporaneis deo fidem non habet, neque de æternis poteſt credere. Talpa. Fides.

Quemadmodum in aquis ignis durare non poteſt: Ita neque turpis cogitatio in corde Dei amante. Turpis cogitatio.

Quemadmodum à pœnitentiam agente alienum eſt elato animo ſuperbire: Sic ſua ſponte peccantem, humilem eſſe impoßibile eſt. Superbus. Humilis.

Quemadmodum pluuia terræ infuſa accommodam qualitatem plantis ſuppeditat, dulcem quidem dulcibus, amaram autem amaris: Sic quoq; gratia fidelium cordibus indeclinabiliter adijciens, conuenie͂tibus uirtutibus actiones largitur.

Sicut leæna iuuencam amico non accedit animo: Ita neque impudentia triſtitiam ſecundum Deum beneuole & libenter accipit. Leæna Impude͂tia

Quemadmodum ouis cum lupo procreandæ ſobolis gratia nullam conuerſationem contrahit: Ita neq; cum ſatietate labor cordialis procreandarum uirtutum gratia ullam conjunctionem copulat. Ouis. Lupus.

Maximi de Charita. Quemadmodū natura bonus exiſtens, & omni carens affectu, omnes pariter ex æquo diligit, ueluti ſuas creaturas, attamen uirtute præditum glorificat, ut eum qui cognitionem recte obſeruet: Non ſecus facit qui animo bono & affectibus uacuo præditus fuerit. Natura bonus.

Quemadmodum ignis recordatio corpus non calefacit: Fides. ſic fides ſine charitate non operatur in anima cognitionis illuminationem.

Quemadmodum ſolis lumen ſanum oculum ad ſeipſum Dei cognitio. trahit: ſic Dei cognitio ſanam mentem per charitatem naturaliter ad ſeipſam pertrahit.

Quemadmodum paſſerculus pede alligatus, uolare incipiens in terram funiculo detrahitur: Sic quoq; mens nondum affectibus liberata, & ad rerum cœleſtium cognitionẽ uolare contendens, ab affectibus ducitur, & ad terram detrahitur.

Quemadmodũ rerum uiſibiliũ pulchritudo, ſenſibilẽ oculum: ſic mentem quoq; puram rerum inuiſibilium cognitio ad Mens pura ſe pertrahit. Inuiſibilia dico ea, quæ ſunt incorporea.

Quemadmodum ſol exoriens, & mundum illuminans, cum ſeipſum, tum res à ſe illuminatas demonſtrat: Ita quoque ſol iuſtitiæ purgato animo exoriens, & ſeipſum uidendum Sol iuſtitiæ exhibet, & rerum quæ à ſe factæ ſunt, & deinceps fiẽt, rationes demonſtrat.

Impenſe amans. Libro 2. de Charitate. Quam rem aliquis amat, eandẽ etiam omnibus modis amplectitur, & omnia quæ illi erga illam impedimenta ſunt, aut obſtaculo, cõtemnit, ne re adamata priuetur: Ita qui Deum diligit, puræ precationis curã habet, & omnem affectum illi ergà hoc obſtantem ex ſeipſo eiectum abijcit.

Corpus. Quemadmodum corpus propter res peccat, habetq; ad diſciplinam uirtutes corporales, quarum adminiculo reſipiſcit: Non ſecus quoque animus per cogitationes affectus in Animus. corde generãtes, pari ratione ad diſciplinam uirtutes habet anima-

animales,ut pure & ſine affectibus res continens ad meliorē mentem redeat.

Quemadmodum diebus ſuccedunt noctes,& æſtates ſuſcipiunt hyemes: Sic inanem gloriæ cupiditatem & uoluptatem ſuſcipiunt dolores & triſtitia,aut in præſenti aut in futuro. Cupiditas. Voluptas.

Quemadmodum famelici animus panem imaginatur, & ſitientis,aquam: Sic hominis crapuloſi,& uentri ſeruientis ciborum uarias cupedias & lautitias, & uoluptatum amātis mulierum formas,& uanæ gloriæ cupidi honores,qui ſibi habeātur ab hominibus,& auari lucrum, & iniuriarum memoris, uindictam eius à quo læſus eſt, & inuidi afflictionem eius cui inuidet. Famelicus. Sitiens.

Lib.5.de charita. Quem amat aliquis,hūc omnibus modis ſtudet & adproperat etiam reuerēter habere & colere. Itaq; ſi quis Deum amat, omnino etiam ea quæ ſibi maxime placitura ſunt,feſtinat facere. Cæterum ſi qui carnem amat, ea quæ carni uoluptati ſunt,facit. Deū amās

Quemadmodum corpus habet mundum res ipſas: Sic etiam animus habet mundum ipſas cogitationes.

Sicut corpus ſcortatur cum corpore mulieris: Sic etiam animus ſcortatur cum cogitatione mulieris per proprij corporis imaginationem. Scortatio.

Quemadmodum parentes corporum compatiuntur natis ex ſe liberis: Sic etiam animus naturaliter indulget rationibus & cogitationibus. Et quanquam omniū & per omnia liberi fuerint ridiculoſi & turpiſsimi,omniū tamē uidentur ſua uiſsimi & formoſiſsimi: Sic etiam amenti animo ſuæ cogitationes & rationes, tametſi ex omnibus fuerint peſſimæ, Parentes. Animus. Simia amat catulos &c.

ſapientiſſimæ tamen eſſe uidentur.

Quemadmodum rerum humanarum cogitatio, non cogit animum res diuinas contemnere: Sic neque nuda cogitatio rerum diuinarum eundem adigit, ut res humanas prorſus reſpuat.

Libro 4. de Charitate. Quemadmodum ſanitas & morbus in animantis corpore conſyderãtur, ac lumen ac tenebræ in oculo: Sic uirtus & uitium in anima: Sic cognitio & ignorantia in animo.

Aerarius. Paſtor nuncius pœnitentiæ. Tanquam ærarius producens opus ſuum, exponit ei cui uult: Sic & tu uerbum quotidianum iuſtum docens, abſcindes grande peccatum.

Abſynthiũ Mel. Si quis enim ſumat abſynthij puſillum, et mittat in amphoram mellis, non in totum mel exterminabit, & tantum mellis à modico abſynthio diſperit & perdit dulcedinem mellis, & iam non habet gratiam apud dominum ſuum, quoniam uſum ſuum perdidit. Vide enim quoniam æquanimitas dulciſſima eſt plus quàm mel, & utilis erit domino qui in ipſa commoratur. Si exgo iuxta fuerit iracundia, æquanimitate contribulatur animus, & non eſt utilis oratio illius.

Aequanimitas. Iracundia.

Vites bonæ Sicut uites bonæ quæ neglig ũtur, ab herbis & ſpinis premuntur & necantur: ſic & homines qui diuinis ſeu ariolis crediderunt, in negotijs & actionibus multis inciderunt, & euacuantur à ſenſu ſuo, & nihil omnino intelligunt de diuitijs cogitantes. Sed ſi quando audierint à domino ſenſus eorum in negotijs ipſorum eſt.

Diuini. Arioli.

Vinũ aceto miſtum. Sicut enim uinum aceto mixtum eandem ſuauitatem non habet: Sic & triſtitia ſpiritui ſancto nexa, eandem orationem mundam non habet.

Accipe

Accipe lapidem & mitte in cœlum, aut ſiphonem aquæ & ciaculare in cœlum, & uide ſi poſsis pertundere cœlum. At grando minimum granum eſt, & quum cadit ſuper caput hominis, quomodo dolores præſtat? Aut uide ſtillicidium quod à tegula cadit in terram, & cauat lapidẽ: Sic igitur minima quæ deſurſum cadunt ſuper terram, magnam habent uirtutem. Siphō ſiue fiſtulæ aquæ. Stillicidiũ.

Sicut enim homo cum impleuit amphoras bono uino, & inter illas, paucas ſemiplenas poſuit, & uenit ut tentet & guſtet amphoras, non tentat plenas: ſcit enim quia bonæ ſunt, ſemiplenas autem guſtat ſint ne acidæ factæ: Cito enim ſemiplenæ aceſcunt: Sic & qui pleni ſunt in fide, reſiſtunt diabolo, & fugit ab eis quia non habet locum intrandi, ſed in ſemiplenas intrat, & quæcunq; uult facit illis, & fiunt famuli eius. Plenæ boni uiri amphoræ. Semiplenæ

Vitis fructifera eſt, Vlmus autem lignum ſine fructu eſt, ſed uitis niſi applicita fuerit ulmo, non poteſt multum fructum facere, iacens enim in terra malos fructus dat. Sed ſi ſuſpenſa fuerit ſuper ulmum, & pro ſe et pro ulmo fructum dat: ulmus ergo non minorem fructum dat quàm uitis, ſed potius maiorẽ. Hæc igitur ſimilitudo poſita eſt in ſeruos dei, in pauperem et diuitem. Diues enim habet opes, à domino uero pauper eſt, diſtrahitur enim circa diuitias ſuas, et ualde exiguam habet orationem ad dominum, et quam habet, inertem habet, et non habentem uirtutem. Cum igitur diues præſtat pauperi quæ illi opus ſunt, pauper orat ad dominum pro diuite, et Deus præſtat diuiti omnia bona, quia pauper diues eſt in oratione, et uirtutem magnam habet apud dominum oratio eius. Sunt ergo ambo conſortes bonorum operum ſuorum. Vitis. Vlmus. Diues. Pauper.

Vt hyeme arbores omnes ſimiles ſunt ariridis, nec fructiferæ ab aridis internoſci poſſunt: Sic nec iuſti ab iniuſtis dignoſcuntur, ſed ſimiles ſunt in hoc ſeculo.

Arbores fructiferæ & aridæ. *Vt in æſtate fructus arboris cuiuſque declaratur & patet: Sic & iuſtorum facta declarabuntur & patebunt cum illuxerit miſericordia domini, & omnes hilares & gaudentes in illo ſeculo reſtituentur.*

Iuſtorū facta.

TERTVLLIANVS LIBRO DE *pœnitentia.*

Hoc enim pretio dominus ueniam addicere inſtituit, hac pœnitentiæ compenſatione redimendam proponit impunitatem.

Nummum examinantes. *Si ergo qui uenditāt, prius nummum quo paciſcuntur, examinant, ne ſcalptus, néue raſus, ne adulter etiam: dominū credimus, pœnitentiæ probationem prius inire, tantā nobis mercedem perennis ſcilicet uitæ conceſſurum?*

Publicatio ſui. *Pleroſque tamen hoc opus ut publicationem ſui aut ſuffugero, aut de die iń diem differre, præſumo, pudoris magis memores quàm ſalutis: uelut illi, qui in partibus uerecūdioribus corporis contracta uexatione, conſcientiam medentium uitant, & ita cum erubeſcentia ſua pereunt.*

Cōſcientiā medētium uitantes.

Libro de uelandis uirginibus.

Aliæ quibus plane maior eſt palma omni fimbria & filo, non minus capite ſuo abutuntur, ut beſtia quædam magis quàm auis licet pennata, breui capite, protracta ceruice, cætera altegradia. Hanc aiunt cum deliteſcendum habet, caput ſolum plane totum in condenſum abſtrudere, reliquam ſe in aperto relinquere. Ita dum in capite ſecura eſt, nuda quà maior eſt, capitur

Altegradia.

pitur tota cum capite. Tales erunt & iſtæ, minus quàm utile eſt tectæ.

Aſpice ipſam creaturam paulatim ad fructum promoueri. Granum eſt primo, & de grano frutex oritur, & de frutice arbuſcula enititur. Deinde rami & frondes inualeſcunt, et totum arboris nomen expanditur, inde germinis tumor, et flos de germine ſoluitur, et de flore fructus aperitur. Is quoq; rudis aliquandiu & informis, paulatim ætatem ſuam dirigens, eruditur in manſuetudinem ſaporis: Sic & iuſtitia (nam idem Deus iuſtitiæ & creaturæ) primo fuit in rudimentis, natura Deum metuens. Dehinc per legem & prophetas promouit in infantiam. Dehinc per Euangelium efferbuit in iuuentutem. Nunc per paracletum componitur in maturitatē. Hic erit ſolus à CHRISTO magiſter et dicendus & uerendus. Non enim ab ſe loquetur, ſed quæ mandantur à CHRISTO. Hic ſolus anteceſſor, quia ſolus poſt CHRISTVM. Hunc qui receperunt, ueritatem conſuetudini anteponunt. Gratia. Iuſtitia. Paracletus

Libro de cultu fœminarum. Perit enim ille ſimul in tua forma ſi concupierit, & admiſit iam in animo quod concupiuit, & facta es tu gladius illi, ut etſi à culpa uaces, ab inuidia non liberaberis. Vt cum in alicuius agro latrocinium geſtum eſt, crimen quidem dominum non conſtringit, dum res tamen eius ignominia notatur, ipſe quoque infamia aſpergitur. Forma. Latrociniū

Nonne ſapientes patresfamiliæ de induſtria quædam ſeruis ſuis offerunt atque permittunt, ut experiantur an æqualiter permiſſis utantur, ſi probe, ſi modeſte? Quanto autem laudabilior qui abſtinuerit in totum, qui timuerit etiam indulgentiam domini. Sic igitur & APOSTOLVS: Omnia, inquit, licent, ſed non omnia ædificant: quanto faci- Patres familiæ. Serui.

lius illicita timebit, qui licita uerebitur.

Lib. 2. ad uxorem. Nonne quiq; domini & diſciplinæ tenacißimi ſeruis ſuis foras nubere interdicunt, ſcilicet ne in laſciuiam excedant, officia deſerãt, dominica extraneis promant? Nonne inſuper cenſuerunt ſeruituti uindicandos qui cum alienos ſeruos poſt dominorum denunciationem in conſuetudinẽ perſeuerauerũt? Seueriores habebuntur terrenæ diſciplinæ cœleſtibus præſcriptis? ut gentiles quidem extraneis iuncti libertatem ſuam amittant, noſtræ uerò diaboli ſeruos ſibi coniungant & in ſtatu ſuo perſeuerent: ſcilicet denegabunt ſibi à domino per Apoſtolum eiuſdem denunciatum.

Terrenæ diſciplinæ. Cœleſtia præſcripta.

Luna. Sydera. De pallio. Luna modulationibus menſtruis uariat, ſyderum diſtincta confuſio, interdum reijcit quid, interdum res uitiat, cœli ambitus nunc ſub ſudo ſplendidus, nunc nubilo ſordidus, aut imbres ruunt, & ſi qua mißilia cum imbribus, dehinc ſubſtillum, & denuo ſudum: Sic & mari fides infamis, dum & flabris æque mutantibus de tranquillo probum, de luſtris temporatum, & extemplo de decumanis inquietat: Sic & terram recenſeas temporatim ueſtiri, amantem propeßis eadem negare, memor uiridem cum conſpicis flauam mox uiſurus & canam.

Mare.

Apologetico aduerſus gentes caput 22.

Multum ſpiritalibus uiribus licet & inuiſibiles & inſenſibiles in affectu potius quàm in actu ſuo apparent. Ac ſi poma, ſi fruges neſcio quod auræ latens uitium in flore præcipitat, in germine exanimat, in pubertate conuulnerat, ac ſi cæca ratione tentatus aër peſtilentes hauſtus ſuos effundit: eadem igitur obſcuritate contagionis aſpiratio dæmonum, & angelorum mentis quoque corruptelas agit furoribus & amen-

Poma. Fruges. Tentatus aër.

amentijs fœdis, ac ſæuis libidinibus cum erroribus uarijs.

De præſcriptionibus hæreti. In pugna pugilum & gladiatorum, plerunque non quia fortis eſt, uincit quis, aut quia non poteſt uinci: ſed quoniam ille qui uictus eſt, nullis uiribus fuit. adeo idem ille uictor bene ualenti poſtea comparatus, etiam ſuperatus recedit: Non aliter hæreſes de quorundam infirmitatibus habent, quod ualent, nihil ualentes ſi in bene ualentem fidem incurrant. Pugiles. Gladiatores. Hæreſes.

Sed enim febrem ut malum & de cauſa & de potentia ſua, ut notū eſt, abominamur potius quàm miramur, & quantum in nobis eſt præcauemus, non habentes abolitionem eius in noſtra poteſtate. Hæreſes uero mortem æternam & maioris ignis ardorem inferentes malunt quidam mirari quod hoc poſſint, quàm deuitare ne poſſint: cum habeant deuitandi poteſtatem. Febres. Hæreſes.

Etiam de oliuæ nucleo mitis & opimæ & ſuauiſſimæ, uentoſa & uana caprificus exurgit: Ita & hæreſes de noſtro fructificauerunt, non noſtræ: degeneres uarietatis grano, & mendacio ſylueſtres. Oliuæ nucleus. Caprificus

Aduerſus Marcionem libro 4. Sicut fructus ſeparatur à ſemine, cum ſit fructus ex ſemine: ſic & euangelium ſeparatur à lege dum prouehitur ex lege. Aliud ab illa ſed non alienum, diuerſum, ſed non contrarium. Fructus. Euangeliū. Lex.

Cyprianus lib. epiſtolarum 1. ad Cæcilium.

Quomodo ad potandum uinum ueniri non poteſt, niſi botrus calcetur antè & prematur: ſic nec nos ſanguinē Chriſti poſſemus bibere, niſi CHRISTVS calcatus prius fuiſſet, & preſſus, & calicē prior biberet, quē credentibus propinaret. Vinum. Sanguis CHRISTI.

Quem-

Grana. Quemadmodum grana multa in unum collecta, & commolita, & commixta unum panem faciunt: Sic in CHRISTO, qui eſt panis cœleſtis, ſciamus unum eſſe corpus, cui coniunctus ſit noſter numerus, & adunatus.

Vnum in CHRISTO corpus.

Mendacia. Atque hæc eſt frater ueré dementia, non cogitare, nec ſcire, quod mendacia non diu fallunt: noctem tam diu eſſe quàm diu illuceſcat dies: clarificato autem die, & ſole oborto, luci tenebras, & caliginem cedere, & quæ graſſabantur per noctem, latrocinia ceſſare.

Fidei robur. Inconcuſſa uirtus. Manere debet apud nos frater fidei robur immobile, & ſtabilis atq; inconcuſſa uirtus contra omnes incurſus, atq; impetus oblatrantium fluctuum, uelut petræ obiacentis fortitudine & mole debet obſiſtere.

Verna temperies. Lib. 2. epiſtola 4. Succeßit hyemi uerna temperies roſis læta, & floribus coronata, ſed uobis roſæ & flores de paradiſi delicijs aderant, & caput ueſtrum ſerta cœleſtia coronabant. Aeſtas. Area. Palea. Aeſtas ecce meßium fertilitate fœcunda eſt, & area frugibus plena eſt, ſed uos qui gloriam ſeminaſtis, frugẽ gloriæ metitis. Atq; in domini area conſtituti, exuri paleas inextinguibili igne conſpicitis ipſi ut tritici grana purgata, & frumenta precioſa iam probati & conditi, hoſpitium carceris horreum computatis. Nec deeſt autumno ad munera fungenda, temporis gratia ſpiritualis. Vindemia. Vindemia foris premitur, & profutura poculis in torcularibus uua calcatur. Vos de domini uinea pingues racemi & iam maturis fructibus botri, preſſuræ ſecularis infeſtatione calcati, torcular noſtrum ſentitis. Vini uice, ſanguinem funditis, ad paßionis tolerantiam fortes, martyrij poculum libenter hauritis. Sic apud ſeruos Dei annus euoluitur: Sic ſpiritualibus meritis, & cœleſtibus præ-

prœmijs, agon unus, ſed multiplici prœliorum numeroſitate congeſtus. Agon.

Libro epiſtolarũ 3. epiſtola 15. Quid enim ſi in mari portus aliquis munitionibus ſuis ruptis infeſtus & periculoſus eſſe nauibus cœperit, nonne nauigantes, ad proximos portus naues ſuas dirigunt, ubi ſit tutus & ſalutaris introitus & ſtatio ſecura? Aut ſi in uia ſtabulum aliquod obſideri & teneri à latronibus cœperit, ut quiſquis ingreſſus fuerit, inſidiantium illic infeſtatione capiatur, nonne commeantes hac opinione comperta, ſtabula illa in itinere appetunt tutiora, ubi ſint fida hoſpitia, & receptacula commeantibus tuta? Quod neceſſe eſt apud nos eſſe frater chariſſime, ut fratres noſtros, qui iactati Martiani ſcopulis, petunt eccleſiæ portus ſalutares, ſuſcipiamus prompta, & benigna humanitate, & ſtabulum commeantibus præbeamus, quale eſt in euangelio, quo à latronibus ſauciati, & uulnerati ſuſcipi, & foueri, & tutari ab ſtabulario poſſunt. Portus infeſtus et periculoſus Stabulũ à latronibus obſeſſum. Euangelicũ ſtabulum.

Libro 4. epiſtola. 2. Graues uiros & ſemel ſuper petram robuſtam, ſolida ſtabilitate fundatos, non dico aura leui, ſed nec uento, nec turbine commoueri, ne animus dubius & incertus uarijs opinionibus, uelut quibuſdam uentorum incurſantium flatibus, frequẽter agitetur à propoſito ſuo, quadam leuitatis reprehenſione mutetur. Graues uiri.

Libro 3. epiſtolarum, epiſtola 16. Nemo adhuc importuno tempore acerba poma decerpat. Nemo ſuã nauem quaſſatam & perforatam fluctibus, priuſquàm diligenter eam refecerit, in altum denuo committat. Nemo tunicam ſciſſam accipere & indicare poteſt, niſi eam ab artifice perito ſartam uiderit, & fullone curatam receperit.

Nec

Manus impoſitio. Nec ad communicationem uenire quis poteſt niſi prius illi à paſtore manus fuerit impoſita.

Libro 4. epiſtola 2. Operari tu putas ruſticum poſſe, ſi dixeris: Agrum peritia omni ruſticitatis exerce, culturis diligenter inſiſte, ſed nullam meſſem metes, nullam uindemiam premes, nullos oliueti tui fructus capies, nulla de arboribus poma decerpes? Vel ſi cui demum uſum nauium ſuadens dicas: Materiam de excellentibus ſyluis mercare frater, catenam præualidis, & electis roboribus intexe clauo, funibus, uelis, ut fabricetur atque armetur nauis, operare, ſed cum hoc feceris, fructum de actibus eius, & curſibus non uidebis? Ita

Pœnitētia. ſi tollas pœnitentiam, quis non ſtatim pereat? quis non ipſa deſperatione deficiat?

Scorpij. Serpentes. Spiritus nequam. Libro epiſtolarum 4. epiſtola 7. Sicut ſcorpij & ſerpentes, qui in ſicco præualent, in aquam præcipitati, præualere non poſſunt, aut ſua uenena retinere: Sic & ſpiritus nequam qui ſcorpij & ſerpentes appellantur, & tamen per nos data à domino poteſtate calcati, permanere ultra non poſſunt in hominum corpore, in quo baptizato & ſanctificato incipit ſpiritus ſanctus habitare. Hoc denique & rebus ipſis experi-

Baptiſmi gratia. mur, ut neceſſitate urgente in ægritudine baptizati, & gratiam conſecuti careant in mundo, quo antea mouebantur, & laudabiles in eccleſia uiuant.

Dies. Sol. Aequalitatis ſacramentum. Manna. Si dies omnibus æqualiter naſcitur, ſi ſol ſuper omnes æquali et pari luce diffunditur, quanto magis CHRISTVS ſol & dies uerus in eccleſia ſua, lumē uitæ æternæ pari æqualitate largitur? Cuius æqualitatis ſacramentum uidemus in Exodo eſſe celebratū, cū de cœlo māna deflueret, et futurorū præfiguratione, alimentū panis cœleſtis, cibum CHRISTI

uenien-

uenientis oſtenderet. Illic enim ſine diſcrimine ſexus uel ætatis, gomor, à ſingulis æqualiter colligebatur. Vnde apparebat, CHRISTI indulgentiam & cœleſtem gratiã poſtmodũ ſecuturã, æqualiter omnibus diuidi, ſine ſexus uarietate, ſine annorum diſcrimine, ſine acceptione perſonæ, ſuper omnem DEI populum ſpiritualis gratiam muneris infundi. Planè eadẽ gratia ſpiritualis, quæ æqualiter in baptiſmo à credentibus ſumitur, in conuerſatione atq; actu noſtro poſtmodum uel minuitur uel augetur, ut in euangelio ſemen æqualiter ſeminatur, ſed pro uarietate terræ aliud abſumitur, aliud in multiformem copiam, uel triceſimi, uel quadrageſimi, uel centeſimi numeri, fructu exuberante cumulatur. CHRISTI indulgẽtia. Cœleſtis gratia. Semen.

Epiſtola ad Maximum. Quod ſi aliquis in illo mouetur, quòd quidã qui ægri baptizantur, ſpiritibus adhuc immũdis tentantur, ſciat diaboli nequitiam pertinacem uſq; ad aquam ſalutarem ualere: in baptiſmo uero omne nequitiæ ſuæ uirus amittere. Quod exemplum cernimus in rege Pharaone, qui diu reluctatus, ac in perfidia ſua demoratus, tam diu reſiſtere potuit, & perualere, donec ad aquam ueniret: quò cum ueniſſet, & uictus eſt & extinctus. Spiritus immundi. Omne nequitiæ uirus baptiſmo tollitur

Tractatu ſecundo de habitu uirginum. Si hauſto poculo moreretur ille qui biberat, uenenum ſcires eſſe, quod ille potauit. Si accepto cibo, qui acceperat interiret, ſcires eſſe lethale, quod acceptum potuit occidere, nec ederes inde nec biberes, num interiſſe alios antè conſpiceres? Nunc quanta ignorantia ueri eſt animi, quanta animi dementia, id uelle quod & nocuerit ſemper, & noceat, & putare quod inde ipſe non percas, unde alios periſſe cognoſcas. Poculũ uenenoſum. Cibus lethalis. Ignorãtia. Dementia.

Ibidem. Si quis pingendi artifex uultum alicuius & ſpeciem, Pingendi artifex.

ciem, & corporis qualitatem æmulo colore ſignaſſet, & ſignato iam conſummatoq; ſimulachro manus alius afferret, ut iam formata, iam picta quaſi peritior reformaret, grauis prioris artificis iniuria, & iuſta indignatio uideretur. Tute exiſtimas impune laturam tam improbæ temeritatis audaciam, Dei artificis offenſam? Vt enim impudica circa homines & inceſta fucis lenocinantibus non ſis corruptis uiolatisq́; quæ Dei ſunt peior adultera detineris.

Improbæ temeritatis audacia.

Eccleſia

Tractatu 3. de ſimplicitate prælatorum. Eccleſia una eſt, quæ in multitudinem latius incremento fœcunditatis extenditur, quomodo ſolis radij multi, ſed lumen unum & rami arboris multi, ſed robur unum tenaci radice fundatum. Et cum de fonte uno riui plurimi defluunt, numeroſitas licet diffuſa uideatur exundantis copiæ largitate: unitas tamen ſeruatur in origine. Auelle radium ſolis à corpore, diuiſionem lucis unitas non capit. Ab arbore frange ramum, fructus germinare non poterit. A fonte præcide riuum, præciſus areſcet: Sic & eccleſia domini luce perfuſa, per orbē totum radios ſuos porrigit, unum tamen limen eſt, quod ubiq; diffunditur, nec unitas corporis ſeparatur, ramos ſuos in uniuerſam terram copia ubertatis extendit, profluentes largiter riuos latius expandit, unum tamen caput eſt & origo una & una mater fœcūditatis ſucceſſibus copioſa. Illius fœtu naſcimur, illius lacte nutrimur, ſpiritu eius animamur. Adulterari nō poteſt ſponſa CHRISTI, incorrupta eſt & pudica. Vnam domum nouit, unius cubiculi ſanctitatem caſto pudore cuſtodit. Hec nos Deo ſeruat, hæc filios regno, quos generauit, aſſignat.

Solis radij. Rami.. Riui.

Sponſa CHRISTI.

Gratulandum cum lupi, beſtiæ, de eccleſia ſeparantur, ne columbas, ne oues CHRISTI ſæua ſua et uenenata contagione

Hæretici. Catholici.

gione prædentur. Cohærere & cõiungi non poteſt amaritudo cũ dulcedine, caligo cum lumine, pluuia cũ ſerenitate, pugna cũ pace, cum fœcunditate ſterilitas, cũ fontibus ſiccitas, cũ tranquillitate tẽpeſtas. nemo putet bonos poſſe de eccleſia diſcedere. Triticũ nõ rapit uẽtus, nec arborem ſolida radice fundatam procella ſubuertit. Inanes paleæ tẽpeſtate iactantur, inualidæ arbores, turbinis incurſione euertuntur. Triticum. Paleæ.

Diabolus dictus ſerpens, quia cum latenter obrepit, cum per pacis imaginem fallens, occultis acceßibus ſerpit (unde nomen ſerpentis accepit) ea eſt eius aſtutia, ea eſt circumueniendi hominis cæca & latebroſa fallacia, ut aſſerere uideatur noctem pro die, uenenum pro ſalute, deſperationẽ ſub obtentu ſpei, perfidiã ſub prætextu fidei, Antichriſtum ſub uocabulo CHRISTI: ut dum uerisimilia mentiuntur, ueritatẽ ſubtilitate fruſtrẽtur. Nam transfigurat ſe in angelum lucis. Diabolus ſerpens. Aſtutia.

Scindi unitas non poteſt, nec corpus unum, dißidio compaginis ſeparari, diuulſis laceratione uiſceribus in fruſta diſcerpi. Quicquid à matrice diſceſſerit, ſeorſum uiuere & ſpirare non poterit, ſubſtantiam ſalutis amittit. Vnitas. Matrix.

Corruptores euangelij, atque interpretes extrema ponunt, & ſuperiora prætereunt, partim immemores, & partim ſubdole corrumpentes. Vt ipſi ab eccleſia ſcißi ſunt: Ita capituli unius ſententiam ſcindunt. Euangelij corruptores.

Tractatu primo contra Demetrianum. In agro, inter cultas & fertiles ſegetes lolium & auena dominatur: Ita iuſti cum impijs, mali cum bonis. Lolium. Mali.

Sermone 4. de immortalitate. Carnis incommoda ſunt nobis communia cum humano genere. Sic cũ flatu ſterili, terra ieiuna eſt, neminem fames ſeparat: ſic cum incurſione ho- Carnis incommoda. Fames.

Captiuitas ſtili ciuitas aliqua poſſeſſa eſt, omnes ſimul captiuitas uaſtat. Et quando imbres nubila ſerena longa ſuſpendunt, Siccitas. omnibus ſiccitas una eſt. Et cum nauem ſcopuloſa ſaxa con- Periculum. fringunt, nauigantibus ſine exceptione commune periculum eſt. Et oculorum dolor, & impetus febrium, & omnium ualetudo membrorum cum cæteris nobis communis eſt.

Si tibi uir grauis & laudabilis aliquid polliceretur, habe res utiq; pollicēti fidem, nec te falli ac decipi ab eo crederes, quem ſtare in ſermonibus atq; actibus ſcires: nunc Deus tecū Mente fluctuans. loquitur, & tu mente incredula perfidus fluctuas? Deus tibi de hoc mundo recedenti, immortalitatē pollicetur atq; æternitatem, & tu dubitas? hoc eſt Deū omnino non noſſe, hoc eſt Peccatum incredulitatis. CHRIſtum credentiū magiſtrū peccato incredulitatis offendere: hoc eſt in eccleſia conſtitutū, fidē in domo fidei nō habere.

Pugna. Niſi præceſſerit pugna, non poteſt eſſe uictoria: cū fuerit Victoria. in pugnæ congreſsione uictoria, tunc datur uincentibus & corona. Nam gubernator in tēpeſtate dinoſcitur, in acie miles probatur. Delicata iactatio eſt, cum periculum non eſt, conflictatio in aduerſis, probatio eſt ueritatis. Arbor. Arbor quæ alta radice fundata eſt, uentis incumbentibus non mouetur: & Nauis. nauis quæ forti compage ſolidata eſt, pulſatur fluctibus, nec fertur: Et Area. quando area fruges terit, uentos grana fortia et robuſta contemnunt, Paleæ. inanes paleæ flatu portante rapiuntur: ſic et Paulus. Paulus poſt naufragia, flagella, poſt carnis & corporis grauia tormenta, non uexari, ſed emendari ſe dicit in aduerſis.

Si in habitaculo tuo parietes uetuſtate nutarēt, terra deſuper tremeret, domus iam fatigata, iam laſſa, ædificijs ſenectute labentibus, ruinā proximā minaretur: Domus ruinam minitans. nonne omni celeritate migrares? Si te nauigāte turbida & procelloſa tempe

ſtas

ſtas fluctibus ui uẽtis excitatis, prænunciaret futura naufragia: nonne portũ uelociter peteres? Mundus ecce nutat & labitur, et ruinã ſui, nõ iã ſenectute rerũ, ſed fine teſtatur, et tu nõ Deo gratias agis, nõ tibi gratularis, ꝗ exitu maturiore ſubtractus, ruinis & naufragijs, & plagis imminẽtibus exuaris? Tempeſtas

Conſiderandũ eſt fratres dilectiſſimi, et identidẽ cogitandũ, renũciaſſe nos mũdo, et tanꝗ hoſpites et peregrinos hic interim degere. Amplectamur diẽ, q aſſignat ſingulos domicilio ſuo, q nos iſtinc ereptos, et laqueis ſecularibus exutos, paradyſo reſtituit & regno cœleſti. Quis nõ peregre cõſtitutus, properet in patriã regredi? Quis nõ ad ſuos nauigare feſtinãs, uentũ proſperũ cupidius optaret, ut uelociter charos liceret amplecti? Patriã noſtrã paradyſum cõputamus, parentes noſtros, patriarchas habere iã cœpimus: qd nõ properamus et currimus, ut patriam noſtrã uidere, ut parẽtes ſalutare poſſimus? Magnus illic nos charorũ numerus expectat, parentũ, fratrũ, filiorũ frequens nos & copioſa turba deſiderat, iã de ſua immortalitate ſecura, de noſtra ſolicita. Ad horũ conſpectũ et complexũ uenire, ꝗta et illis, et nobis in cõmune lætitia eſt? Hoſpites. Peregrini. Paradyſus Patriarchæ.

Si tibi in his naturæ lubricis malis poſito, uitæ promittentur exceſſus, nonne omni mente gauderes? Si qua te in huius uitæ turbinibus fluctuante uicina acceſſerit requies, nonne mortem pro remedio computares, poſitus inter arma carnificum, ac tela prœliantium? &c. Lubrica naturæ mala

Feriant licet fluctus, & reuolutum æquor identidem pulſet: tamen hæret immobilis uirtus, nec undis circumſpumantibus ad operta ſuccumbit, donec per ſcopulos uix digeſta ſe ſupprimat, & ſuperiacens in aperta litoris ſpacia, ipſum æquor euadat. Immobilis uirtus.

Libro de duodecim abuſionibus. Sicut fructus non

Flos. inuenitur in arbore, in qua flos prius non apparuit: Sic in ſe-
Honor. nectute honorem legitimum conſequi non poterit, qui in ado
leſcentia diſciplinæ alicuius exercitatione non laborauit.

Oculi. Quemadmodum iidem oculi cœlum & terram pariter
Mundi & nequaquàm aſpiciunt: Ita mundi amor, & Dei pariter, in
Dei amor. uno corde habitare non poſſunt.

Imperitus Sermone 5. de lapſis. Imperitus eſt medicus, q tumētes uul
medicus. nerū ſinus, manu parcente contrectat, & in altis receſſibus ui
ſcerum, uirus incēſum, dum ſeruat, exaggerat. Aperiendū uul
Vulnus. nus eſt et ſecandum, & putredinibus amputatis, medela for-
tiore curandum: uociferetur & clamet licet & conqueratur
æger, impatiens per dolorem, gratias aget poſtmodum, cum
ſenſerit ſanitatem: Sic oportet Dei ſacerdotem non obſequijs
Remedia decipientibus fallere, ſed remedijs ſalutaribus prouidere.

ſalutaria. De exhortatione martyrij ad Fortunatum. Neq; idoneus
Miles. poteſt eſſe miles ad bellum, qui non exercitatus in cāpo prius
Agoniſtica fuerit. Aut qui agoniſticam coronam quærit adipiſci, in ſta-
corona. dio coronabitur, niſi uſum & peritiā uirium antè meditetur.

Veſtis. Si confectā et paratā iam ueſtem darem, ueſtis eſſet mea,
qua alius uteretur, & forſan non pro habitudine ſtaturæ &
corporis, res alteri facta, minus cōgruens haberetur: Nūc ue
Agnus. rò de agno, per quē redempti et uiuificati ſumus, lanā ipſam
Lana. et purpurā miſi, quam cū acceperis, tunicā tibi pro uolūtate
Purpura. cōficies, et plus ut in domeſtica tua atq; propria ueſte lætabe
ris, et cæteris quoq; ut cōficere et ipſi pro arbitrio ſuo poſſint,
q miſimus exhibebis, ut uetera illa nuditate cōtecta, perferāt
omnes indumenta IESV, cœleſtis gratiæ ſanctificatione ue-
(ſtiti.

Peccata. Sermone 5. de lapſis. Hoc ſunt peccata lapſis,
quod grando frugibus, quod turbidum ſydus arboribus,
quod

quod armentis peſtilens uaſtitas, quod nauigijs ſæua tempeſtas.

De ſingularitate clericorum. De carbonibus ſcintillæ diſſiliunt, de ferro rubigo nutritur, morbos aſpides ſibilant, & mulier fundit concupiſcentiæ peſtilentiam, quam ſalomon ſic comparat dicens: De ueſtimento procedit tinea, & à muliere iniquitas uiri. Mulier fundit cōcupiſcentiæ peſtilentiam.

Habent multi diuitias, quas ſuis uſibus negant, quibus ſi nulla cupiditas inhæſiſſet, nec cupiditatis inſignia poßideret. At uero quia cupiditate poſſeßi ſunt, perfruūtur animo ꝙ uſu nō tangunt: Ita qui deſpexit uinculū nuptiarum, & aliter uinculis fœmineis obligatur, quamuis nullo concubitu miſceatur: deſiderio tamē, uiſu, colloquio, coniūctione ſemper oblectatur. Diuitiæ. Vincula fœminea.

Habes nunc carnem tuam quam ſuperes ſemper. Quid tibi uis alteram uelle conducere? Nemo ſuper unam febrem cupit adhibere priorem: ne incipiat hemitritæo inſatiabili laborare, cui nullus ualeat medicus ſubuenire. Neque aliquis ſuper onus proprium, tollit alienum, ne oneribus duobus uſque ad inferos demergatur. Caro. Hemitritæus.

Ex improuiſo uel tranſeunter ad horam fœmineus aſpectus ocurrens, uelut ſagittas alienis oculis iactat. Fœmineus aſpectus.

Acrius diuitibus ꝙ̃ pauperibus inuidetur, & non inopes, ſed locupletes inquietat infeſtatio ſæua latronum. Plus duces & principes, quàm milites ab hoſtibus appetuntur in pugna: Et uiolentius propulſantur uentis & turbinibus culmina quæcunque ſunt altiora: Ita magis magiſq; quò plus cæteris unuſquiſque poteſt, ſciat eſſe ſibi metuendum ne in aliquo minoretur. Culmina. Decidunt turres grauiore lapſu

Quòd ſi aliquis dicit: captiuū teneo aduerſarium meum,

cui ſemper inſultē: uideat ne forte aduerſus cū captiuus inci-
Theſaurus piat prævalere. Nunq̄ ſecurus cū theſauro latro tenetur inclu
ſus, nec intra unam caueā habitans, cū lupo, tutus eſt agnus.
Hoſtis. Ipſe ſe uoluit ſuperari, qui hoſtē propriū in ſuas portas indu
xit, et inteſtinū gladiū ſibi ipſe ſuppoſuit, q locū habitationis
ſuæ aduerſarij ingreſſibus reſerauit, et qui fretus eſt conuer-
ſari cū ſcandalo, ſine cauſſa dicit: Pacatus uolo eſſe cum dia-
bolo, contra Apoſtolum dicentem: Nolite locū dare diabolo.
Omni ergo modo muniendus eſt locus, ubi fuerit theſaurus
abſcōditus, ne per unā cauernā, totū parietē latro ſuffodiat.

Rimæ. Porta. Omnes ergo rimæ, ne dicam portæ claudendæ ſunt, ne per unum foramen caſtra omnia penetrentur, & uniuerſa componenda ſunt munimenta, ne per modicum non munitum, tota ciuitas ruat. Sicut Salomon repetit dicens: Qui ſpernit modica, paulatim cadit.

Ambulantes in tenebris. Ambulantes in tenebris ſibimetipſis lumen non poſſunt oſtendere, niſi ultroneum ſeipſos non uidentibus offeratur lumen: Ita humana cæcitas ad Deum non dirigit uiam, niſi ipſe lucernam legis oſtendat.

Tēpeſtates. Vni cōtingit per tempeſtates nauigia feliciter explicare, & alteri talis felicitas non poteſt euenire: Sic unus ſine querela cum mulieribus conuerſatur, alius cadit.

Mulierum commercia. Conſimiles filij. Sermone 2. de zelo & liuore. Si hominibus lætum eſt & glorioſum, filios habere conſimiles, & tunc magis generaſſe delectat, ſi ad patrem liniamentis paribus ſoboles ſubciſiua reſpondeat: Quantò maior in Deo patre lætitia eſt, cum quis ſic ſpiritaliter naſcitur, ut actibus eius & laudibus diuina generoſitas prædicetur?

Lætitia.

Sicut bonus dominus mali ſerui miniſterio bonam facit

eleemo-

eleemoſynam: Ita & per alium licet impœnitentem, miſericors dominus alium reuocare uult ad pœnitentiam. Eleemoſyna.

Cum maleficus quiſpiã condemnatur, quòd filiũ regis aut principis iugulauerit, & tu interim uelut innocens ſecurè cantares ac luderes, donec terrificè comprehenſus cõuincereris, quòd homicidium ſubornaſſes. Vbi reuera tibi latiſſimus terrarum orbis in anguſtum contrahi deberet, præſertim ſi cõſcientiæ quoq; teſtimonium te deſtitueret. Ita longe pauidior fieri debes, cum CHRISTI *paſſionem animo recenſes.* Maleficus. Homicidiũ CHRISTI paſſio.

Sicut tibi (ſi modo ſanæ mẽtis homo es) dolet te ſpiritualiter à morte peccati et ſpiritu maligno cruciari: Ita dolet, & uehementer dolet id CHRISTO *propter te in ſua paſſione.* Mors peccati. CHRISTI dolor.

Epiſcopus ſacer templum conſecrans, pueros confirmans, non conſecratur ijs ipſis temporibus in Epiſcopum: imò niſi antè eſſet conſecratus Epiſcopus: nullum iſtorum quicquàm ualeret, eſſentq; puerilia, ſtulta & ludicra: Ita Chriſtianus per fidem ſuam conſecratus, bona facit opera: ſed non per hæc magis ſacer aut Chriſtianus efficitur: hoc enim ſolius fidei eſt, imò niſi ante crederent, nihil prorſus ualerent omnia opera, eſſentq; uerè impia & damnabilia peccata. Epiſcopus cõſecrãs & confirmãs. Bona opera.

Sicut infantibus maximè opus eſt foueri ſinu, & officio puellarum, ne pereant, quibus tamen adultis periculum eſt inter puellas uerſari: Ita & feruentis ætatis hominibus opus eſt, ut ceremoniarum clauſtris etiam ferreis teneantur, ne impotens eorum anima per uitia præceps eat: & tamen mors eis fuerit, ſi non opinione iuſtificationis in eis perſeuerarint, cum docendi potius ſint, non ideo ſe fuiſſe ſic incarceratos, ut per hæc iuſti ſint, ſed ne mala facerent, & ad Infantes. Ferrea ceremoniarũ clauſtra.

iuſtitiam fidei facilius erudirentur.

Fides. Quemadmodum uiuam energiam, nempe fidem, cordi indere nemo poteſt, niſi ſolus Deus: Ita & malitiam ſeu

Incredulitas. incredulitatem cordis nemo à ſe depellere poteſt, niſi per gratiam & ſpiritum Dei.

Aquæ gutta. Sicut modica aquæ gutta multo uino infuſo à ſe tota deficit, uiniq́; ſaporem & colorem induit: Ferrum candens priFerrum cãdens. ſtina propriaq́; forma exuitur, & igni ſimillimum efficitur. Solis radio aër perfuſus, in eandem transformatur luminis

Solis radij. Speculum. claritatem. Et ſpeculum radijs ſolaribus directe irradiatum, ſolis in ſe recipit ſimilitudinem, idq́; putares alterum eſſe ſolem: Ita etiam beati Dei claritate in intimis ſuis to-

Deiformes taliter penetrantur, ſicq́; Deiformes effecti in Dei ſimilitudinem transformantur.

Videns ſpeculum. Sicut uidendo ſpeculum, homo uidet ſeipſum, & multa alia ibidem præſentia: Ita & beatus uidendo Deum, ſimul et ſemel unica uiſione uidet ſeipſum, & omnia ad beatitudinis integritatem ſibi neceſſaria.

Oculus. Sicut oculus unus uerti non poteſt, quo & alius non uer-

Voluntas. tatur.: Ita & quicquid unus uoluerit, eò & aliorum uoluntas uertetur.

Sicut etiam oculus non ualet eſſe manus, nec manus ualet eſſe oculus: Ita etiam licet diſtent ab inuicem differentibus

Merita. meritis, tamen ſingulis ſua præmia ſufficientur.

Mercator. Mercator dum quicquam emit, et iam aliquod pignus re-

Pignus. cepit, tametſi merces ſuas nondum habeat, eas tamen habere ſe reputat: Deus ſuam gloriam nobis promiſit in pignus inte-

Euchariſtia. rim, & filium ſuum in euchariſtia dedit.

Viator. Viator qui ambulando laborat, ideo laborẽ patienter to-

lerat,

lerat, quia tandem peruenire ſperat: tolle ſpem peruenien-di, continuo frāguntur uires ambulandi. Medicus expromit ferrum ad ſecanda uulnera, & dicit ei quem ſecturus eſt, patiens eſto, ſuſtine, tolera: in doloribus exigit patientiam, ſed poſt dolorem prómittit ſanitatem: ægrotus autem niſi ſanitatis ſpem ſibi proponeret, in dolore quem patitur deficeret: Ita & iugum domini portantibus, ſpes gloriæ miram parit conſolationem. Medicus. Aegrotus. Iugū domini portantes.

Sicut enim corpori exitiale eſt corporalem cibum non poſſe percipere: Ita animæ pernitioſum eſt, ſpirituales delitias faſtidire. ſpirituales delitiæ.

Ad Pompeium contra epiſtolam Stephani. *Si canalis aquæ qui copioſe prius & largiter profluebat, ſubito deficiat, nonne ad fontem pergitur, ut illic defectionis ratio noſcatur, utrúmne creſcentibus uenis, in capite ſiccauerit, an uero integra inde & plena procurrēs, in medio itinere deſtiterit? Aut ſi uitio interrupti uel bibuli canalis effectum eſt, quo minus aqua perſeueranter, continue ac iugiter flueret, refectio & confirmato canali, ad uſum atque potum ciuitatis, aqua collecta eadem ubertate atq; integritate repræſentatur, qua de fonte proficiſcitur. Quod & nunc facere oportet Dei ſacerdotes, præcepta diuina ſeruantes, ut in aliquo, ſi nutauerit et uacillauerit ueritas, ad originem dominicam, & euangelicā & apoſtolicam traditionem reuertamur, & inde ſurgat actus noſtri ratio, unde & ordo & origo ſurrexit. Nam ſi ad diuinæ traditionis caput & originem reuertamur, ceſſat error humanus, & ſacramentorum cœleſtium ratione perſpecta, quicquid ſub caligine ac nube tenebrarum obſcurum latebat, luce ueritatis aperitur.* Canalis aquæ. Origo dominica. Euangelica & apoſtolica traditio.

Cœnum. Paruulum morientem liberans. In expoſitione Symboli apoſtol. Si quis uideat paruulũ in profundo cœni necari, & ipſe cum ſit uir magnus & potens, extremis (ut ita dixerim) plãtis ingrediatur cœnum, & paruulum morientem liberet, pollutúſne à te accuſabitur hic uir, quòd paululum luti calcauerit? an ut miſericors laudabitur, quòd uitam contulerit morituro? Sed hæc etiam de communi honore dicta ſunt. Redeamus nunc ad naturam eius qui natus eſt. Quantum putas natura ſolis eo inferior eſt? quantum

Solis radij. creatura ſine dubio creatore? Intuere nunc ſolis radios, ſi in cœni alicuius uoraginem demittantur, nunquid iam aliquid inde pollutionis acquirunt? aut obſcœnorum illuſtratio ſolis ducetur iniurijs? Ignis quoque natura quantò eſt inferior his de quibus ſermo eſt? Et nulla materia uel obſcœna, uel turpis, adhibita ei, ignem polluiſſe creditur. Cum ergo hæc ita eſſe in rebus naturalibus conſtet: tu in illa ſuperuenienti

Ignis. & incorporea natura, quæ ſuper omnem ignem & ſupra omne lumen eſt, pollutionis aliquid putas aut obſcœnitatis incidere?

Hamus eſca conſeptus. Mortis imperium. Sicuti ergo hamum eſca conſeptum ſi piſcis rapiat, non ſolum eſcam cum hamo non remouet, ſed & ipſe de profundo eſca alijs futurus educitur: Ita & is qui habebat mortis imperium, rapuit quidem in mortem corpus Ieſu, nõ ſentiens in eo hamum diuinitatis incluſum: ſed ubi deuorauit, hæſit ipſe cõ

Inferni clauſtra. tinuo, & diſruptis inferni clauſtris, uelut de profundo tractus traditur, ut eſca cæteris fiat.

Nauem ingrediens. Sicut nauem quis ingreditur, & liquido ac profundo uitam cõmittit elemento, niſi ſe credat prius poſſe ſaluari? Nec

Agricola. agricola ſemina ſulcis obruit, & pro frugibus ſpargit in terram, niſi crediderit uenturos imbres, affuturum quoq; ſolis te

porem

porem, quibus terra confota, ſegete quoq; multiplicata, frugẽ producat, & uentis ſpirantibus inebriet: Sic nihil eſt quod in uita geri poteſt, niſi credulitas antè præceſſerit. Et ſicut matrimonia contrahuntur, quia creditur ſucceſſura poſteritas. Et pueri diſcendis artibus traduntur, quia magiſtrorum in diſcipulos transfundenda creditur diſciplina. Imperij quoq; inſignia unus ſuſcipit, dum credit ſibi urbes, populosq;, ac armatum exercitum parituros. Quod ſi hæc ſingula, niſi prius crediderit futura, nullus aggreditur: quomodo non multò magis ad agnitionem Dei credendo ueniatur?

Matrimonia.

Diſciplina.

Imperij inſignia.

Cum proferuntur exempla, non per omnia ſimilitudinem ſeruare poſſunt rei illius cui præbere putantur exemplũ, ſed unius alicuius partis, pro qua uidentur aſſumpta, ſimilitudinem tenent. Verbi gratia, ut cum in Euangelio dicitur: Simile eſt regnum cœlorum fermento, quod abſcondit mulier in farinæ menſuris tribus. Nunquid putamus regnum cœlorum ſic per omnia ſimile eſſe fermento, ut & ſubſtantia illa palpabilis ſit ac fragilis, ut acida fieri poßit & corrupta? an ad hoc ſolum exemplũ iſtud uidetur aſſumptum, ut oſtenderetur ex parua prædicatione uerbi Dei, humanas mentes fidei fermento poſſe coaleſcere: Similiter & cum dicitur: Simile eſt regnũ cœlorũ reti miſſo in mare, quod ex omni genere piſciũ attrahit: & in hoc nunquid putandũ eſt, quòd naturæ lini quo rete aptatur, ac nodis quibus maculæ nectuntur, regni cœlorũ ſubſtantia per omnia conferatur? An ad hoc ſolum uidetur aſſumpta cõparatio, ut oſtenderet, quia ſicut rete de profundo maris piſces adducit ad littus: ita de profundo huius ſeculi errore, humanæ animæ regni cœlorum prædicatiõe liberantur? Ex quibus conſtat, exempla non in omnibus his, quorũ ex-

Exẽpla per ſimilitudinem prolata.

Fermentũ in tribus mẽſuris farinæ abſcõditum.

Verriculũ ſiue rete in mare miſſũ

empla ſunt, eſſe ſimilia. Alioquin ſi eadem eſſent omnia, iam nõ diceretur, ſed ipſæ potius res de quibus agitur, uiderẽtur.

Velut ſi quis rex pergat ad gentẽ, in qua proprios habeat captiuitatis uinculo alligatos, deuictáq;, carcerẽ intret, in quo uincti detinebantur, ſoluat catenis uincula, & clauſtra comminuat, & uinctos in remiſſionẽ educat, & eos qui ſedent in tenebris & in umbra mortis, luci ac uitæ reſtituat. Ergo dicitur rex fuiſſe quidem in carcere, non tamen ea conditione qua cæteri qui tenebãtur incluſi, ſed illi quidem ut pœnas ſoluerẽt, hic uerò ut abſolueret pœnas: Ita diuina natura in mortem per carnem deſcendit, non ut lege mortaliũ detineretur à morte, ſed ut per ſe reſurrecturus, ianuas mortis aperiret.

Captiui. Vincti. Reſurrectio.

Cum uideas quòd mortale ingenium demerſus in profundum terræ metallorum uenas rimatur, & artificis oculus aurum uidet, in quo imperitus terram eſſe putet: & quum auri propriam eſſe uenam, & argenti aliam, æris quoque diſparem, ferri quoq; & plũbi diuerſa in terra ſpecies latere mortale deprehendat ingenium: Diuina uirtus inuenire poſſe & diſcernere non putabitur uniuſcuiuſq; carnis proprium ſenſum, etiamſi uideatur diſperſum?

Metallorũ uenæ. Diuina uirtus.

Si quis diuerſa ſemina in unum permiſceat, & hæc indiſcreta ſeminet, uel paſſim ſpargat in terram, nonne uniuſcuiuſque ſeminis, quocunque loco fuerit ſatio, competenti tempore ſecundum naturæ ſuæ ſpeciem germen producit, & culmen ſuæ formæ ſuiq; corporis reparat? Ita ergo & uniuſcuiuſq; carnis ſubſtantia, quamuis uariè & diuerſe diſperſa ſit: ratio tamen ipſa quæ ineſt unicuiq; carni, immortalis eſt.

Diuerſa ſemina in unum cõfuſa

Iob quoq; myſticis redundãs totus eloquijs, audi quàm euidenter reſurrectionem prædicet mortuorum: Eſt, inquit, ar-

boris

boris ſpes,ſi enim abſciſſa fuerit,iterum pullulabit,& uirgultum eius nunquam deficit: quòd ſi ſenuerit, in terra erit radix eius. Si autem in petra mortuus fuerit truncus eius,odore aquæ reflorebit,& faciet fruticem quaſi nouella. Vir uerò ſi mortuus fuerit,abijt,& mortalis ſi ceciderit, ultra iam nõ erit. Non tibi uidetur in his cum quodam pudore arguere homines,& dicere: Itáne eſt ſtultum hominum genus, ut cum uideant abſciſſæ arbori uitam redire, ipſi nec lignis ſimile aliquid de ſemetipſis,nec arboribus opinentur? Arbor rediuiua.

Sermone de baptiſmo: Ecce in nomine ſuo nihil quæſtuarij peragunt exorciſtæ,nec ſe eis deferre ipſi dæmones profitentur,ſed nomen CHRISTI,etiam per lucrorum ſectatores ſuæ gloriæ retinet poteſtatem, & fiunt in talibus cauſis miniſtri mercenarij, ſicut naues onerariæ, quæ per pelagus euehunt inſtitores,quarum rectores potius, eorum quos ducunt, pecunijs inhiant,quàm ſaluti. Et tamen mare huius ſeculi,neceſſarios habet huiuſmodi tranſuectores,alioqui ceſſabunt commercia,nec ex tranſmarinorum copia,aliorum inopia habebit ſubſidium, nec occurrent ſibi ſolatia regionum, ſi uehicula tollantur,imò & pelagus immeabile relinquatur. Bonis quippe ſæpe malorum miniſteria ſuffragantur. Quæſtuarij exorciſtæ. Mercenarij. Naues onerariæ.

Ex ſententijs epiſcoporum concilij Carthaginẽſis. Si maritus peregre proficiſcens, amico ſuo commendet uxorem ſuã cuſtodiendam,commendatam ſibi ille quanta poſſet diligentia conſeruet, ne ab aliquo ſanctitas & caſtitas adulteretur: CHRISTVS dominus & Deus noſter ad patrem proficiſcens,ſponſam ſuam nobis commendauit: utrumne eam incorruptam & inuiolatã cuſtodiemus,an integritatem eius & caſtitatem mœchis & corruptoribus prodemus? Qui enim baptiſma Maritus. Vxor. Sponſa.

ptiſma Eccleſiæ cum hæreticis commune facit, ſpõſam Chri ſti adulteris prodit.

Fulgur. In prolog. de cardinalib. operib. Chriſti. Quomodo fulgur nubes diſrumpit, & repentina coruſcatio non tam illuminat, quàm hebetat oculum: Ita aliquando neſcio quo motu tangeris à Deo, & tangi te ſentis: cum tu qui te tangit, non intueris. Motu tactus.

Anima. Corpore ſic utitur anima, ſicut faber malleo, uel incude, in qua format omnium turpitudinum idola, & fabricantur quælibet quarumcunque uoluptatum ſimulachra. Non eſt caro dictatrix peccati, nec inuentrix malitiæ, nec cogitatus format, nec diſponit agenda, ſed officina eſt ſpiritus, qui in ea, et per eam quæcunque affectauerit, peragit & conſummat. Officina ſpiritus S.

Euchariſtia. Sermone de cœna domini. Sicut panis cõmunis, quẽ quotidie edimus, uita eſt corporis: Ita panis iſte ſuperſubſtãtialis, uita eſt animæ, & ſanitas mentis.

Martyriũ. De laude martyrij. Igitur cum ſit ſublime excelſumq́; martyrium, nunc magis eſt neceſſarium, quo mũdus ipſe ſubuertitur, partimq́; orbe concuſſo, natura deficiens ultimi exitus monimenta teſtatur. Nam & cum cœlo imber incumbit, pluuias & triſte prætendit, quoties atra tempeſtas horrenti imminet pelago, per interapertam fluminum noctem coruſcãtium fulmina relucceſcunt, ſedet, quum magnis mare fluctibus uoluitur, paulatim unda ſe tollit, paulatimq́; æquor albeſcit, donec certa ſit poſtmodum ruere, ut in illis quibus retunditur ſaxis ſpumam altius iaciat, quam undam tumidum pelagus expuebat: Sic quum ſublime excelſumq́; ſit martyrium, nunc magis eſt neceſſarium, quo mundus ipſe ſubuertitur.

Mors

Mors quippe integriorem facit. Mors magis deducit ad gloriam: Sic quotieſcunque latentes ſtipulis diſtēta imbribus frumenta turgeſcant, fœcundæ meſſes coguntur æſtate: Sic quoties ferro uitis abſcinditur erumpentibus pampinis, melius uua ueſtitur. Nam in augmentum prouenturi temporis, quicquid iniuria ſua proficit, flammas quippe plerunque agris iubet immittere, quo calore uagantis incendij, cæca terræ ſpiramenta laxare iubet ſtipulas, crepitanti igne torrere, ut ſe in altius grauida ſeges tolleret, parturientibus culmis denſior ariſta floreret. Igitur talis & martyrij primo, caſus, poſtmodum fructus eſt, qui morte uitam condemnat, ut morte uitam cuſtodiat. Fœcundæ meſſes. Vitis. Seges. Martyrij caſus & fructus.

Sanguini noſtro patet cœlum, ſanguini gehennæ cœli tabernaculum. Et infernus omniū gloria pulchrior, & integrior corona, ſignatum ſit quotiens de hoſte triumphabilis ſpolijs onuſtus ſpolijs ingreditur miles, uulneribus ſuis gaudens: Sic quotiens tempeſtatibus diu nauta fatigatus littora tuta contigerit, felicitatem ſuam depreſſo periculo ducit. Miles. Nauta.

Hilarius in commentario in Matthæum. Quæ autem ſit ſerpentis prudentia, contuendum eſt. Neſcio quid in illo prudentiæ conſilijq́ extet, licet quædam hinc aliqui memoriæ mandauerint, quod ubi ſe in manus hominum ueniſſe intelligat, omni genere ab ictu caput ſubtrahat, idq́ aut collecto in orbem corpore contegat, aut foueæ immergat cædiq́ue partem reliquam derelinquat. Noſque hoc exemplo oportere, ſi quid acciderit perſecutionum, caput noſtrum, quod eſt CHRISTVS, *occulere, ut ablatis nobis* Serpentis prudentia. Perſecutiones.

in omnes cruciatus, fidem ab eo acceſſitam iactura corporis communiamus.

Quemadmodum autem ſi euolarent, unum eſſent, id eſt, corpus in naturam animæ tranſiſſet, & grauitas illa terrenæ materiæ in profectum & ſubſtātiam animæ aboleretur, fieretq́; corpus potius ſpirituale: Ita peccatorum pretio uenditis, in naturam corporū animæ ſubtilitas graueſcit, & terrenam contrahit ex uitiorum ſorde materiam, fitq́; unum ex illis quod trudatur in terram.

Grauitas. Peccatorū pretio uenditi.

Prologo in librum Pſalmorum. Liber omnis Pſalmorū ſimilis eſt urbi pulchræ atque magnæ, cui complures ædes diuerſæq́; ſunt, quarū fores proprijs clauibus diuerſisq́; clauduntur, quæ cum in unum locum congeſtæ permixtæq́; ſunt, uolēti unamquanq; ædem aperire, maximam ignaro afferat difficultatem, ut claues uniuſcuiuſque ædis inueniat aut familiaris ſcientia cognitam clauem ex copia illa congeſtæ in unū qualitatis eligere, aut ingentis laboris aptam & congruā clauem aperiēdi uniuſcuiuſq; aditus inuenire: quia ratio & qualitas non ſinat, non ſuas claues clauſtris diſparibus coaptare.

Pſalmorū liber. Vrbs pulchra & magna. Claues.

In Pſalmum 1. Quod enim nullus labor eſt uento, puluerem diſsipare, & quàm lutum in plateis ingredientes prope calcaſſe nō ſentiunt: ita pœnæ illi inferni facile eſt impios delere atq; diſpargere, quos peccatorum ratio & in lutum ſoluerit & colucrit in puluerem, non relicta neq; ſubſtantia firmitatis, cum pulwis & lutū ſint, & per id quòd puluis & lutū ſunt, in natura tamen pœnalis ſubſtantiæ reſeruati.

Puluis. Lutum. Impij. Pœna inferni.

In Pſalmum 2. Sermo Dei, quo ex errore ad ueritatē retrahimur, quò per comminationem terroremq́; iudicij, ad innocentis & ſanctæ uitæ uiam regimur, uirga eſt per quam

Sermo dei

intra diſciplinam diuini metus cohibet timoratio, ac proui- dentis rectoris monitu coërcemur. Apoſtolus monuit Corin- thios, utrum mallent cum ſeueritate doctrinæ atque obiur- gationis, adeſſe, an in ſpiritu lenitatis. Quod utrunque ſe- cundum modeſtiæ tenorem erat neceſſarium, ut obedienti- bus lenior, inſolentibus uerò ſæuior aduenìret. Virga de ra dice Ieſſe floruit, ut uirgæ ſeueritatem floris ſuauitas tem- peraret, cum unicuique noſtrum doctrinæ terror regimẽ per fectæ beatitudinis ammoneret.

Pœnitentiam quoque ſuam Deus memorat ad pœnam, quia puniri deſinerent qui eſſe impij deſtitiſſent. Vt ergo fi- gulo promptum eſt amiſſum uas ad eandem, uel quam uo- let, ſpeciem reformare: Ita Deo facile eſt poſt uitiorum ca- ſus uolentes ſe erigi, per doctrinæ ſuæ inſtitutionem ad pie- tatem ab impietate reparare. **Figulus. Pœnitẽtia**

In Pſalmum 51. Nouacula ad nitorem uultus acuitur, ut abradens hirſutam atque horrentem faciem, leuiget. Hæc ſi potius uulneret, dolum fecit, quippe cum præparata ad orna tum, miniſterium ſuum præbuerit ad uulnus: Ita lingua im- pij in malitia potentis, quam natura ad eloquendas rationa biles cogitationes conſulti cordis præparauit, ipſa potius ir- rationabiles cogitat iniquitates. **Nouacula. Lingua impij.**

In Pſal. 67. Fumus cũ emerſerit licet gleboſus & craſſus tamen paulatim ita deficit aboleturq́; ne extet. Sicut in con- ſpectu ignis cera ſic liquefit, ut non ſit, fumo quidẽ in igne per leuitatem ſui tenuitatemq́; dilapſo, cera autem ui & calore ignis abſumpta, quia infirmæ ipſa per ſeſe naturæ potioris di ripiatur ardore: quem in modum omnis iniquorum poteſtas à fine Dei, id eſt, Dei iudicio liqueſcit. **Fumus. Ignis. Cera. Iniquorum poteſtas.**

Mm Sicut

Lac. Doctrinæ. *Sicut ex natura ſua lac ipſum uicio accedente degenerat, & quadam ſui corruptione coaleſcit: Ita hæc genera doctrinarum quæ initia cognitionis ex innoxio ſyncero'q; lacte deducunt, corrumpuntur in uitia, fiuntq; corruptione ſui coagulata uel caſcata, ne lac ſint.*

In Pſal. 118. *Qui ad doctrinam rationalis & perfectæ prudentiæ præparantur, ab ipſis ſtatim literarum elementis* Ratio. *docendi ſunt, ut perfectam ueramq; rationem tanq̃ ab exordio primæ inſtitutionis conſequantur. Sciens illud Sanctus Paulus Apoſtolus eam ſolam ueram atq; utilis doctrinæ eſſe* Prudentia *prudentiam, quæ ab ætatis initijs atq; ab infantiæ ipſius in choarctur exordijs, hæc ad Timothæum inter magna atq; præclara fidei ſtudijq; præconia in 2. Epiſtola ſcribit: Tu uerò permane in his quæ didiciſti & credidiſti, & ſciens à quibus didiciſti, & quòd ab infantia ſacras literas noſti, quæ te* Elementorum initia *poſſunt inſtruere in ſalutem. Hoc propter præſentem Pſalmum ita dictum ſit, in quo cum cognitio ueritatis ad eruditionem humanæ ignorantiæ eſſet ædenda, per ipſa elementorum initia, doctrinæ ordo eſt diſtributus.*

Hanc igitur extitiſſe cauſam exiſtimo, ut per literas to- Paruuli. *tius iſte Pſalmi ordo decurreret, ut ſicut paruuli & imperiti* Imperiti. *& ad legendum imbuendi, hæc primum per quæ ſibi uerba contexta ſunt literarum elementa cognoſcerent: Ita & huma* Ignoratio. *na ignoratio ad mores, ad diſciplinã, ad cognitionẽ Dei per hunc ſingularũ literarũ octonarium numerum ipſis ueluti in* Octonarius numerus. *fantulis doctrinæ initijs erudiretur: arduum enĩ & difficilimum eſt, hominem per ſeipſum ui, per ſeculiq; doctores rationem præceptorum cœleſtium conſequi, nec naturæ noſtræ re* Præcepta cœleſtia. *cipit infirmitas, diuinis inſtitutis, niſi per eius gratiã quæ hæc ipſi dederit, erudiri.*

In

In Pſalmum 118. Sed nunc ex deſiderijs humanis Prophetæ deſideria metiamur. Ad egreſſus regum quanta expectationis ſolicitudine curritur? Et quod uidētibus gaudium eſſe, cum ſe præbuerint contuendos? Quid illum cœleſtis ſpiritus capacem uirum exiſtimabimus uelle? Quanto deſiderij ardore cupere, ut Deum cernat, qui ipſam illam inuiſibilem maieſtatem, per has angelorum claritates, & Moſi gloriam metiatur. Deſideria Prophetæ. Egreſſus regum.

Contrà uerò ad conſpectum uiri fidelis, religioſi omnes quibus timor Dei eſt, lætantur, ut uel ſolo corpore contemplationis uiſu gratulentur, modo auium herbarumq; quarundam, quæ uiſu tantum & conſpectu morbis aliquibus & infirmitatibus medentur. Cōſpectus uiri fidelis. Aues. Herbæ.

Claudimus enim per corporis uitia animæ noſtræ aditum: qui ſi cœperit, emundatis omnibus, patere, ilico introibit: modo ſolis, qui clauſis feneſtræ ualuis introire prohibetur, patentibus uerò totus immittitur. Corporis uitia. Animæ aditus.

Sed ut mel per ægritudinem æſtumq; febrium ea quæ acciderint oris amara mirificat: Ita animæ noſtræ amaritudines, & triſtes cupiditatū inſalutarium febres, infuſa Dei eloquia mirificant, ſi modo non ore contineantur, ſed faucibus deuorentur. Animæ amaritudines.

Vt enim quis nocte egreſſus, lucernam ante fert, & quò pedem inferat, contuetur, atq; ad ſingulos greſſus natum ſe eſſe exiſtimet, ut rurſum poſtq̄ natus eſt nullus eſſet, lumine præeunte ſollicitus eſſet: Ita unuſquiſq; noſtrum manēs in ſe uerbum Dei in omnes operum proceſſus, tanquam lucernam prætēdit. Omnis etenim doctrina cœleſtis dux nobis ad iter uitæ eſt, quæ lucernæ modo in hac nocte ſeculi præferenda eſt, Lucerna. Verbū Dei. Doctrina cœleſtis.

da eſt, cũ aliquid aut agimus, aut cogitamus, aut loquimur, ut ea in omnem progreſſum cuiuſcunq; operationis utamur.

Os. Cibi. Cor. *Vt enim per os in alimoniam corporis cibos ſumimus: Ita per cor ad uiuificandam animam eſcas doctrinæ cœleſtis accipimus, quæ niſi amplificato & patente corde attracta quodammodo fuerint, non adibunt.*

Metalla. Moſes. Seruus dei *In Pſal. 118. Vt quædam metalla atq; gẽmæ naturæ ſuæ fulgorem in ea quæ ſibi proxima, refundunt, & æmulantem ſpeciem ex intima ſui ſpecie præſtant, & ut Moſes ex contẽplatione gloriæ Dei lumen accepit, ita ut honorẽ gloriæ ſuæ populus ſuſtinere non poſſet: Sic & Propheta ſeruum Dei ſe illuminari, precari, & iuſtificationes Dei doceri, ut à ſe nõ ex parte, neque per legis umbram, ſed facie ad faciem, & ſpirituali contemplatione cernatur.*

Anima. Regia animæ ſedes. Reciſio. *Nihil à Deo uacat, nihil indiget. Vbiq; eſt, modo animæ incorporalis quæ in membris omnibus diffuſa, à ſingulis quibuſq; partibus non abeſt, etiãſi priuata quædam ei regia in toto corpore ſedes eſt, tamen in medullis, digitis, artubus infunditur. Iam ſi corruptis aliquibus corporis membris, reciſione erit neceſſe, cum uſum ſuum eadem mẽbra uitijs emortua non habebunt, id quod putre caducumq; carnis eſt, ſine detrimento animæ reciditur. Ipſa enim corporis noſtri anima ſanis & integris admixta membris eſt, & cum eadem fuerint putrida & recidenda, non ſequitur.*

Contemplatio. *Quin etiam adhuc cum diuinarum atq; inuiſibilium rerũ intellectus, ex contemplatione corporalium rerumnaturisq; ſectamur, ſolẽ uidemus in quadam cœli parte, prout ei curſus eſt, demorantẽ, & certe ubiq; protẽditur, ubiq; adeſt, & quãtus per omnia eſt, ita ubicunq; eſt, tãtus infunditur: ſed ſi in*

clauſas

clauſas domorũ feneſtras incidet, lumen quidem illius præſto eſt, ſed ipſa ſibi lucem eius, quæ obſerata ſunt, denegabunt.

IN Pſalmum 120.

Humanæ mentis natura eſt, ut ſi cogitatione aliquid contemplemur, talem ſe nobis unaquæque ſpecies exhibeat, qualem eam & cogitando formemus. Quoquò enim mentis noſtræ oculos intenderimus, idipſum in quó defixi ſunt, referunt ad ſenſum. Et ut planius intelligi id quod dictum eſt, poßit, afferemus exemplum: Si quis hyemali die uer cogitauerit, & ornatum eius lumine mentis inſpexerit, obliterata hyeme in qua ſit, atque algeat, totum ei in ſenſu ſuo uer cum habitu ſui ornatuq; conſiſtet, adeò mentis oculi oculis corporis præſtant, ut ineunte in nos obliuiõe præſentium, totos nos obtineat quidam quaſi animo præſumptus uſus abſentiũ. Cogitatio. Ver. Mentis & corporis oculi.

In Pſal. 127. Mos autem eorũ eſt qui nequaq̃ lõgis, atq; aßiduis prælijs præualẽt, ut uictorẽ exercitũ, & firmis agminibus incedentem, à tergo adeant, & dorſo, ſicubi uiam prætereat, inſidias machinentur. Illic dolos fabricantur, illic omnia inſidiarum artificia exercent: Ita & peccatores tentatos incaſſum fideles uiros euntes iam in ueritatis uia, dorſo inſidiantur, dorſo dolos concinnant. Peccatores Fideles uiri.

In Pſal. 152. Vt myrrha omnes fœtentes odores & immundos cordium ſpiritus quocunq; infuſa fuerit, extinguit, ſeq; in omnia, in quo infertur odor hic ſuauitatis, infundit: Ita per hoc ſacramentum unctionis infuſæ, & per eam omni terrenorum ac ſordentium ultionum noſtrorum fœtore deterſo, Deo iam quod ſuaue eſt, ſpiramus. Myrrha. Vnctiõis ſacramentũ.

In Pſalmum 154. Vt enim nõ omnium eſt, herbarum genera uirtutéſque noſſe, & ſi quis imperitus aut neſcius in a-

grum his ſalubribus herbis diuitem uenerit, omnia inutilia, & promiſcue genita exiſtimans præteribit: at uerò ſi peritus & doctus hunc precioſum in his germinibus agrum fuerit ingreſſus, omnia quæ ab alijs præterita erunt, demetet, & ea quæ ab ignaris erunt neglecta, mirabitur: ſciens quando utile metendorum eorum tempus ſit, & in quæ genera ſanitatum his utendum ſit, & quantum ex his, & quouſque moderandum ſit: Sic & in diuinis ſcripturis eſſe intelligendum eſt, ut ſi eas impia auris, & mens ruſtica audiat, tanquam ocioſas & non neceſſarias negligat: at uerò ſi cadens ad cognitionem Dei auditor ac lector aſtiterit, & cui frequens lectio & ſpiritualis gratiæ donum ſcientiam dijudicandi ſingula intelligendiq; præſtiterit: mirabitur omnia, atque his ſecundum naturales eorum uirtutes & efficientias utetur, non ignarus quando quid præſumendum ſit, & in quam curationem eligendum, quando ex eo corpori ſanatio, quando animæ medela tribuenda ſit, ne quid præproperum, ne quid importunum ac tardum: ſed collatis & uirtutibus, & temporibus, & rebus, non imperite his quæ ſibi comperta fuerint, utatur.

Diuinæ ſcripturæ. Impia auris. Auditor.

In Pſalmum 135.

Si in uiris prudentibus expectari id maxime ſolet, ut ea quæ loquuntur, grauitate eorum doctrinaq; digna ſint, omniſq; ſermo non ſit fortuitus & uagus, ſed ex rationabilibus cauſis profectus, & expectationi audientium utilis, & autori congruus diſſerentium: Quantò magis id in cœleſtibus eloquijs opinandum eſt, ut quicquid in his excelſum eſt, diuinum, rationabile, & perfectum eſſe exiſtimetur.

Prudentiũ uirorũ ſermo. Cœleſtia eloquia.

In Pſalmum 140.

Vt lu-

Vt lumen ex oleo luminis habet cauſam: Ita ut lucem ſpiritualis gloriæ retineamus, doctrina atq; operatio præſtat. Vt caput noſtrum ſedes ſcilicet & prudentiæ, uitæ, & omnium ſenſuum, oleo operationis doctrinæq; pingueſcat. Lumen. Oleum. Doctrina. Operatio.

Vt à ſancto & à fideli uiro argui ſe uelle prudentis eſt, quia ægris animis & peccatorum morbo languentibus, utilis eſt ſeueræ obiurgationis ſub honeſto autore medicina: Ita miſerum eſt per peccati miſerationem, uſque ad ipſam peccantium miſericordiam, decidiſſe. Seuera obiurgatio. Miſeratio.

Libro de Trinitate 2.

Vt quædam medicamentorum genera ſunt ita comparata, ut non in ſingulis tantum ægritudinibus utilia ſint, ſed omnibus in commune medicantur, habéntque in ſe uirtutem generalis auxilij: Ita & fides catholica non aduerſus ſingulas tantum peſtes, ſed contra omnes morbos opem medelæ impertit, non infirmanda genere, non uiuenda numero, non diuerſitate fallenda, ſed una atque eadem aduerſus ſingula omniáq; conſiſtit. Medicamẽta malis omnibus obſiſtenti. Fides catholica.

Lib. de Trinitate 8. Vt uerò bonis & prudentibus uiris naturæ ac ſtudij eſt, totos ſe ad beatæ ſpei alicuius obtinendam uel rem, uel tẽpus præparare, ne in aliquo minor ſit expectatione procinctus: Ita iſtis hæretico furore amentibus, ſolicitudinis maxime eſt, toto aduerſus piæ fidei ueritatem, impietatis ſuæ ingenio laborare, ut aduerſus eos qui religioſi ſunt, uincant eſſe irreligioſi, & ultra ſpem uitæ noſtræ, uitæ ſuæ deſperatione potiores ſint, & plus impendant cogitationis ad falſa, quàm nobis doctrinæ aptamus ad uera. Bonorũ & prudentiũ uirorũ conatus. Hæreticus furor.

Lib. 10. de Trin. Vnigenitus Deus hominẽ uerũ ſecundũ ſi

militudinem noſtri hominis non deficiens, à ſe Deo ſumpſit. In quo quamuis aut ictus incideret, aut uulnus deſcenderet, aut modi concurrerent, aut ſuſpenſio eleuaret, afferrent qui

Telum. dem hæc impetum paſsionis, non tamẽ paſsionis dolorem inferrent, ut telum aliquod aquam perforans, uel ignem cõpungens, uel aërea uulnerans.

Hæreticorum notatio. Peſtifera contagione inquinati, non ceſſant ore impio, & ſacrilego animo EVANGELIORVM ſynceritatem corrumpere, & recta in Apoſtolorum regulam deprauare: diuinos Prophetas non intelligunt, callidi & aſtuti artificio quodam utuntur. Incluſam pernicioſam corruptelam exquiſitorum

Virus. uerborum uelamine contegunt. Non prius uenenatum uirus infundunt, quàm ſimplices & innocentes ſub prætextu nominis Chriſtiani, raptos atq; irretitos inuoluãt. Ne ſoli pereãt, ſed participes horrendi criminis ſui reos faciãt.

Arnobius Prologo in Pſalmos.

Sitientes. Nullus ſitiens, præparantibus aquam, iraſcitur. Alij parauerunt uini fragrantia mella. Alij nectareis plena liquoribus pocula: nos ex ſarculò oris noſtri terram hinc inde lacerò uerberantes impulſu, Dauidicum laticem licet tenuiter ſitim patientibus, aperimus, ſitientes ut bibant. Hi autem qui cum Apoſtolis tertia diei hora ebrij ſunt in Spiritu ſancto, lætentur & floreant, nulla tamen ſitientibus impedimenta patiantur inferri. Neque enim qui uino exuberant, aquam uolentes bibere prohibent.

In Pſalmum 54. Pacifica res eſt concupiſcentiæ fructus.

Hamus. Sed ſuper iram doloſa cogitant. Sicut in hamo eſca dulcis

Eſca. in aſpectu, letalis in guſtu.

In Pſal. 50. Dicere enim ſolemus: Vt quid mihi ſic fecit

Deus? Quare hoc? Ecce iniqui regnant, iuſti affliguntur, uincit cum iudicatur. Vt medicus qui deſperatis iubet ad uelle ſeruiri, et omnia quæ deſiderant, præcipit non negari. Quos autem ſcit poſſe ſaluari, iubet eos artari, amaris potionibus potari, ferro ſecari, cauteriari. Sic fiet, ut dũ ſaluati fuerint abſtinentes, & mortui fuerint deſiderijs proprijs acquieſcentes, iuſtificabitur medicus in ſermonibus ſuis. Dicetur ei: Nos te iniuſte culpabamus, dum ligares, dum ſecares homines bonos, & malos nec ſecares, nec affligeres. Inſuper etiam permitteres ſuis deſiderijs frui. Medicus. Deſperati. Abſtinẽtes

In pſal. 76. Rota licet in terra uoluatur, tamen dum ſterit, magna pars eſt aliena à terra, & parua pars eius in terra conſiſtit: Sic licet corporis pars ſit in terra ambulãs, tamẽ animæ, quæ maior pars eſt hominis, conuerſatio eſt in cœlis. Rota. Corpus. Anima.

In pſal. 118. defecit in ſalutare. Sicut nec fluuius cũ mare ingreditur & circuit terras, de ſinu ſui fontis unquàm eſt abſens: Ita proculdubio uerbum tuũ domine, CHRISTVS cũ ad nos uenerit, de ſinu tuo pater, nunquàm abſcedit. Fluuius. Verbum CHRISTVS

In pſal. 146. Sicut qui literas docent, timorem diſcentibus & terrorẽ inducunt, non utiq; neceſſarium magiſtris, ſed ualde diſcipulis profuturum Et ſicut illos exhorrent, qui ſine timore, et ſine ſpe ſunt, ſciunt enim eos ad eruditionẽ peruenire non poſſe: Ita eos dilectionem habere commemorant, qui timentes eos & in eos, qui ſperãt in eruditione eorum. Et hoc de hominibus tantum longe eſt à comparatione Dei, quantũ longe eſt à diuinitate humanitas. Sed comparationẽ ad apertionẽ rei dictæ, ad ſpem nos & miſericordiã diuinã impellat, ut eorũ participes faciat, ſuper quos beneplacitũ eſt domino. Timor. Terror. Literas docentes.

Hieronymus ad Heliodorum in epitaphio Nepotiani. Vt

Creator. enim creatorem non in cœlo tantum miramur & terra, ſole, oceano, elephantis, camelis, equis, bubus, pardis, urſis, leonibus: ſed & in minutis quoque animalibus, formica, culice, muſcis, uermiculis, & iſtiuſmodi genere, quorum magis ſcimus corpora, quàm nomina: eandemq; in cunctis ueneramur ſolertiam: Ita mens CHRISTO dedita, æquè & in maioribus, & in minoribus intenta eſt, ſciens etiam pro ocioſo uerbo, reddendam eſſe rationem.

Solertia.

Mens chriſto dedita.

Lætæ ſegetes.

Quomodo enim lætæ ſegetes, & uberes agri, interdum culmis ariſtisq; luxuriant: Ita præclara ingenia, & mens plena uirtutibus, in uariarum artium redundat elegantiam. Vnde & apud Græcos philoſophus ille laudatur: qui omne quo uteretur, uſque ad pallium & anulum, manu ſua factum, gloriatus eſt. Hoc idem poſſumus & de iſto dicere, qui baſilicas eccleſiæ, & martyrum conciliabula diuerſis floribus, & arborum comis, uitiumq; pampinis adumbrarit, ut quicquid placebat in eccleſia, tam diſpoſitione quàm uiſu: presbyteri laborem & ſtudium teſtaretur.

Hippias omniſcius.

Eraſmus in ſcholijs in epiſtolam ad Ruſticum monachũ. Vbi complures unà faciunt iter, ſi quis fuerit lentior, ab alijs pergentibus utcunq; protrahitur: ſi quis æquo properãtior, à cæteris retardatur. Cõtrà qui ſolus facit iter, aut ſtudio perueniendi nimium feſtinat, aut tædio itineris reſidet & obdormiſcit alicubi. Rurſum, qui ſolus ambulat, nonnunquàm aberrat. Inter multos, ſi quis aberrat, non deeſt, qui commonſtret uiam: Idem accidit in uita ſolitaria, & gregaria.

Complures unà facientes iter.

Vita ſolitaria & gregaria.

Ad Ruſticum monachum de uiuendi forma. Et apertius in Eccleſiaſte: Sicut mordet ſerpens in ſilentio: Sic qui fratri ſuo occultè detrahit.

Serpens.

Sicut

Sicut enim ſagitta ſi mittatur contra duram materiam, nonnunquàm in mittentem reuertitur, & uulnerat uulnerantem, illudq́; completur: Facti ſunt mihi in arcum prauum. Et alibi: Qui mittit in altum lapidem, recidet in caput eius: Ita detractor, cum triſtem faciem uiderit audientis, imò ne audientis quidem, ſed obturantis aures ſuas, ne audiat iudicium ſanguinis, ilico conticeſcit, pallet uultus, hærent labia, ſaliua ſiccatur. Sagitta. detractor.

In epiſtola ad Lætam de inſtitutione filiæ. Vnde & tibi eſt prouidendum, ne ineptis blanditijs fœminarum, dimidiata dicere uerba filia conſueſcat: & in auro atque purpura ludere, quorum alterum linguæ, alterum moribus officit, ne diſcat in tenero, quod ei poſtea dediſcendum eſt. Gracchorum eloquentiæ, multum ab infantia ſermo matris contuliſſe ſcribitur. Hortenſij oratio, inter paternos ſinus coaluit. Difficulter eraditur, quod rudes animi perbiberunt: Lanarum conchylia quis in priſtinum candorem reuocet? Recens teſta, diu & ſaporem retinet & odorem, quo primum imbuta eſt. Græca narrat hiſtoria, Alexandrum potentiſſimum regem, orbisq́; domitorem, & in moribus, & in inceſſu, Leonidis pædagogi ſui non potuiſſe carere uitijs, quibus adhuc paruulus fuit infectus. Gracchorũ eloquẽtia. Hortenſij oratio. Lanarum conchylia. Teſta recẽs. Alexãder. Leonides pædagogus.

Ad Paulum de alphabeto Hebræorum. Quomodo autem in his noſtris literis, nõ poteſt quis ad legenda uerba texendaq́; procedere, niſi prius ab elemẽtis cœperit: Ita etiam in ſcripturis diuinis non ualemus ea quæ maiora ſunt noſſe, niſi ab ipſis ethicæ mandatis habuerimus exordium, ſecundũ illud quod propheta dicit: A mandatis tuis intellexi: quòd uidelicet poſt opera cœperit habere ſcientiam ſecretorum. Elementa. Scripturæ diuinæ. Ethica.

In epi-

Ructus. Cogitationes.

In epiſtola ad Principiã uirginem. Quomodo enim iuxta qualitatem ciborũ de ſtomacho ructus erũpit, et boni uel mali odoris flatus indiciũ eſt: Ita interioris hominis cogitationes uerba proferunt, & ex abundantia cordis os loquitur.

Stamen. Fimbriæ. Veſtis eccleſiæ. Veſtis Aaron.

Quomodo autem in ſtamine ex quo dependent fimbriæ, ſubtegmen intexitur, & tota ueſtimenti uirtus, in ſtamine eſt: Ita in uarijs ſenſibus ſcripturarum, in quibus ueſtis eccleſiæ omnis intexitur, miſcentur aliqua de natura, de moribus: & hoc ipſum ſignificat ueſtis Aaron auro, purpura, cocco, byſſo, hiacynthoq́; contexta, quam fecerunt mulieres quibus Deus ad texendum dedit ſapientiam.

Monaſterium. Agmen columbarum. Morbidæ oues. Sanctæ uirgines.

Ad Demetriaden de uirginitate ſeruanda. Quæ uiuũt in monaſterio: & quarũ ſimul magnus eſt numerus: nunq̃ ſolæ, nunq̃ ſine matre procedãt. De agmine columbarũ, crebro accipiter unã ſeparat: quã ſtatim inuadat et laceret: cuius carnibus et cruore ſaturetur. Morbidæ oues, ſuum relinquunt gregem: & luporum faucibus deuorantur. Scio ego ſanctas uirgines, quæ diebus feſtis, propter frequentiam populorum, pedẽ domi cohibent: nec tunc egrediuntur, quando maior eſt adhibenda cuſtodia, & publicum penitus deuitandum.

Fama pudicitiæ.

Ad Saluinam de uiduitate ſeruanda. Tenera res in fœminis fama pudicitiæ eſt, & quaſi flos pulcherrimus cito ad leuem marceſcit auram: leuiq́; flatu corrumpitur, maxime ubi & ætas conſentit ad uitium: & maritalis deeſt autoritas, cuius umbra tutamen uxoris eſt.

Triduana ieiunia.

Ad Furiam de uiduitate ſeruanda. Quicquid facit ſeminarium uoluptatum, uenenum puta. Parcus cibus, & uenter ſemper eſuriens, triduanis ieiunijs præfertur. Et multò melius eſt quotidie parum, quàm rarò ſatis ſumere. Pluuia illa opti-

la optima eſt, quæ ſenſim deſcendit in terram. Subitus & nimius imber in præceps, arua ſubuertit. Pluuia. Imber.

Fieri quidem non poteſt: ut abſque morſu hominum, uitæ huius curricula quis pertranſeat, malorumq́; ſolatium eſt, bonos carpere, dum peccantium multitudine, putant culpam minui peccatorum: Sed tamen cito ignis ſtipulæ conquieſcit, & exundans flamma, deficientibus nutrimentis, paulatim emoritur. Si anno præterito fama mentita eſt, aut certe ſi uerum dixit: ceſſet uitium, ceſſabit & rumor. Morſus hominum. Ignis ſtipulæ. Exundans flamma.

Ad Gaudentium de Pacatulæ infantulæ educatione. Tale uerò quid & Iſraëlitico feciſſe populo dominũ: ut cupientibus Aegyptias carnes, uſq; ad nauſeã et uomitũ præberet examina coturnicũ: multosq́; ſeculi prius homines, facilius carere experta corporis uoluptate, q̃ eos qui à pueritia libidinẽ neſciunt. Ab alijs enim nota calcari, ab alijs ignota appeti. Illos uitare pœnitendo ſuauitatis inſidias, quas fugerunt. Hos carnis illecebras, dulci titillatione corporis blandienteis, dũ mella putant, uenena noxia reperire: Mella enim diſtillare labia meretricis: quod ad tempus impinguat ueſcentium fauces: & poſtea felle amarius inuenitur. Examina coturnicum. A pueritia libidinem neſciens. Mel.

Virgo es, quid te mulieris delectat ſocietas? Quid fragilẽ & futilem ratem, magnis committis fluctibus: & grande periculum nauigationis incertæ, ſecurus aſcendis? Neſcis quid deſyderes: & tamen ſic eis iungeris: quaſi aut antè deſyderaueris: aut (ut leuiſſime dicam) poſtea deſyderaturus ſis. Fragilis & futilis ratis.

Vt aqua in areola digitum ſequitur præcedentem: Ita ætas mollis & tenera in utranq; partem flexibilis eſt, & quocunque duxeris, trahitur. Aqua. Areola.

Ad Marcellam in epiſtola qua inuitat eam ad rus Bethlehemi-

Ichemiticum. Quomodo in theatralibus ſcenis, unus atque idem hiſtrio, nunc Herculem robuſtus oſtendit: nunc mollis in Venerem frangitur, nunc tremulus in Cybelem: Ita & nos (qui ſi de mundo non eſſemus, odiremur à mundo) tot habemus perſonarum ſimilitudines, quot peccata.

Hiſtrio.

Perſonarũ ſimilitudines.

Ad Paulum Concordienſem. Miſimus interim te tibi, id eſt, Paulò ſeni Paulum ſeniorem, in quo propter ſimpliciores quoſq;, multum in deijciendo ſermone laborauimus. Sed neſcio quomodo etiam ſi aqua plena ſit: tamen eundem odorem lagena ſeruat, quo dum rudis eſſet, imbuta eſt.

Aqua plena lagena.

In epiſtola ad Paulum ſuper obitu Bleſillæ filiæ. Patitur & Apoſtolus aliquid quod non uult, pro quo ter dominum deprecatur. Sed dicitur ei: Sufficit tibi gratia mea: quia uirtus in infirmitate perficitur, & ad reuelationis humiliandam ſuperbiam, monitor quidam humanæ imbecillitatis apponitur, in ſimilitudinem triumphantium, quibus in curru retro comes adhærebat, per ſingulas acclamationes ciuium, dicens: Hominem te eſſe memento.

Triumphãtes.

In epiſtola ad Pammachium. Sanato uulneri, & in cicatricem ſuperductæ cuti, ſi medicina colorem reddere uoluerit: dum pulchritudinem corporis quærit, plagam doloris inſtaurat: Ita & ego ſerus conſolator, qui importunè per biennium tacui, uereor ne nunc importunius loquar: & attrectans uulnus pectoris tui, quod tempore & ratione curatum eſt, commemoratione exulcerem.

Sanatum uulnus.

Serus conſolator.

Sentio te diuinis ardere doctrinis, nec temeritate quorundam docere quod neſcias, ſed antè diſcere quod docturus ſis. Simplices epiſtolæ tuæ olent prophetas, Apoſtolos ſapiunt. Non cothurnatam affectas eloquentiam, nec more puerorum

argutas

argutas ſententiolas in clauſulis ſtruis. Cito turgens ſpuma dilabitur, & quamuis grandis tumor, contrarius ſanitati eſt. Scitum eſt illud quoque Catonis: Sat cito, ſi ſat bene. Turgens ſpuma.

In epiſtola ad Euſtochium uirginem in epitaphio de obitu Paulæ matris. Hæc ſicut inter multas gemmas precioſiſsima micat: & iubar ſolis, paruos igniculos ſtellarum obruit & obſcurat: Ita cunctorum uirtutes & potentias, ſua humilitate ſuperauit: Minimaq́; fuit inter omnes, ut omnium maior eſſet. Et quantò ſe plus deijciebat: tantò magis à CHRISTO ſubleuabatur. Latebat, & non latebat. Fugiendo gloriam, gloriam merebatur: quæ uirtutem quaſi umbra ſequitur, & appetitores ſui deſerens, appetit contemptores. Gemmæ. Iubar ſolis. Humilitas. Virtus. Gloria. Virtus.

Sicut enim plectrum chordis: Ita lingua eliditur dentibus, & uocalem reddit ſonum. Plectrum. Lingua.

In epiſtola ad Iulianum. Quòd ſi tibi tacita cogitatio ſcrupulũ mouerit: cur monitor ipſe nõ talis ſim, qualẽ te eſſe deſydero, et nonnullos uideris in medio itinere corruiſſe: illud breuiter reſpõdebo: nõ mea eſſe quæ dico, ſed domini ſaluatoris. Non monere quod ipſe poßim, ſed quid debeat uelle, qui ſeruus futurus eſt CHRISTI. Et athletæ ſuis incitatoribus fortiores ſunt, et tamen monet debilior, ut pugnet ille qui fortior eſt. Seruus CHRISTI.

Epiſto. ad Amandam. Putridæ carnes ferro indigent & cauterio. Nec eſt medicinæ culpa, ſed uulneris, cum clementi crudelitate non parcit medicus ut parcat, ſæuit ut miſereatur. Putridæ carnes.

In epiſtola ad Ruffinum. Credas mihi frater, non ſic tempeſtate iactatus, portum nauta proſpectat: non ſic ſitientia imbres arua deſyderant, non curuo aßidens littori anxia filium mater expectat. Poſtquàm me à tuo latere ſubitus turbo conuulſit, Tẽpeſtate iactatus. Anxia mater.

uulſit: poſtquàm glutino charitatis hærentem impia diſtraxit auulſi: Tunc mihi cœruleus ſupra caput aſtitit imber. Tunc maria undiq;, & undique cœlum.

In epiſtola ad Chryſogonum monachum. Verum tu quod **Lynces.** *natura lynces inſitum habent: ne poſt tergum reſpicientes, meminerint priorum: & mens perdat, quod oculi uidere deſierint: Ita noſtræ es neceſſitudinis penitus oblitus, ut illam epi-* **Epiſtola in corde ſcripta.** *ſtolam quam in corde Chriſtianorum ſcriptam Apoſtolus refert: non parua litura: ſed imis (ut aiunt) ceris craſeris. Et illæ quidem (quas diximus) feræ, ſub frondente captantes arboris ramo fugaces capreas: aut timidum ceruos animal comprehendunt: currentemq́; fruſtra prædam, dum hoſtem ſuum ſecum uehit: rabido deſuper ore dilaniant: & tamdiu meminere prædandi, q̃diu uenter uacuus, ſiccũ fame guttur exaſperat. Vbi uerò ſanguine paſta feritas uiſcera diſtenta compleuerit: cum ſaturitate ſuccedit obliuio: tamdiu neſcitura quid capiat: donec memoriam reuocauerit eſuries. Tu necdum ſatiatus è nobis, cur finem iungis exordio? cur amittis antequàm teneas? Niſi fortè negligentiæ ſemper excuſatione ſocia, aſſeras te non habuiſſe quod ſcriberes: cum hoc ipſum debueris ſcribere, te non habuiſſe, quod ſcriberes.*

Aegrotatio. *In epiſtola ad Ruſticum. Scire non poſſumus ægrotationis mala, niſi cum fuerit ſanitas conſecuta. Et quantum boni* **Virtus.** *uirtus habeat, uitia demonſtrant: clariusq́; fit lumen, compa-* **Vitia.** *ratione tenebrarum.*

Ad Innocentiam de muliere ſepties icta. Igitur cõſularis **Fera ſanguinem ſitiens.** *paſtis cruore liminibus, ut fera, quæ guſtatũ ſemel ſanguinẽ ſemper ſitit: duplicari tormenta iubet: & ſæuum dentibus frendens, ſimilẽ carnifici minitatus eſt pœnam: niſi confiteretur*

tur ſexus infirmior, quod non poterat robur uirile reticere.

In uita Malchi captiui monachi. Qui nauali prælio dimicaturi ſunt, ante in portu & in tranquillo mari flectunt gubernacula, remos trahunt, ferreas manus & uncos præparant: diſpoſitumq; per tabulata militem, pendente gradu, & labente ueſtigio ſtare firmiter conſueſcunt, ut quod in ſimulachro pugnæ didicerint, in uero certamine non perhorreſcant: Ita & ego qui diu tacui (ſilere quippe me fecit, cui meus ſermo ſupplicium eſt) prius exerceri cupio in paruo opere, & ueluti quandam rubiginem linguæ abſtergere, ut uenire poſſim ad latiorem hiſtoriam. Nauali prælio dimicaturi. Rubigo linguæ.

In epiſt. ad Damaſum. Sicut enim calculus genus eſt lapidis durißimi, & rotundi, & omni puritate leuißimi: Ita ſermo Dei, qui neque hæreticorum, neque omnium aduerſariorum poteſt contradictionibus cedere, dicitur calculus. Calculus. Sermo Dei.

Aduerſus Iouinianum. Quomodo in legionibus & exercitu ſunt duces, ſunt tribuni, ſunt centuriones, ſunt ferentarij ac leuis armaturæ, & miles gregarius, & manipuli: commiſſaq; pugna, uacant nomina dignitatum, & ſola fortitudo quæritur: Ita & in hoc campo, & prælio quo contra dæmones dimicamus, non quæruntur nomina, ſed opera, & glorioſior ille ſub uero imperatore CHRISTO, non qui nobilior, ſed qui fortior eſt. Nomina. Opera.

Libro I. aduerſus Iouinianum. Alligabit quis in ſinu ſuo ignem, & non comburetur? aut ambulabit ſuper carbones ignis, & non ardebit? Quomodo igitur qui ignem tetigerit, ſtatim aduritur: Ita uiri tactus & fœminæ, ſentit naturam ſuam, & diuerſitatem ſæpius intelligit. Ignis. Carbones. Tactus.

Quomodo enim dentium officium eſt mandere, & in al-

num ea quæ ſunt manſa, tranſmittere, & non habet crimen qui coniugi meæ panem dederit: Ita ſi genitalium hoc eſt officium, ut ſemper fruantur natura ſua, meam laßitudinem alterius uires ſuperent, & uxoris (ut ita dixerim) ardentißimam gulam fortuita libido reſtinguat.

Poſſe hominem nõ peccare.

Lib. 5. aduerſus Pelagianos. Hoc & nos dicimus poſſe hominem non peccare, ſi uelis pro tẽpore, pro loco, pro imbecillitate corporea, quàmdiu intẽtus eſt animus, q̃diu chorda nullo uitio laxatur, in cithara. Quòd ſi paululum ſe remiſerit, quo modo qui aduerſo flumine lembum trahit, ſi remiſerit manus, ſtatim retrolabitur, & fluentibus aquis, quò non uult, ducitur: Sic humana conditio ſi paululum ſe remiſerit, diſcit fragilitatem ſuam, & multa ſe non poſſe cognoſcit.

Aduerſo flumine lẽbũ trahens.

Coruus.

Colũba ſancti ſpiritus

Baptiſma.

Aduerſus Luciferianos. Emittitur de arca coruus, & non redijt, & poſtea pacem terræ noſtræ columba ſpiritus ſancti nunciat: Ita & in baptiſmate eccleſiæ, teterrimo alite expulſo, id eſt, diabolo, pacem terræ noſtræ columba ſpiritus ſancti nunciat.

Sitientes.

Qui dormientes ſitiunt, auide fauces fluminibus ingurgitant. Et quantò plus hauſerint, tantò plus ſitiunt: Ita mihi & tu uideris aduerſus quæſtiunculam quam propoſui, hinc atque hinc argumenta quæſiſſe, & nihilo minus in eadem quæſtionum ſiti perſeuerare.

Sal.

Epiſcopus.

Vt ſal omnem cibum condit, nec eſt aliquid tam ſuaue, quod abſque eo guſtum demulceat: Ita mundi totius & propriæ eccleſiæ condimentum epiſcopus eſt, qui ſi infatuatus fuerit, ſiue per negationem, ſiue per hæreſim, ſiue per libidinem, & (ut ſemel dicam) per uniuerſa peccata, à quo alio poterit condiri, cum ipſe fuerit omnium condimentum?

Eccleſia-

Eccleſiaſtæ 12. Verba ſapientum ut ſtimuli & quaſi in ul tum defixi.) Hieronymus in Eccleſiaſten cap. 12. Simul & hoc notandum eſt, quòd dicantur uerba ſapientum pungere, non palpare, nec molli manu attrahere laſciuiam, ſed errantibus, & (ut ſupra diximus) tardis, pœnitentiæ dolores & uulnus infigere. Si cuius igitur ſermo non pungit, ſed oblectationem facit audientibus, iſte non eſt ſermo ſapientis. Verba quippe ſapientum ut ſtimuli. Quæ quoniam ad conuerſionem prouocant delinquentem, & firma ſunt, & à concilio ſanctorum data, atque ab uno paſtore conceſſa, & ſolida radice fundata ſunt. Hoc ſtimulo necdum Paulum, ſed adhuc Saulum, puto in uia confoſſum erroris audiſſe: Durum tibi eſt calcitrare contra ſtimulum Dei. Verba ſapientum.

Quomodo enim hydria quæ conteritur, ceſſat haurire, & rota per quam de lacu & puteis leuantur aquæ, ſi confracta fuerit, ſiue (ut alij interpretes uoluerunt) in ſuo funiculo conuoluta, aquæ uſus intercipitur: Ita & cum funiculus argenti ſi fuerit interruptus, & animæ ruinis recurrerit ad fontem, interibit homo. Hydria. Rota.

Libro 2. commenta. in prouerbia cap. 11. Sicut acetum dentibus, & fumus contrarius eſt oculis: Ita ſacerdos in eccleſia prauus per acredinem peccati, fidelium ſenſus obtundere facit: atque erroris ignorantia, oculos cordis eorum ab intuitu fidei ſeu intellectu rectitudinis, dum caligant, uelut fumus excæcat. Sicut hæreticorum perfidia bonis doctoribus moleſtiam generat & lachrymas: ſic male uiuens catholicus, eis qui ſe fidem ſuam ex operibus oſtendere iuſſerunt, per inertiam grauis eſt. Oculi quippe & dentes prædicatores ſunt ſanctæ eccleſiæ, qui ei & recta itinera prauide- Acetum. Fumus. Sacerdos. Hæretici. Oculi. Dentes.

re, & alimenta ſpiritualia ſuggerere ſolent. Porrò acetum quod à uino degenerat, et fumus qui ab igne aſcendẽs euaneſcit, eos qui ab eccleſiaſtica ſuauitate & charitate per ſuperbiam uel ſocordiam recedentes, hanc etiam uerbis impugnant, figuratè denunciant, de quibus dicit Ioannes: Ex nobis exierunt, ſed non erant ex nobis.

Solis calor. Decima Hedibiæ quæſtione. Vnus eſt ſolis calor, & ſecundum eſſentias ſubiacentes, alia liquefacit, alia indurat, alia ſoluit, alia conſtringit. Liquatur enim cera, & induratur lutum, & tamen caloris non eſt diuerſa natura: Sic & bonitas & clementia Dei, uaſa iræ quæ apta ſunt in interitum, id eſt, populum Iſraël indurat: uaſa autem miſericordiæ, quæ præparauit in gloriam, quæ uocauit, hoc eſt nos: qui non ſolum ex Iudæis ſumus, ſed etiam ex gentibus, non ſaluat irrationabiliter & abſque iudicij ueritate, ſed cauſis præcedentibus.

Vaſa iræ miſericordiæq́;.

11. ad Hedibiam quæſtione. Ecce hic poſitus eſt in ruinã, et in reſurrectionem multorum in Iſraël, & in ſignum cui contradicitur, ſolisq́; radios tam munda loca excipiant quàm immunda, & ſic in floribus quomodo in ſtercore luceant, nec tamen ſolis radij polluuntur: Sic & CHRISTI bonus odor, qui nunquàm mutari poteſt, nec ſuam naturam amittere, credentibus uita eſt, incredulis mors.

Solis radij. CHRISTI bonus odor

Semina. Elementa. Senſus ratione conceptus. In 4. ad Algaſiam quæſtione. Sicuti ſemina paulatim formantur in uteris, & tamdiu non reputatur homo, donec elementa confuſa ſuas imagines membráque ſuſcipiant: Ita ſenſus ratione conceptus niſi in opera proruperit, adhuc in uentre retinetur, & cito abortio perit, cum uiderit abominationem deſolationis ſtantem in eccleſia, & ſatanam

ſatanam transfigurari in angelum lucis.

In 8. ad eandem quæſtione. Quomodo medicina non eſt cauſa mortis, ſi oſtendat uenena mortifera, licet his mali homines abutantur ad mortem, & uel ſe interficiant, uel inſidientur inimicis: Sic lex data eſt ut peccatorum uenena monſtret, & hominem male libertate ſua abutentem, qui prius ferebatur improuidus, & per præcipitia labebatur, freno legis retineat, & compoſitis doceat incedere greßibus. Ita ut ſeruiamus in nouitate ſpiritus, & non in uetuſtate literæ, id eſt, uiuamus ſub præcepto, qui prius in modum brutorum animalium dicebamus: Manducemus & bibamus, cras enim moriemur. Medicina. Venena. Lex.

Ad Pammachium aduerſus errores Ioan. Hieroſo. Naſci de adulterio, nō eius eſt culpa qui naſcitur, ſed illius qui generat. Quomodo in ſeminibus non peccat terra quæ fouet, non ſemen quod in ſulcis iacitur, non humor & calor quibus temperata frumenta in germen pullulant: ſed (uerbi gratia) fur & latro, qui fraude & ui eripit ſemina: Sic in generatione hominum recipit terra, id eſt, uulua quod ſuum eſt, & receptum confouet, confotum corporat, corporatū in mēbra diſtinguit. Semina. Terra. Generatio hominum.

In epiſtola ad Cyprianum. Quomodo enim loquentis ſermo præteruolat: Ita & opus araneæ incaſſum texitur. De quo ſuper perſona hæreticorum ſcriptum eſt in Iſaia: Telam araneæ texunt, quæ parua & leuia poteſt capere animalia, ut muſcas, culices, & cætera huiuſmodi: à fortioribus autem rumpuntur, inſtar leuium in eccleſia ſimpliciumq́ʒ, qui eorum decipiuntur erroribus, cum uiros in fidei ueritate robuſtos non ualeant obtinere. Loquentis ſermo. Aranea. Leues ſimplicesq́ʒ. Hæretici.

In comment. in Matth. capite 5. Quemadmodum Iu-

Victimæ. dæi uictimas immolabant Deo, ne eas idôlis immolarent: Sic & iurare permittebatur in Deum, non quòd recte hoc facerent, ſed quod melius eſſet Deo id exhibere quàm dæmoni-

Iuramēta. bus. Euangelica autem ueritas non recipit iuramentum, cum omnis ſermo fidelis, pro iureiurando ſit.

In caput 7. prioris ad Corinth. epiſto.

Et ſi quis ſe incontinentem non erubuerit confiteri, in lan

Remedium nuptiarum guorem incontinentiæ reclamanti non denegetur remedium nuptiarum. Quomodo ſi peritus medicus inquieto ægro &

Aeger. neganti ſe poſſe à pomis omnibus abſtinere, concedat aliquantùm, ne illa pernicioſa præſumat.

Vinca. In epiſtolam ad Galatas cap. 4. Sicut in uinea multi uſque ad prælum gradus ſunt, & primum neceſſe eſt, ut uitis gemmet in pampinis, ſpem promittat in floribus: dehinc ut flore decuſſo, futuri botri ſpecies deformetur, paulatimq́; turgeſcens uua parturiat, ut preſſa torcularibus dulcia mu-

Doctrina. Verbū Dei ſta deſudet: Ita & in doctrina ſinguli beatitudinū ſunt profectus, ut audiat quis uerbum Dei, ut concipiat, ut in utero animæ eius adoleſcat, & ad portum uſq; perueniat: Vt quum pepererit illum, lacte enutriat: et per infantiam, pueritiam, adoleſcentiam, iuuentutem, ad perfectum uirum uſq; perducat.

Vulua. Sicut in uuluam mulieris primum ſemen iacitur informe, ut ſulcis & fundo eius quaſi quodam glutino adhæreat: Deinde per nouem menſes reſtricto ſanguine, futurus homo coagulatur, corporatur, paſcitur, atque diſtinguitur, ut poſtquàm in utero palpitarit, ſtatuto tempore fundatur in lucem: & tantis difficultatibus naſcitur, quantis poſtea ne in-

Semen ſermonis CHRISTI. tereat, enutritur: Ita & ſemen ſermonis CHRISTI quum in animum audientis inciderit, per gradus ſuos creſcit, &

ut mul-

ut multa prætercam, tamdiu in ancipiti eſt, quàmdiu pariat qui concepit.

In epiſt. ad Gal. cap. 2. Quomodo autem iuxta Apoſtolum Iacobum fides ſine operibus mortua eſt: Sic abſque fide, quamuis bona opera ſint, mortua computantur. *Fides. Opera.*

Quomodo in coniugio ſæpe uiri ſemen in cauſa eſt ne liberi procreentur, & nonnunquàm ſterilis uxor ſemina non tenet, & frequenter neuter ad generandum aptus eſt, & econtrario uterque fœcundus: Ita & in his qui uerbum Dei ſeminant, quadrifariam hæc diuiſio cuſtoditur, ut impleat quidem ſuum doctor officium, ſed ſit ſterilis auditor: uel auditor bonæ indolis ſit, ſed per imperitiam doctoris uerbi ſemen intereat: aut certè tam uecors ſit qui docetur, quàm ille eſt qui præcipit, raróq; contingit, ut & magiſter, et diſcipulus ſibi conſentiant, ſcilicet ut tantum iſte doceat, quantum ille poteſt haurire, uel tantum ſuſcipere doctus, quantum doctor ingerere. *Viri ſemē. Sterilis uxor. Fœcūditas Verbū Dei ſeminans. Auditor.*

Libro 3. commenta. in epiſtolam ad Galat. cap. 5. Scintilla res parua eſt, & penè dum cernitur, non uidetur, ſed ſi fomitem comprehenderit, & nutrimenta ſui quamuis paruus ignis inuenerit, mœnia, urbes, latiſſimos ſaltus regionéſque conſumit. Fermentum quoque cuius ad aliam partem in Euangelio parabola temperata eſt, res modica uidetur & nihili: ſed cum farinæ conſperſum, totam maſſam ſuo uigore corruperit, in illius uim tranſit omne quod mixtum eſt: Ita & doctrina peruerſa ab uno incipiens, uix duos aut tres primum in exordio reperit auditores; ſed paulatim cancer ſerpit in corpore, & iuxta uulgare prouerbium, unius pecudis ſcabies, totum com *Scintilla. Ignis. Fermentū. Doctrina peruerſa. Cancer.*

maculat gregem. Igitur & ſcintilla ſtatim ut apparuerit, extinguenda eſt, & fermentum à maſſæ uicinia ſemouendum: ſecandæ putridæ carnes, & ſcabioſum animal à caulis ouium repellendum: ne tota domus, maſſa, corpus, & pecora ardeat, corrumpatur, putreſcat, intereat. Arrius in Alexandria una ſcintilla fuit, ſed quia non ſtatim oppreſſa eſt, totum orbem eius flamma populata eſt.

Putridæ carnes. Scabioſum animal. Arrius.

In comment. epiſt. ad Epheſ. cap. 1.

Signaculum Dei eſt, ut quomodo primus homo conditus eſt ad imaginem & ſimilitudinem Dei: ſic in ſecunda regeneratione, quicunque ſpiritum ſanctum fuerit conſequutus, ſignetur ab eo, & figuram conditoris accipiat.

Primus homo. Secunda regeneratio.

Libro comment. 2. In epiſtolam ad Epheſios capi. 4.

Quod ut manifeſtius fiat, imperfectum licet & non implens ſimilitudinem, tamen per quod poßit intelligi quod dicitur, ſumamus exemplum. Mare certè immenſum eſt, & capacitas eius Deo ſoli nota, ex hoc ſi quis uelit multis hominibus, ſecundum id quod geſtare queunt, tradere: neceſſe eſt, ut ad menſuram unicuique tribuat, & partes eius menſuram recipiant, cuius ſolidum immenſurabile eſt: Ita & ſpiritusſanctus, immenſus quidem eſt, & nullo fine concluditur: tamen unicuique datur ſecundum quod expedit.

Mare immenſum. Spiritus ſanctus.

Qui autem uult hæc eum non de humilitate, ſed de conſcientia protuliſſe, dicit: Paulus apoſtolus, homo erat acuti et acris ingenij: & qui ad primos quoſque diſputantium conatus, ſagaci mente quæ erant inferenda, prænoſceret. Videbat igitur ſæpe ex utraque parte ſic dici: & tam uериſimilia in rebus contrarijs aſſeri, ut ambigere facerent audientem: ideirco ut

eo ut homo, & adhuc in fragili corpuſculo cõſtitutus, circum ferebatur quidem omni uento doctrinæ, ſed non elidebatur in ſaxa: nec nauis eius gurgitibus implebatur. Stabat quippe in puppi gubernaculum tenens: & ſpumantes hæreſeos fluctus fidei ſecuritate frangebat: Non tamen intrepidus & ſecurus, nec quietus & placidus, proſpiciebat uentos hinc inde perflantes, & ſolicita aure captabat, uincebatq; cõtraria: ſed non erat illi ſecura uictoria. Cum timore ac tremore ſalutem eſſe operandam

Hæc autem tota ædificatio per quam Eccleſiæ per partes corpus augetur, mutua in ſe charitate complebitur. Totas rationabiles creaturas ſub unius rationabilis animalis intelligamus exemplo: & quodcunq; de huius membris dixerimus & partibus, hoc ſciamus eſſe referendum ad unamquanq; rationabilem creaturam. Putemus hoc animal ita per artus, uenas, carnesq; laceratum: ut nec os oßi hæreat: nec neruus iungatur ad neruum, ſeparatim oculi iaceant, ſeorſum nares: manus alium locum teneant: aliò proiecti ſint pedes: & reliqua membra in hunc modum inter ſe diſperſa ſint & diuiſa. Finge aliquem uenire tantæ ſcientiæ medicum, qui iuxta fabulas ethnicorum, Aeſculapium poßit imitari: & in nouam figuram nouumq; nomen Virbium ſuſcitare: hic neceſſe habebit unumquodq; membrum ſuo loco reſtituere: & compagẽ copulare compagi: & quodam glutino partibus reſtitutis, unum corpus efficere. Hucuſq; nobis una ſimilitudo proceſſerit: nunc in eandem ſimilitudinem ad id quod intelligi uolumus, aliud trahatur exemplum. Paruulus creſcat: & occulto æuo in perfectam adoleſcat ætatem: ſuum manus augmentũ habebit, ſua pedes ſentient incrementa: uenter dum neſcimus impletur: humeri dum falluntur oculi, dilatantur: & omnia

Aedificatio. Rationalis creatura. Aeſculapius. Virbius. Paruulus creſcens.

membra per partes iuxta menſuram ſuam ſic creſcunt, ut tamen non ſibi, ſed corpori uideantur augeri: Ita igitur & in reſtitutione omnium, quando corpus totius Eccleſiæ nunc diſperſum atq; laceratum: uerum medicus CHRISTVS Ieſus ſanaturus aduenerit: unuſquiſq; ſecundum menſuram fidei, & agnitionis filij Dei: quem ideo agnoſcere dicitur, quia prius nouerat, & poſtea noſſe deſinit, ſuum recipiet locum: & incipiet id eſſe quod fuerat: Ita tamen ut non iuxta aliam hæreſim, omnes in una ætate ſint poſiti, id eſt, omnes in angelos reformentur: ſed unumquodq; membrum iuxta menſurã & officium ſuum perfectum ſit. Verbi gratia: ut angelus refuga id eſſe incipiat, quod creatus eſt: & homo qui de paradyſo fuerat eiectus, ad culturam iterum paradyſi reſtituatur.

Hæretici. Lib. I. comment. in Eſai. cap. item I. Hæretici quoq; Euãgelicam ueritatem corrũpunt praua intelligentia, & ſunt caupones peſſimi, facientes de uino aquam. Cum econtrario dominus noſter aquas in uinum uerterit, & tale uinum, quod miretur architriclinus: Quale & regina Saba in Salomonis eſt mirata conuiuio, pincernas eius, & miniſtros uini, ſua uoce collaudans.

Caupones. Aqua. Vinum.

Libro 2. commentar. in Eſai. cap. 5. Quod autem iuxta Hebraicum & omnes alios interpretes, appellantur funiculi uanitatis, hoc ſignificat, quod facientibus peccatum facile texitur, & tam inane & futile eſt, ut aranearum fila texuntur: ſed cũ inde uolucrimus exire, ſolidiſſimis uinculis nectimur.

Funiculi uanitatum. Aranearũ fila.

Libro 16. commentarior. in Eſai. cap. 57. Sicut igitur mare feruens quieſcere non poteſt, ſed redundant fluctus eius, et reuoluuntur ad littora, atq; iterum reſorbentur, & in ſe fracti lutum efficiunt quod pedibus conculcatur: Sic impij æternæ con-

Mare. Impij.

næ conculcationi ſubiacebunt, quorum nullum eſt gaudium, & qui nulla pace requieſcunt, in eo quod impij perſeuerent.

Lib. 6. com. in Eſai. ca. 14. Sicut eñ quãdiu cadaueris materia eſt, & aliqs humor in cadauere, uermes naſcũtur ex putredine: Sic ex ipſa materia peccatorum ſupplicia gignuntur. Cadauer & Peccata.

Lib. 6. com. in Eſa. ca. 16. Doctrina hæreticorũ quæ pardis & præuaricatoribus comparatur deſerta erit, & deducetur ad nihil, pardi ſunt in Hieremia uarietates, & maculæ non mutãtur, & apoſtatæ: de quibus in Pſalmo legimus: Præuaricatores reputaui omnes peccatores terræ.

In Eſai. ca. 44. Et germinabunt inter herbas, quaſi ſalices iuxta præterfluentes aquas. Cõparat quoq; in baptiſmate renaſcentes, herbis uirentib. & ſalici, quæ iuxta fluẽtes aquas oritur, & contra rerũ naturam affert fructus, quæ prius ſterilis erat, uel cuius ſemen in cibo ſumptum ſteriles facit. In baptiſmate renaſcentes.

In Eſa. cap. 58. Omnes enim qui hæreticis uinculis alligantur, declinant à domino, & quaſi bos ductus ad uictimã eligunt atq; commutant pro ueritate mendacium. Bos. Victimæ.

Li. cõ. 18. in Eſa. c. 65. Omnis hæreticus ad iracundiã prouocat dominũ: & in falſitate dogmatũ ſuorũ immunda offert ſacrificia, nequaquã firma & menſura perpetuo: ſed inſtar hortorum ad breue uirẽtia, carnis delitijs prouidẽs. Cui dicitur: Omnis caro fœnũ, & omnis gloria eius quaſi flos fœni. Aruit fœnum, & flos decidit: VERBVM AVTEM DOMINI quod in Eccleſijs prædicatur, permanet in æternum. Hæreticus. Horti. Caro.

In Eſaiam cap. 66. Quomodo ſolebant filij Iſraël dum eorum ſtaret religio, & templi ceremoniæ ſeruarentur, offerre uictimas cum Pſalmis in domo domini: Ita uſq; hodie in domo Dei (quæ eſt Eccleſia) filij Iſraël, qui mente conſpiciunt Eccleſia.

Deum

Deum, ſpirituales offerunt hoſtias cum fructibus atq; uirtuti bus animæ ſuæ in uaſis mūdis, hoc eſt, in ſanctis corporibus.

Vermis. *Vermis aūt quomodo morietur, & ignis qui nō extingue*
Ignis. *tur, à pleriſq; conſciētia accipitur peccatorum, quæ torqueat*
Conſciētia *in ſupplicijs conſtitutos, quare uitio ſuo atque peccato carue*
peccatorū. *rint electorum bono, iuxta illud quod dicitur: Verſatus ſum*
Tinca. *in miſeria, dum infigitur mihi ſpina. Et in Prouerbijs, Tinea oßium cor intelligens. Et iterum ſub obelo: Sicut tinea ueſtimentum, & uermis lignum: Sic mœror excruciat cor uiri.*
Mœror.

Nux. Amigdalū *In 1. Hieremiæ caput. Quomodo nux ſiue amygdalū amariſsimum habet corticem, & teſta duriſsima cingitur, ut detractis auſterioribus & duris, fructus dulciſsimus reperiatur:*
Correptio *Sic omnis correptio, & labor continentiæ, amara quidem ui*
Continentia. *detur ad præſens, ſed fructus parit dulciſsimos. Vnde & uetus illa ſentētia eſt: Literarū radices amaræ, fructus dulces.*

Ciſterna. Lacus. *Libro 2. commentar. in Hieremiam cap. 6. Quomodo ciſterna uel lacus frigidam facit aquam ſuam: Sic in medio Hieruſalem malitia quæ in ea eſt, omnem calorem perdidit uitæ. & quæ ſequuntur.*

Ouis morbida. *Polluitur enim ex uno peccatore populus, ſicut ex una oue morbida uniuerſus grex inficitur: Sic ex uno fornicante, uel aliud quodcunq; ſcelus committente, plebs uniuerſa polluitur.*

Peccata. *In Hieremiam lib. 6. capite 31. Peccata ſunt uua acerba, ut comedentium dentes obſtupeſcant, & non poßint eius ſuauitatem ſentire, de quo dicitur: Guſtate & uidete, quoniam*
Suauitas. *ſuauis eſt dominus.*

Hæretici. *Lib. 4. comment. in Ezechielem cap. 13. Omnes hæretici propter fraudulentiam ac nequitiam, uulpium ſimiles ſunt, de qui-*

de quibus Saluator loquitur: Vulpes foueas habent, & uolucres cœli nidos. Et de Herode ſcriptũ eſt: Dicite uulpi huic. Et de eiſdem uulpibus, quæ paruulos ſimplicesq́; decipiunt, & populantur uineã CHRISTI, Salomon loquitur: Capite nobis uulpes paruulas diſsipantes uineas. Et in Pſalmo ſuper his qui eorum fraudulentia ſupplantantur, canitur: Introibunt in inferiora terræ: tradentur in manus gladij, partes uulpium erunt. Vulpes.

Cap. 16. Cruenta infantium corpora ſtatim ut emittuntur ex utero, lauari ſolent: Ita & generatio ſpiritualis lauacro indiget ſalutari. Nullus enim mundus à ſorde, nec ſi unius quidem diei fuerit uita eius. Cruenta infantiũ corpora.

Commentaria in Ezechielem libro 8. cap. 26. Finge aliquem diu ſeruata pudicitia, multis floruiſſe uirtutibus, & poſtea in aliquo graui mortaliq́; peccato eſſe collapſum: Nonne ad ſonitum ruinæ eius interfectarumq́; uirtutum omnes inſulæ mouebuntur: hi uidelicet qui ſalſis amarisq́; huius ſeculi tũdũtur fluctibus? & deſcendẽt de throno ſuperbiæ ſuæ, omnes qui in ſeculi huius ſalſugine principes uidebantur: & humilitate deiecti, auferent diademata de capitibus ſuis, quæ uidebantur bonis operibus poſsidere, & ueſtimenta uaria diuerſitate uirtutum abijcient: & induentur ſtupore ſiue timoris magnitudine, quodammodo uidebuntur inſani: ſedebuntq́; humi, & ſtupentes ſuper repentino caſu eius admirabuntur, in tantum ut omnes aſſumant planctum & lamentationem ſuper eum qui corruit, & dicant: Quomodo periſti qui prius ſaluus eras? quomodo corruiſti qui tanto tempore ſteteras? qui in mari huius ſeculi inter omnes inclytos putabaris, qui eras cunctorum opinione robuſtus? & habitatores Tyri: hoc Repentinus caſus

eſt, cogitationes fortiſſimæ aduerſum omnia ignita diaboli iacula reſiſtentes, quæ prius erant formidini omnibus aduerſarijs, uerſæ ſunt in ſtuporem. Sed & naues, omnes uidelicet ſancti, qui huius ſeculi fluctus tranſeunt, obſtupeſcent cum te uiderint concidiſſe. In die pauoris & ruinæ tuæ turbabuntur inſulæ: ne & ipſæ ſimilia ſuſtineant. Aliorum enim ruinæ, exempla iuſtorum ſunt: dum omnes infirmo & imbecillo ſtatu fluctuantiq́; ueſtigio in iſto ſeculo commoramur, & nũquam eſt noſtra certa ſecuraq́; uictoria: quando egredientur ex te qui prius ſteterant; uel in exitu tuo in fine & conſummatione tua. Non enim ex præteritis, ſed ex præſentibus iudicamur: Cauendumq́; eſt & ſemper timẽdum, ne ueterem gloriam & ſolidã firmitatem unius horæ procella ſubuertat.

Ex præſentibus iudicamur.

Libro 1. commenta. in Oſee cap. 4. Sicut uacca percuſſa aſylo, percuſſi ſunt hæretici ardentibus diaboli ſagittis, & legis notitiam reliquerunt: ideo paſcentur in lata & ſpacioſa uia quæ ducit ad mortem, & patientia domini boniq́; paſtoris eos inuitat ad interitum.

Vinum. Ebrietas. Fornicatio Voluptas.

Sicut uinum & ebrietas eum, qui biberit, mentis ſuæ impotẽ facit: Ita & fornicatio, ac uoluptas peruertit ſenſum, animumq́; debilitat, & de rationali homine brutũ efficit animal, ut ganeas & lupanaria & libidinum luſtra ſectetur.

Hæreticorũ corda.

Comment. in Oſee lib. 2. ca. 7. Hæreticorũ corda diaboli igne ſuccẽſa, ut in eis panes coquantur Antichriſti, nemo ambigit, qui idcirco primum quieſcunt in Eccleſia, & loquuntur occulte, & omnia pacificare promittunt: ut cancer paulatim ſerpat in populos, & fermentũ doctrinæ eorũ (quod et dominus intelligẽs loquitur: Cauete à fermento Phariſæorũ) cum intumuerit in cordibus deceptorum, tunc in apertã prorumpunt inſaniam, & impletur in eis, quod à Ioan. Apoſtolo dici

tur:

tur: Ex nobis exierunt, ſed nõ fuerũt ex nobis, ſi enim fuiſſent ex nobis, manſiſsent utiq; nobiſcum.

Lib. com. 3. in Oſee c. 10. Quomodo radix omnium malorũ eſt auaritia: Sic peccatorũ ſcelerumq; cunctorũ radix eſt impietas, qua qui araucrit ſiue ſeminauerit, metet iniquitates — Impietas.

Lib. 5. com. in Oſee ca. 13. Quia uerò Galaad interpretatur translatio teſtimonij, & Galgal uolutabrũ, hoc dicere poſſumus quod principes hæreticorum teſtimonia ueritatis transferãt in mendaciũ, & quicquid colũt, idolũ ſit: & ſacrificia eorũ habeant ſimilitudinẽ, uel aceruorũ de lapidibus congregatorũ, uel teſtudinũ. Quomodo eñ ðmis & aceruí hinc atq; illinc de lapidibus & ſabulo congregantur: Ita & hæretici de ſapiẽtia ſeculari & argutijs hominũ, fraude atq; mendacio ſimulachra cõponunt. Et cũ hoc fecerint, tardis greſsibus in uno mouentur loco, & totũ orbẽ occupare non poſsũt. Teſtudo tardigrada, & onerata, imò oppreſſa pondere ſuo, non tam ambulat q̃ mouetur, hæreticorum grauiſsima peccata ſignificans, qui ſuis in cœno & uolutabro luti erroribus immolant, adorantes opera manuum ſuarum, & inſtar boũ cuncta pro terrenis frugibus laborantes. — Principes hæreticorum. Acerui. Teſtudo. Boues.

In Iohelem cap. 3. Ergo egredictur fons de domo domini quæ interpretatur Eccleſia. De quo & Ezechiel & Zacharias ponunt in fine uoluminum ſuorum, ut ſpinas noſtras & uitia atque peccata, quæ nullam frugem habuere iuſtitiæ, commutent in domini noualia, & ariditatem noſtrã rigent aquis largiſsimis, et pro ſpinis ac uepribus, flores multiplices germinemus. Et in eo loco ubi quondam fornicatus eſt Iſraël, et initiatus eſt Beelphegor, lilia caſtitatis, et roſæ pudoris ac uirginitatis exuberent. — Domus domini, Eccleſia. Noualia. Lilia. Roſæ.

In

In Procemio in Abacuc Prophetam.

Aegrotus. Quomodo ſi ægrotus & æſtuans febribus, aquam frigidam poſtulet, & dicat ad medicũ: Vim patior, crucior, uror, exanimor, uſquequo medice clamabo, & non exaudies? Et reſpondeat ei ſapientiſſimus ac clementiſſimus medicus: Scio quo tempore dare debeam quod poſtulas, & non miſereor modo, quia miſericordia iſta crudelitas eſt, et uoluntas tua cõtra te petit: Ita & Deus noſter ſciens clementiæ ſuæ pondera atq; menſuras, interdum non exaudit clamantem, ut eum probet, & magis prouocet eum ad rogandum, & quaſi igne excoctum, iuſtiorem & puriorem faciat. Quod intelligens Apoſtolus ſecundum id quod miſericordiam conſecutus eſt à domino, ait: Sed non deficimus in tribulationibus. Et benedicit dominum in omni tempore. Et ſcit, quòd qui perſeuerauerit uſq; in finem, hic ſaluus erit: & gloriatur in labore & dolore, & cum Hieremia dicit, Tribulationem & miſeriam inuocabo, & quomodo alius inuocat Deũ: Sic ſanctus uir ac bellator inuictus ad exercendum ſe & probandum, tribulationẽ & miſeriam inuenire deſiderat.

Clemẽtiæ diuinæ põdera & menſuræ.

Bellator inuictus.

Vinum. In Abacuc cap. 2. Quomodo uinum contra potantem facit, & poſtquam ſurrexerit, neq; pes, neq; mens ſuum officiũ tenent, omniſq; lætitia & mentis exhilaratio uertitur in ruinam: Sic uir ſuperbus non decorabitur, nec uoluntatem ſuam perducet ad finem.

Superbus.

Tyrannus. Capite 5. Cum tyrannus detruncatur, imagines quoque eius deponuntur & ſtatuæ, & uultu tantummodo commutato, ablatoq; capite, eius facies, qui uicerit, ſuperponitur: ut manente corpore, capitibusq; præciſis, caput aliud commutetur: Sic hæreticorum conciliabula, quia capitibus hæreſeõ à

Hæreticorum conciliabula.

cæteris ſeparatis populis, in loco eorum caput eſſe CHRISTVS *incipiat.*

In Naum cap. 1. Quomodo enim numerus capillorũ acutæ forcipi non repugnat: Ita & numerus aduerſariorum Dei, facili ſucciſione tolletur. *Capilli.* *Forceps.*

Sicut enim flumina de uentre iuſti fluunt, & fontes uberes in uitam æternam per uarias multipliceſq; ſententias quibus imperat ſermo domini: Ita et hæreſiarchæ aquas ſuas quibus imperãt, & quæ ex eorum primum fonte manarunt. *Flumina.* *Hereſiarchæ.*

In Micheæ cap. 1. Quomodo aquila, quæ regina eſt auium, certo tempore amittit pilos, & remanet implumis: Sic etiam Iſraël deponat omnem gloriam ſuam. *Aquila.* *Iſraël.*

Quemadmodum in uulneribus putridis, ne cancer ſerpat, & emortuum corpus uiuas carnes depaſcatur, medici ſtatim uulnus & urunt cauterio, uel puluere cauterico: Ita ſpiritus Dei, finem poſuit mendacio, ne ultra populus Dei pſeudoprophetarum uocibus ſubuertatur. *Vulnera putrida.* *Spiritus Dei.*

In Cap. 2. Quomodo in fabricatione turris lingua, quæ male unita fuerat, ſeparata eſt, & peſſimum fœdus utili diuiſione conciſum: Sic & capita hæreticorum, quæ cũ corporibus ſiue inter ſe uidebantur habere concentũ (plura enim hæreticorum capita ſunt, quæ cũ diuerſos oculos habeant, tamẽ in una (ut ita dicam) lingua blaſphemiæ aduerſus Eccleſiam latrant) diuiderentur in partes, & à decerptis corporibus ſeparata, ab uno capite locum facerent. *Capita hæreticorum.*

Ambroſius ſermone 1. Sicut granum ſinapis, prima fronte, ſpecie ſui eſt paruum, uile, deſpectum, non ſaporem præſtans, non odorem circunferens, non indicans ſuauitatem: at ubi teri cœperit, ſtatim odorem ſuum acrimonia exhibet, ci- *Granum ſinapis.*

bũ flãmei ſaporis exalat, et tanto feruoris calore ſuccenditur, ut mirũ ſit in tã friuolis granis, tãtum ignẽ fuiſſe concluſum: Cuius etiã ſeminis cibum, homines, hyemis tẽpore præcipuè, magna pro ſuauitate percipiunt, quatenus repellãt frigora, humores egerant, uiſcerum interna calefaciunt. Sæpè etiã capiti ex hoc adhibẽt medicinã, ut ſi quid inualidum, ſi quid ægrotũ fuerit, ſinapis igne curetur: Ita & Chriſtiana fides, primã fronte uidetur eſſe parua, uilis, tenuis, non oſtendens potentiã ſuã: at ubi diuerſis tentationib. teri cœperit, ſtatim uigorẽ ſuum prodit, acrimoniã indicat, calorẽ dominicæ credulitatis aſpirat, & tãto diuini ignis ardore iactatur, ut & ipſa ferueat, & participantem ſibi ardere cõpellat. Granum ſinapis mẽbrorum uiſcera calefacit: fidei autem uigor cordium peccata cõburit. Illud quidem aſperum, algorem frigoris remouet. Hæc autem delictorum diabolicum frigus expellit. Sinapis iniquos humores decoquit corporum: fides autem libidinum fluenta conſumit. Per illud medicina capiti procuratur: per fidem autem ſpirituale caput noſtrum, quod eſt Chriſtus, ſæpius refouetur, fidei (iuxta comparationem ſinapis) odore ſancto perfruimur.

Christiana fides.

Sinapis ſuccus.

Sermo. 2. Sicut cum ſinapis ſuccum ſumimus, uultu contriſtamur, fronte contrahimur, ad lachrymas promouemur, & ipſam ſalubritatem corporis noſtri, cũ quodã fletu auſteritatis accipimus. Illinc enim nos amaritudo exaſperat, acrimõia penetrat, hinc calor ignei ſaporis accendit, & toto perturbati corpore, tunc magis ſani efficimur, cum amplius deploramus: Ita & cum fidei Chriſtianæ mandata percipimus, contriſtamur animo, affligimur corpore, ad lachrymas promouemur, & ipſam noſtram ſalutem cum quodam fletu ac mœrore

Chriſtianæ fidei mãdata.

rore conſequimur. Inde ieiunia nos exaſperant, illinc pecca torũ conſcientia macerat, hinc patrimonij iactura cõturbat, & toto contriſtati habitu magis ſalutem conſequimur, ſi am plius defleamus. ſicut dominus ait: Vos plorabitis, &c. Beati qui lugent. Quod ſuccus ſinapis in corpore: hoc fides Chriſtiana operatur in anima.

Sermo. 8. Laudauerim uirtutem gubernatoris, qui nullas procellas ſenſerit, & curſum nauigij direxerit, nulla tempe ſtate iactatus? Sed illum laudauerim, qui aduerſus uentos renititur, inſurgit aduerſus fluctus, non timet, uel cum eleuatur undis nauigium, uel cum ad profundi ima deponitur: Ita & ille laudandus eſt gubernator ſui, qui ea quæ aduerſa ſunt, uincit patientia, uirtute ſuperat, ſecundis non extollitur, aduerſis non frangitur. Rege ergo teipſum, quando turbatur animus, mens fluctuat. Laudandus gubernator.

Ser. 20. Fertur coluber cũ urgetur periculo, caput ſemper abſcondere, & in orbem ſe colligens, obiecta reliqua par te corporis, hoc ſolũ tueri: quòd illæſa, feratur membra cæte ra, ſaluo capitis uigore, reparare: Hoc & tu moraliter ſerua caput, hoc ſeruato myſtice, hoc caput, quod chriſtus eſt, ſerua ti humani ſerpentes, etiamſi omnia membra cædantur, totum uratur corpus incendijs, mergatur profundo, euiſceretur à beſtijs: hoc tamen capite cuſtodito, uita ſalus integra eſt. Coluber. Caput Chriſtus.

Sermo. 14. Paſcua ſunt libri ſcripturarum cœleſtium, in quibus recreamur, & reficimur, cum ea quæ ſcripta ſunt deguſtamus, uel ſummo ore libata frequentius ruminamus. His paſcuis grex domini ſaginatur. Carpis illic nouum florẽ, qui bonum odorem dedit reſurrectionis. Carpis lilium in quo ſit ſplendor æternitatis. Carpis roſam, hoc eſt, dominici corporis ſanguinem. Paſcitur os noſtrum hic, cum loquimur Amœniſſima ſcripturarum cœleſtium paſcua.

mandata Dei uerbi: paſcitur oculus interior, lucernæ ſpiritalis lumine, quæ nobis in hac mundi nocte prælucet, ne ſicut in tenebris ambulantes, incertis titubemus ueſtigijs, & uiam ueram inuenire nequeamus.

Ignis. Sermo dei. Sermo. 18. Ignitum eloquium tuum.) Ignis eſt uerbum Dei, quē miſit qui ſecretos mentiū diuinæ ardore cognitionis inflāmaret affectus, qui uaporē fidei & deuotionis adoleret, qui cupiditatē uirtutis accenderet. Bonus ignis qui calefacere nouit, neſcit exurere, niſi ſola peccata. Hoc igne ſuper bonū fundamentū poſito, apoſtolicum illud aurū probatur: hoc igne illud morū uel operū examinatur argentū, hoc igne lapides illi pretioſi illuminantur, fœnū autem & ſtipula conſumitur. Mūdat hic ignis aurū, conſumit errorē. Hoc igne urebatur rubus, & non exurebatur. Vrit enim ſermo diuinus, ut corrigat conſcientiam peccatoris: non exurit ut perdat. Hic ignis habitare per fidē Chriſtū in cordib. facit. hic ignis materialiū extinguere ſæua flāmarum cōſueuit incendia. Deniq; Hebræi hoc igne ſuccēſi, fornacis ardētis uaporē nec timere, nec ſentire potuerunt.

Aurum. Argentum. Fœnum.

Ser. 48. de ſepultura domini.

Riuulus. Fons. Imber. Quis cōtentus ſit potare de riuulo cū poſsit haurire de fonte? Terra eīn aquarum tenuē rorē omnino nō ſuſcipit poſtea q̃ cā largus pluuiarū imber infuderit: Sic ueſtra dilectio inūdata S. ſacerdotis N. eloq̃o, ſermōis mei patietur uile faſtidiū.

Pabula. Potus. Ser. 81. Nihil proſit offerre pabula recuſanti, & potū porrigere minime ſitienti, cum id quod offeras, non tam libenter hauriat, q̃ faſtidioſe, uelut turbulentum reddat, atq; ita fit, ut & poculi ſynceritas uitietur, et cauſas delicti faſtidioſus peccator inueniat: Sic & charitati ueſtræ ingerere dominici poculi prædicationem forte ſuperfluū eſt, cum id anima

Dominicū poculum.

ueſtrā

ueſtra clauſis uiſceribus, non tam ſitienter hauriat, quàm diſsimulanter infundat.

Sermo.85.de defectione lunæ. Quis plantat uineam, & de fructu eius non edit? quis paſcit gregẽ, & de lacte gregis nõ percipit? Ecce ego paſco gregẽ Chriſti, et gregis fructũ extorquere nõ ualeo: paſco gregẽ domini, et nulla ex eo religioſitatis alimẽta percipio. Nulla enim me fidei eius dulcedo lætificat: ſed quicquid ex eo profluit, aſperum & amarum eſt.

Cantauimus uobis, & non ſaltaſtis, id eſt, annũciauimus uobis regni cœleſtis gaudium, et minime corda ueſtra motu quodã alacritatis exultant. Lamẽtauimus uobis, et nõ planxiſtis, id eſt, prædicauimus triſte iudiciũ, & ſenſus ueſtri ad pœnitẽtiam in lachrymas non prorũpunt. Sicut enim qui corporaliter ſaltat, nũc in aëre ſuſpenditur, nunc ad altiora iactatur, nũc alterius ſaltib. loca diuerſa colluſtrat: Ita & qui ſpiritualiter ſaltat, interueniẽte fide, modo in aëris ſublimitatem erigitur, modo ad ſyderũ cogitationem ſaltibus paradyſum cœlumq; colluſtrat. Et ſicut qui corporaliter ſaltat, uolubilitate membrorum ſe exercens, gyrũ ſibi ſaltationis acquirit: Ita qui ſpiritualiter ſaltat, fidei alacritate ſemper mouens, gyrum ſibi totius orbis aſſumit. Solent autem homines (ſicut mos eſt) in uotis ſuis, hoc eſt, in nuptijs præcipue ſaltare uel canere, unde nos habemus uotiuas nuptias, in quibus ſaltare uel canere debemus, qui habet ſponſam ſponſus eſt, propter has nuptias nos ſaltare conuenit. Siquidem & Dauid rex pariter & propheta, dum multa cecinerit, ante arcam teſtamenti etiam ſaltaſſe dicatur. Elatus enim gaudio, in ſaltationem prorupit. Arcam autẽ quid niſi ſanctam Mariã dixerimus? Siquidem arca intrinſecus portabat teſtamenti tabulas. Maria autẽ ipſius teſta-

Cantus.

Saltans corporaliter & ſpiritualiter.

Dauid.

Arca.

Deipara uirgo Maria.

teſtamenti geſtabat hæredẽ. Illa intra ſemet legem, hæc Euã geliũ portabat. Arca intus & foris auri nitore radiabat: ſed & ſancta Maria intus foriſq; uirginitatis ſplẽdore fulgebat. Illa terreno ornabatur auro: iſta cœleſti.

Apes. Sermo. 84. Sicut apes de diuinarũ ſcripturarũ floſculis, ſuauia mella conficiũt, & quicquid ad medicinã pertinet animarũ, oris ſui arte cõponunt. Et ſicut apes caſtitatẽ corporis præferũt, cibũ uitæ cœleſtis exhibẽt, aculeũ legis exercent, puri ad ſanctificationẽ, ſuaues ad refectionẽ, ſeueri ad ultionem. Apibus planè cõparandi ſunt, qui uelut aluecario quodã, gratiã matris Eccleſiæ continent, in qua diuerſorum meritorũ cellulas, dulciſſimis prædicationibus componentes, de uno ſaluatoris examine, tyrannorum examina multa producunt.

In Luc. lib. 4. in præfatio. Si hi qui magnum mare litorali parant nauigatione tranſmittere, altioris compendium curſus itidẽ ut nos fiduciæ infirmitatem uitantes, agrũ & urbes litore deductas, capti locorũ decore frequenter inuiſunt: quantò magis nos in tanto nõ elementorũ, ſed geſtorum cœleſtiũ ſitiq; profundo, uiciniores legere portus, & frequẽtes amare debemus excurſus, ne quis lõgæ nauigationis tædio fatigatus, faſtidio uomitum tenere non poſſit. Certe ſi quis in tutæ ratis uitia infida perſpexerit, tanq̃ frequenti librorũ portu obiecto, licet ut auriũ uela deponat, lectiõis anchoram figat, nõ uidetur deſeruiſſe nauigiũ, ſed cõfeciſſe curſum qui deſcendit in portũ. Et pleriſq; locis fortaſſe amœnitas locorũ ipſa inuitet prætermeantẽ. Nã ſi Vlyxem illum (ut fabulæ ferunt) licet & Propheta dixerit: Habitabunt in ea filiæ Syrenarũ, & ſi nõ dixiſſet Propheta, nemo tamẽ iure reprehẽderet, cũ & gigãtes, & uallẽ Titanũ ſcriptura cõprehenderit. Si ergo Vlyxẽ illũ poſt decem annorũ exilia, quib. bellatum in ilio eſt, decemq;

Excurſus.

Vlyxes.

Syrenes.

vallis Titanum.

decemq; erroris annos feſtinantē ad patriā, Lotophagi ſuaui tate baccarū tenere potuerūt, ſi horti Alcinoi retardarunt, ſi poſtremo Syrenes cātu uocis illectum, ad illud famoſum uolu ptatis naufragium pene dedūxerāt, niſi aduerſus illecebroſæ ſonitus cātilenæ, inſerta cera ſociorū clauſiſſet aures: Quātò magis religioſos uiros factorum cœleſtiū decet ammiratione mulceri? Atq; hic iā non baccarum ſuauitas hauriēda, ſed pa nis ille qui de cœlo deſcendit. Non area Alcinoi ſpectāda, ſed ſacramenta ſunt chriſti. Nō claudendæ igitur aures, ſed reſe randæ ſunt, ut Chriſti uox poſſit audiri: q̄ quiſq; perceperit, naufragium non timebit. Lib.6.cap.57. Horti Alcinoi. Euchariſtia. ſacramēta

Hoc quidem mirum: Quicquid de fluminibus hauri as, ſi gno diſpendij nō notari. Quicquid de fontibus hauſeras, uſu rario quodā reparari meatu. Sed ex fluminib. ſi nihil decede ret, nihil tamen uidetur accedere, & fontib. ut cumulata fluē ta cernūtur: ita dū minuūtur fluēta, produntur. At uerò hic panis quē frangimus, id eſt, ſermo dei, cū diuiditur, augetur: dum editur, ſine ulla diſpendij comprehenſione cumulatur. Fontes. Sermo dei.

Lib.7.cap.41. Veſtimenta Chriſti alba ſicut nix, id eſt, uerba eius. Nix è cœlo miſſa in terrā, ieiuna noſtrorū arua pectorum fœcundat, ut mens noſtra pluuiæ huius humore uirideſcat, terram noſtram, huius niuis candore reſpergat: ne præpropere calore uernantis corporis arua luxurient, ſed potius fotu niuali, ſemina uerbi cœleſtis preſſa fœcūdet. Nix cum cadit, aues cœli non habent ubi inhabitent, et lætior ſoli to tritici prouentus exuberat. Nix.

Lib.4. ſuper Lucam cap.4. Eadem eſt uirtutis natura, quæ nemorum, ut ſi adhuc exigua de terrenis ad ſuperna ſe ſubrigunt, dum teneris ætas adoleſcit, frondibus ſæui ueneni dentis obnoxia facile aut ſuccidi poſſit aut uri. Si uero alta Virtutis natura. Nemus.

ſe radice fundauerit, & nemorum ſublimitatem ſuſtulerit fruſtra, eam uel ferarum morſibus, uel lacertis agreſtium, uel diuerſorum flatuum procellis arbor robuſta tentatur.

Cruditas. Febres. Vermes. Peccata. Sicut ex multa cruditate & febres naſcũtur & uermes: Ita ſi quis nõ decoquat peccata ſua, uelut quadam interpoſita ſobrietate abſtinentiæ, ſed miſcẽdo peccata peccatis, tanq̃ cruditatẽ quandã contrahat, ueſtrũ recentiũ delictorũ igne aduretur perpetuo, & ſuis uermibus cõſumetur. vnde et Eſa. ait: Ambulate in lumine ignis ueſtri, & flãma quam accendiſtis.

Hæretici. Vulpes. In Luc. li. 7. c. 9. Hæreticis dominus uulpes cõparat. Vulpes plenum eſt fraudis animal, foueã parans, & in fouea latere ſemper deſiderans: Ita ſunt hæretici, qui domũ ſibi parare nõ norũt, ſed circũuentionibus ſuis alios decipere conantur: Iacob domũ habitat, hæreticus in fouea eſt: ut fraudulenta uulpes, gallinæ Euãgelicæ dolũ intendẽs ſemper merito foueas habẽt, qa domum q̃ habuerãt, perdiderunt. Hoc animal neq; mãſueſcit unq̃: unde et Apoſt. ait, Hæreticũ hominẽ poſt unã correptionem deuita: neq; ullius uſui eſt, aut cibo utile.

Sampſon. Ideo Sãpſon ad caudas earũ faces ligauit, et dimiſit in meſſes alienigenarum, eo quòd hæretici fructus incẽdere conentur alienos, latratibus magis ſonori, quàm uocibus excitati. Qui enim unum uerbum negat, nec uocem habet ad præſens ore liberi, ſed in futurum finem iam uincti caudæ facibus ſignificantes ſui finis incendium. In Luc. li. 4. c. 47.

Peccatũ eſt febris, eò quòd ignitæ ſint cupiditates, quòd ignem in oſſibus animæ et corporis implicant, mentẽ animũq; pertentant. Vehementior eſt animi quàm corporis febris, & ideo pro animi uoluntate corporis ſalus plerunq; contemnitur, nec à periculis abſtinetur. Vnde non alienum uidetur,

repetere, quemadmodum Theotimus cum graui oculorum in commodo laboraret, & amaret uxorem, interdicta ſibi à medico facultate coëundi, cupiditatis impatiens, atq; impetu libidinis raptus, ſe moderari nequiuerit. Sciens enim prudẽſq;, quòd eſſet oculos amiſſurus, priuſquàm conueniret uxori, in ipſo æſtu feruentis cupiditatis & conſuetudinis apparatu: Vale, inquit, amicum lumen. Sic ferè libido fragrãtior eſt, grauiuſq; præcipitat & inflammat. Sed ubi quis reſipuerit à furore, tunc conſcientiæ interioris uiſus aperitur, factiq; ſuccedit pœnitentia, & pudenda ſui unuſquiſque facinoris erubeſcit. Etenim quaſi clauis quibuſdam ſuffigitur anima corporeis uoluptatibus, & cum ſemel adhæſerit cupiditatibus merſa terrenis, difficile in altum poteſt unde deſcendit, ſine Dei fauore reuolare. Actuum enim ſuorum uincta laqueis, & deliciarum ſecularium illecebris obnoxia iam tenetur. Theotimus. Vale amicum lumẽ. Reſipiſcentia.

Libro 5. cap. 29. Deſerto mundus comparatur adhuc incultus, ſterilis, infœcundus, in quem negat nobis dominus ita prodeundum, etc. Deſertum. Mundus.

Arundines ſumus, nulla ualidioris naturæ radice fundati. Si leuis aſpirauerit proſperioris auræ ſucceſſus, uago motu, proximos uerberamus, inopes ad ſuffragandum, faciles ad nocendum. Arundines fluuios amant, & nos labentia mundi caduca delectant. Tamen hanc arundinem ſi quis de terræ euellat plantarijs, & ſuperfluis exuat, expolians ueterem hominem cum actibus ſuis, & ſcribæ uelociter ſcribentis manu temperet: incipit non arundo eſſe, ſed calamus, quæ præcepta cœleſtium ſcripturarum penetralibus mentis imprimat, tabulis cordis inſcripta. Arundines.

Libro 7. cap. 64. Hæreſis uelut Eua fœmineo rigore Hæreſis.

fidei tentat affectu, & lubrica facilitate prolabens, Lenocinia falſi decoris affectat, intemeratam negligens pulchritudinem ueritatis.

Mulieres duæ.

Libro 1. de Cain & Abel cap. 40. *Duæ mulieres unicuiq; noſtrum cohabitant, inimicitijs ac diſcordijs diſsidētes, uelut quibuſdam zelotypiæ contentionibus noſtræ replentes animæ domum. Vna earum nobis ſuauitati & amori eſt, blā-*

Voluptas. Meretrix.

dæ conciliatrix gratiæ, quæ uocatur uoluptas, quæ eſt meretrix. Nam quid tam meretricium, quàm ſecularis uoluptas, quæ à feneſtra domus ſuæ intrat, oculis prima tentamenta præludens, & penetrat cor: ſi tu in plateas proſpiciens, id eſt, in publicas tranſeuntium uias, non in legis interna myſteria, obtutum mentis intendas? Ea profecto eſt, quæ ualidioribus uinculis, uelut cubile quoddam conſociatæ nobis communitatis intexit, ut qui inclinauerit ſe, ligetur, & opprobrio ſæ fraudis uelamen, operiat corporis ſui ſtratum, ad ſolicitandum animos iuuenum, abſentiam uiri, hoc eſt, incuriam legis obtexens. Lex enim peccantibus abeſt. Nam ſi adeſſet, nō delinqueretur. Ideo ait: Non eſt uir in domo eius, quia in gratiā ſui legem uelint eſſe uenialium. Spargit odores ſuos uoluptas, quia CHRISTI *odorem non habet. Theſauros oſtendit, regna promittit, amores ſpondet continuos, diſciplinas ſine pædagogo, ſine monitore ſermones, uitam ſine ſolicitudine, mollem ſomnum, inexplebilem cupiditatem.*

Solis ſplendor. Opera. Fides.

Libro de Cain & Abel. *Sicut ſolis ſplendor oſtendit ipſum ſolem, & ex ſole procedit: Ita opera oſtendunt fidem, & duntaxat ſunt indicatiua fidei. Et ſic uerum eſt quod dixit Iacobus: Abraham etiam ex factis, tanquàm ex ſignis fidei, iuſtificatur.*

Sicut

Sicut agni multo lacte pingueſcũt, & ſicut oues bene paſtæ adipem nitent: Ita apoſtolico ſucco paſta, fidelium pingueſcit oratio. Agni. Apoſtolicus ſuccus.

Lib. 2. de Cain & Abel cap. 1. Sicut fumus oculis: Sic iniquitas utentibus ea. Recte iniquitas fumo comparatur, quæ uelut quadam ſeculari caligine, aciem mentis obducit. Fumus. Iniquitas.

Lib. de Iſaac & anima. Charitas eſt fortis ut mors, quia ſicut mors eſt finis peccatorum: Ita & charitas, quoniam qui diligit Deum, peccare deſinit. Mors. Charitas.

Lib. de Iacob & beata uita cap. 8. Perfecti uiri eſt, quaſi fortem militem grauiſſimorum caſuum ſuſtinere incurſus, conflictus ſubire, & quaſi prouidum gubernatorem, nauem in tẽpeſtate regere, atq; occurrendo, inſurgentibus fluctibus magis uitare naufragium ſulcando undas, quàm declinando. Perfectus uir. Fortis miles.

De Helia & ieiunio cap. 11. Sicut cum in intimis puerorum uiſceribus uermes ex cibi indigeſtione naſcuntur, extingui non queunt, niſi cum amarior cibus infunditur, aut medicamentorum uis inoleſcit aſperior, quorum odore moriantur: Ita profundum animæ uirtus ingreſſa ieiunij, culpam latentem inficit. Vermes. Virtus ieiunij.

Hexameron lib. 4. cap. 1. Qui uindemiam colligit, uaſa prius, quibus uinum infunditnr, mundare conſueuit, ne ſors aliqua uini gratiam decoloret. Quid enim prodeſt ponere uitem ordine, fodere quotannis, aut aratris ſulcos ducere, putare, ſubrigere, adiungere ulmis, & quodam connubio copulare: ſi tanto labore uina quæſita in uaſe coaceſcant? Vindemia.

Matutinos quoque ſolis ortus ſi quis ſpectare deſiderat, emundat oculos ſuos, ne quid pulueris, ne quid purgamentorum oculis eius inſideat, quo intuẽtis hebetetur obtutus, néue Matutini ſolis ortus

Sol CHRISTVS. aliqua caligo nebuloſa, corporeos uiſus ſpectãtis obducat. Sol CHRISTVS incipit, oritur in lectione ſcripturarum:

Quæ faciunt ad lectionẽ ſcripturarum. emunda oculos mentis, animiq́; interiores obtutus, ne qua feſtuca peccati, aciem tui præſtringat ingenij, & puri cordis turbet aſpectum. Emunda autem aurem, ut uaſe ſyncero, ſcripturæ diuinæ nitida fluenta ſuſcipias, ne qua ingrediatur cõtagio. Caue autem ſolis perpendere magnitudinem, ne nimius fulgor eius uiſus tuæ mentis obcæcet, & qui è regione in radium eius intendit, repercuſſo lumine, omnem ſubito amittit aſpectum, ac niſi in cæteras partes uultum ſuum oculoſq́; conuertat, æſtimet ſe nihil uidere, & intuendi munere eſſe fraudatum: ſi uerò deflectat obtutum, integrum ſibi perſeuerat officium.

Obliuioſi uiatores. Libro 5. cap. 12. Retrouocamur ad ſuperiora ſicut obliuioſi uiatores, qui cum inconſulto præterierint, in ſua reuertentes ueſtigia, incuriæ ſuæ multum repetito itineris labore ſuſcipiunt. Eſt tamen etiam bonus uiator, qui diſpendium regreſsionis reliqui itineris compendioſa celeritate compenſet: Ita mihi faciendum.

Pauper cõuiua ambitioſe mendicitatẽ oſtentans. Libro 6. cap. 2. Nec uereor, ne quis mihi pauperis cõuiuæ præſumptionem conferendam putet, qui ſtudio humanitatis complures roget, nec his quicq̃ niſi uiles & uſitatos apponat cibos, & tenui menſæ pauperis apparatu, plus reprehenſionis incurrat ex faſtidio conuiuàrum, quàm gratiæ referat ex hoc hoſpitalitatis affectu. Nec enim Helizeũ amici quaſi malum conuiuam, agreſtia apponentem olera, refutarunt.

Animãtia. Libro 1. offi. cap. 27. Omnibus animantibus innatum, ſalutem tueri, cauere quæ noceant, expetere quæ proſunt, ut paſtum, latibula, ut ſe à periculis, imbribus & ſolo defendant

etiam,

etiam, hoc eſt prudētiæ. Solus homo non proſpicit æternam Homo.

Libro 2. de officijs. Habent uitam æternam (ſalutem. & bona facta, quia uir iuſtus & dictis & rebus probatur: Bona facta Nam etſi exercitatus ſit in ſermonibus, & deſidioſus in operibus, prudentiam ſuam factis repellit. Contrà quoq; ſtrenuum eſſe in operibus, & affectu infidum, ita eſt, ac ſi uicioſo fundamento pulchra culminum uelis eleuare faſtigia, quod quò plus ſtruxeris, plus corruit, quia ſine munimento fidei non poſſunt bona opera manere. Vitioſum fundamentum.

In comment. ſuper epiſt. Pauli. Sicut uinum non tempēratum admixtione aquæ, mentem alienat: Ita & ſcientia ſuperbum facit, niſi fuerit charitate temperata. Vinum. Scientia.

Sicut diuitiæ negligentiam pariunt ſalutis: Ita egeſtas dum ſaturari quærit, à iuſtitia declinat. Diuitiæ. Egeſtas.

In Epiſtolam Pauli ad Romanos. Sapientes ſe arbitrantur, qui rationes Phyſicas inueſtigare ſe putant, ſcrutantes curſus ſyderum, & qualitates elementorum: dominum autem horum ſpernentes, ideo ſtulti ſunt: cum hæc laudanda ſint, quantò magis creator illorum? ſolent tamen pudorem paſſi, neglecto Deo, miſera uti excuſatione ac dicere: per iſtos poſſe ire ad Deum ſicut per comites peruenitur ad regem. Age, nunquid tam demens eſt aliquis, aut ſalutis ſuæ immemor, ut honorificentiam Regis uendicet comiti? cum de hac re, ſi qui etiam tractare fuerint inuenti, iure ut rei damnantur maieſtatis, & iſti ſe non putant reos, qui honorem nominis Dei deferunt creaturæ: relicto domino, conſeruos adorant, quaſi ſit aliquid plus quod ſeruetur Deo: nam & ideo ad regem per tribunos & comites itur, quia homo utique eſt rex, & neſcit quibus debeat Rempub. credere: Ad dominum autem quem Sapientes. Stulti. Tribuni. Comites. Rex.

utiq; nihil latet (omnium enim merita nouit) ad promerendum ſuffragatorem non eſt opus, ſed mente deuota.

Fermentũ. Maſſa. Peccatum. In commen. 1. Corin. 5. Neſcitis quòd modicum fermentũ totam maſſam corrumpit? Ita peccatum unius, quod cognitum non arguitur, multos contaminat, imò omnes qui norũt et non deuitant aut, cum poßint arguere dißimulant: nõ enim ſibi uidetur peccare, quando à nullo corripitur aut uitatur.

Infidelitas. Carbo. In epiſt. ad Corin. 1. cap. 16. Infidelitas non poteſt clarã reſurrectionem habere, ſicut carbo cinere ſuo coopertus obcæcatur: Ita & hi perfidia ſuà erroris tenebris circundati, luce carebunt.

Lignum. Homo iuſtus. In pſal. Beati immaculati, Sermone 3. In uineis engaddi lignum eſt, quod ſi quis compungat, unguentum emittit. Si non incidatur lignum, non ita fragrat & redolet: Ita homo iuſtus &c.

Arbor. Terra. Opilionis officium. Citra delectũ ſcripturas legens. In pſ. 118. ſermo. 13. Neq; arborẽ dixerim cuſtodire fœcũditatem naturæ, quæ luxuriat in folijs, uaneſcit in fructu. Nec terrã illam dixerim cuſtodire fructus ſuos, quæ cum filicẽ inuiſam paſcit, agricolis edere frumenta non ſolet. Nec paſtor cuſtodire uidetur pecus, qui eligere pabula profutura non nouerit, lupos cauere, canibus uallare ouilia ſua, neſciat potum cum opus ſit miniſtrare. Nam producere tantummodo ſine ulla cura mutum pecus, tantundem eſt, quantum ſcripturas legere tantum populum Iudæorum, & neſcire ubi ſint ſpiritalis paſcua ſacramenti, ubi litera occidat, ubi intelligibiles incurrant lupi, ubi ſit requies refectionis, ubi ſpes reſurrectionis, qui ſint canes qui pro gregis poßint latrare cuſtodia: populus & ipſo grege magis mutus ignorat.

Philoſophi In pſal. 36. Philoſophi in ſermone diuites ſunt, fidei inopes, uerita-

ueritatis extorres, et ſunt pleriq; ſimplices dñi ſacerdotes, in ſermone pauperes, abſtinentia et uirtute ſublimes, illi multis loquuntur perfidiam, iſti paucis fidem aſſerunt: illi ſuos amittunt quotidie, ſacerdos hic pauper populos acquirit eccleſiæ, numeroq; credentium: qui ergo hos audierit, & uiderit eorum qualitatem, dicit: Melius eſt modicum iuſto, ſuper diuitias peccatorum multas, hinc Salomon deriuauit illud, quod quaſi ſuum expoſuit: Ex multiloquio non effugies peccatum. Simplices domini ſacerdotes.

Lib. 1. de fide ad Gratianũ ca. 4. Hæreſis uelut quædam hydra fabularum, uulneribus ſuis creuit, et dum ſæpe reciditur, pullulauit igni debita, incendioq; peritura. Aut uelut quædam monſtruoſi Scylla portenti, in uarias formas diſtincta, perfidiæ uelut ſuperne uacuum Chriſtianæ ſectæ nomen obtendit. Sed quos in illo impietatis ſuæ freto miſeros inter naufragia fidei reperit fluctuantes, beluinis ſuccincta prodigijs, tetri dogmatis ſæuo dente dilacerat. Cuius ſpeluncam ſcientiæ imperator (ut ferunt nautæ) cæcis latebris inhorrentem, omnemq; eius uiciniam cœruleis canibus, inter perfidiæ ſaxa reſonantẽ, clauſa quodammodo præterire aure debemus. Scriptum quippe eſt: Sepi aures tuas ſpinis. Et iterum: Hæreticum hominem deuita, &c. Itaque tanquàm boni gubernatores, quò tutius prætermeare poſſimus, fidei uela tendamus, ſcripturarum relegamus ordinem. Hæreſis. Hydra. Scylla. Gubernatores.

Libro 5. ad Gratianum de fide cap. 1. Vos auditores mei eſtis, fœneratores uſuræ, non pecuniæ, ſed uerbi uſuræ, uos agricolæ, reditus, ædificatores, aurum, argentum, lapides precioſos ſuperædificantes. Eloquia enim Dei, argẽtum igne examinatum. Vos facite diuitem fœneratorem, agricolam fructuoſum, architectum peritum, Auditores.

Omnem

Hæretici. Omnem hæretici uim uenenorũ ſuorum in dialectica arte cõ
Dialectica. conſtituunt, quæ philoſophorũ ſententia diffinitur nõ aſtruendi uim habere, ſed ſtudiũ deſtruendi: ſed non in dialectica cõ
simplicitas fidei. placuit Deo ſaluum facere populum ſuum: regnum enim Dei in ſimplicitate fidei eſt, non in contentione ſermonis.

Beatæ Mariæ ætymõ. In ſermone natiuitatis beatæ uirginis. Beata MARIA nõ fortuitu, aut ſolum placito, ut quidam putant: ſed diuina diſpenſatione nomen accepit. Ita ut ipſa quoque uocabuli ſui
Stella maris. figura, magnum quiddam innueret: Interpretatur enim ſtella maris. Nautis enim mare trãſeuntibus, uocare eſt opus ſtellã maris, lõge à ſupremo cœli cardine coruſcantẽ: et ex aſpectu illius, dirigere curſum: ut poßint portũ deſtinatum apprehen
Veneranda cum primis Deipara mater & uirgo Maria. dere: Simili modo fratres oportet uniuerſos Chriſticolas inter fluctus huius ſeculi confugere ad Mariã, quæ ſupremo rerũ cardine Deo proxima eſt, et reſpectu exẽpli eius curſum uitæ dirigere. quod q fecerit, nõ iactabitur uanæ gloriæ uẽto: nec frangetur ſcopulis aduerſorũ: nec abſorbebitur uoragine uoluptatum: ſed proſpere ueniet ad quietis æternæ portum.

Domini. 5. poſt Epiph. Singuli accipiunt CHRISTVM dominum, et in ſingulis portionibus totus eſt, nec per ſingulas minuitur, ſed integrũ ſe præbet in ſingulis. Sed quomodo im
Caro uerbi Dei tota et integra in ore omniũ ſumentium. poßibile uideatur, ut caro uerbi Dei, quæ multo ſpiritualior et potentior eſt uerbo noſtro, ſit tota et integra in ore omniũ ſumentium, cum uerbum noſtrum idemq́; totum & integrum ſit in auribus omnium audientium? Quod enim euidentius CHRISTVS in ſeipſo manifeſtans, in cœna corpus & ſan
Euchariſtiæ ſacramentum. guinem ſuum diſcipulis ſuis diſtribuit, & cum ipſe à ſingulis ſumptus comederetur et biberetur in ſacramento, ipſe tamen uiuus & integer manſit in ſeipſo. Sed quid mirum ſi CHRI-

STVS

STVS comeditur, & integer manet, cum Sarephthana uidua non minus oleum comederit, quia teſtante ſacra hiſtoria, lechytus olei non imminutus, cum eadem ſcriptura dicat: Abijt & fecit iuxta uerbum Heliæ, & comedit ipſa & domus eius. Sarephthana. Lechytus.

Libro 6. epiſtolarum, epiſtola 41. Paradyſus eſt diuina ſcriptura, in qua arbor uitæ bonos fructus facit, & æternæ ſpei mandata diffundit per uniuerſos populos: deambulat in hoc paradyſo, & nunc quando diuinas ſcripturas lego, aperiens oculos cōſcientiæ, deambulare mihi Deum putē, recognoſco, cupio me abdere, cupio ualere, ſed nudus ſum Deo, apud quem nuda & intecta ſunt omnia. Erubeſcēs itaq; tegere pudēda facinora deſidero, quaſi membra mei corporis, ſed quia Deus omnia uidet, folijs obumbrantibus, latebris tectus appareo, puto me abſcondi, quia corpore amictus ſum. Paradyſus Sacra ſcriptura.

Lib. 7. epiſt. 44. Mare eſt ſcriptura diuina, habēs in ſe ſenſus profundos, altitudinē propheticorum ænigmatū, in q̄ mare plurima introēunt flumina, ex huius fluminis plenitudine, quicunque acceperit, eleuat uocem ſuam, ex hoc flumine aqua ſaliens in uitam æternam, quæ lætificat ciuitatem Dei. Collige hinc aquam CHRISTI, illam quæ laudat dominū, collige de locis pluribus, quam effundunt nubes propheticæ. Mare.

Li. 8. epiſt. 62. Spirituale māna, eſt pluuia ſpiritalis ſapiētiæ, quæ ingenioſis et quærētibus, de cœlo infunditur, et irrorat mētes piorū, et obdulcat fauces eorū. Qui igitur intellexerit infuſionē diuinæ ſapientiæ, delectatur, nec aliū cibū requiret. Nec enim in ſolo pane uiuit, ſed in omni uerbo Dei. Melle dulcius eſt māna, eſt ſermo quē ordinauit Deus, hæc ordinatio Dei, hæc alimonia alit animam ſapiētis, et illuminat atq; Manna.

obdulcat, reſplendens ueritatis choruſco, & mulcens tanq̃ fauo quodam diuerſarum uirtutum ſuauitate, et ſermone ſapiētiæ: fauí enim mellis ſermones ſunt boni, ſicut ſcriptum eſt in prouerb. Minutum eſt, quia granum ſinapis minutũ eſt, quod comparatur regno cœlorum, quia ſpiritus ſapientiæ ſubtilis legitur. Nam ſpiritus ille unicus, ſanctus, multiplex, mobilis, qui ſermones ſuos molat prius, ne qd offendat uel in ſenſu uel in alloquio. Hoc manna in diẽ colligebatur, in diem alterũ nõ ſeruabatur, eò quòd inuenta ſapiẽtiæ in tẽpore ſint gratiora, nec tã miranda quæ ſpacio temporis reperiuntur, q̃ illa quæ præſentis funduntur ingenij uiuacitate, ſiue quia futura reuelãtur myſteria, eò quod ſeruatũ manna uſq; ad ſolis exortum, eſui iã eſſe nõ poſſet, id eſt, uſq; ad CHRISTI aduentũ, habere gratiam oriente ſole iuſtitiæ, perfecta illa ſumenda ferent.

Fauí mellis

Epiſtola 90. Vnumquenq; fallunt ſua ſcripta, & aurem prætereunt. Atq; ut filij etiam deformes delectant: ſic etiam ſcriptorem indecores ſermones ſui palpant.

Scripta. Filij deformes.

Epiſtola 42. Non immerito ſanctus Moyſes delectationem, ſerpentis figurauit ſimilitudine. Prona eſt enim in uentrem ſicut ſerpens non pedibus incedens, aut ullis eleuata cruribus: ſed ſinuoſo flexu totius uelut corporis ſui lubrica. Ei terra cibus eſt, ſicut ſerpenti, quæ eſcam neſcit cœleſtem. Corporalibus enim paſcitur, atque in uarias mutatur ſpecies cupiditatum, & tortuoſis angulatur anfractibus. Venenum in dentibus habet, quibus ſe unuſquiſq; euiſcerat luxurioſus, helluo internecat, abliguritor perimit.

Delectatio Serpens.

Auguſtinus de ciuita. Dei li. 1. ca. 8. Sicut ab uno igne aurum rutilat, & palea fumat, & ſub eadẽ tribula ſtipulæ cõminuuntur, frumenta purgantur: nec ideo cum oleo amurca con

fundi-

funditur, quia eodem præli pondere exprimitur: Ita una eademq; uis irruens bonos probat, purificat, eliquat: malos damnat, uaſtat & exterminat. Vnde in eadem afflictione, mali Deum deteſtantur, atque blaſphemant, boni autem precantur & laudant. Tantum intereſt, non qualia, ſed qualis quiſq; patiatur. Nam pari modo exagitatum & exhalat horribiliter cœnum, & ſuauiter fragrat unguentum. Boni. Mali. Afflictio.

Cap. 12. Si enim paterna ueſtis, & anulus, ac ſi quid huiuſmodi, tantò carius eſt poſteris, quantò erga parentes maior extitit affectus: Nullo modo ipſa ſpernenda ſunt corpora, quæ utique multò familiarius, atque coniunctius, quàm quælibet indumenta geſtamus. Veſtis. Anulus. Corpora.

Libro de ciuitate Dei, cap. 21. Noſtra uerò ætas cum rempub. ſicut picturam accepiſſet egregiam, ſed euaneſcentem uetuſtate, non modo nō coloribus iiſdem, quibus fuerat, renouare neglexit, ſed ne id quidem curauit, ut formam ſaltem eius, & extrema tanquàm liniamenta ſeruaret. Reſpub. Pictura.

Cum autem Scipio in ſecundi libri fine dixiſſet, ut in fidibus ac tibiis, atque cantu ipſo, ac uoce concentus eſt quidam tenendus ex diſtinctis ſonis, quem immutatum aut diſcrepantem, aures eruditæ ferre non poſſunt, isq; concentus ex diſsimilimarum uocum moderatione, concors tamen efficitur & congruens: Sic ex ſummis, & mediis, & infimis interiectis ordinibus, ut ſonis moderatam ratione ciuitatem conſenſu diſsimilimorum concinere, & quæ harmonia à muſicis dicitur in cantu, eam eſſe in ciuitate concordiã, arctiſsimum atq; optimum in repub. uinculum incolumitatis, eamq; ſine iuſtitia nullo pacto eſſe poſſe. Scipio. Concentus Harmonia Concordia

Lib. 4. cap. 32. Sicut enim dæmones niſi eos quos fallēdo Dæmones.

Pp 2 dece-

Principes. deceperint, poßidere non poſſunt: Sic & homines principes non ſanè iuſti, ſed dæmonũ ſimiles, ea quæ uana eſſe nouerũt, religionis nomine populis tanquàm uera ſuadebãt: hoc modo eos ciuili ſocietati uelut arctius alligantes, quò ſimiliter ſubditos poßiderent. Quis autem infirmus & indoctus euaderet ſimul fallaces, & principes ciuitatis & dæmones?

Cultus Dei. Fons. Lux. Lib. 10. cap. 5. Non ſolum igitur pecore, uel qualibet alia re incorruptibili atq; terrena: ſed ne ipſa quidem iuſtitia hominum, Deum egere credendum eſt. Totumq́; quo rectè colitur Deus, homini prodeſſe, non Deo, neq; enim fonti ſe quiſquàm dixerit profuiſſe, ſi biberit, aut luci, ſi uiderit.

Mediator. Libro 10. cap. 20. Vnde uerus ille mediator, in quantum formam ſerui accipiens, mediator effectus eſt Dei & hominum homo CHRISTVS IESVS, cum in forma Dei ſacrificium cum patre ſumat, cum quo & unus eſt Deus: tamen in forma ſerui ſacrificium maluit eſſe, quàm ſumere, ne uel hac occaſione quiſq̃ exiſtimaret cuilibet ſacrificandum eſſe creaturæ. Per hoc & ſacerdos eſt, ipſe offerens, ipſe & oblatio. Cuius rei ſacramentum quotidianum eſſe uoluit eccleſiæ ſacrificium, cum ipſius corporis ipſe ſit caput, & ipſius capitis ipſa ſit corpus, tam ipſa per ipſum, quàm ipſe per ipſam ſuetus offerri. Huius ueri ſacrificij multiplicia uariaq́; ſigna erant ſacrificia priſca ſanctorum, cum hoc unum per multa figuraretur, tanquàm uerbis multis res una diceretur, ut ſine faſtidio multum commendaretur. Huic ſummo ueroq́; ſacrificio, cuncta ſacrificia falſa ceſſerunt.

Sacrificium eccleſiæ. Miſſa. Signa.

Tranſgredi limitem agrorum. Libro 15. Sicut iniquum eſt auiditate poßidendi tranſgredi limitem agrorum: Ita iniquum eſt libidine concumbendi ſubuertere limitem morum.

Libro

Libro 16. cap. 2. Non ſanè omnia quæ geſta narrantur, aliquid etiam ſignificare putanda ſunt: ſed propter illa, quæ aliquid ſignificant, etiam ea, quæ nihil ſignificant, attexuntur. Solo enim uomere terra proſcinditur: ſed ut hoc fieri poßit, etiam cætera aratri membra ſunt neceſſaria. Et ſoli nerui in citharis atque huiuſmodi uaſis muſicis aptantur ad cantum: ſed ut aptari poßint, inſunt & cætera in compaginibus organorũ, quæ non percutiuntur à canentibus, ſed ea quæ percuſſa reſonant, his connectuntur: Ita in prophetica hiſtoria dicuntur & aliqua, quæ nihil ſignificant, ſed quibus adhæreant, quæ ſignificant, & quodammodo religentur. Vomere. Aratrum. Nerui. Propheti-ca hiſtoria

De doctrina Chriſtia. li. 1. cap. 1. Quomodo ergo ſi eſſemus peregrini: qui beate uiuere niſi in patria non poſſemus, eaq; peregrinatione utiq; miſeri, et miſeriam finire cupientes, in patriam redire uellemus: opus eſſet uel terreſtribus, uel marinis uehiculis: quibus utendum eſſet, ut ad patriam, qua fruẽdum erat, peruenire ualeremus. Quòd ſi amœnitates itineris, et ipſa geſtatio uehiculorũ nos delectaret, conuerſi ad fruendum his quibus uti debuimus, nollemus cito uiã finire, et puerſa ſuauitate implicati, alienaremur à patria, cuius ſuauitas faceret beatos: Sic in huius mortalitatis uita peregrinantes à domino, ſi redire in patriã uolumus: ubi beati eſſe poſſumus, utendũ eſt hoc mũdo, non fruendũ: ut inuiſibilia Dei per ea quæ facta ſunt, intellecta cõſpiciantur, hoc eſt, ut de corporalibus tẽporalibusq; rebus æterna & ſpiritualia capiamus. Peregrini. Amœnitas itineris. Geſtatio uehiculorum.

Libro 2. cap. 24. Sicut ergo hæ omnes ſignificationes pro ſuæ cuiuſque ſocietatis conſenſione animos mouent: nec ideo conſenſerunt in eas homines, quia ualebant ad ſignificationem: ſed ideo ualent, quia conſerunt in eas: Sic etiam il Significationes.

Signa. la ſigna quibus pernitioſa dæmonum ſocietas comparatur, pro cuiuſque obſeruationibus ualent.

Præcepta ambulãdi. Libro 2. cap. 37. Tanquàm ſi quiſpiam dare uolens præcepta ambulandi, moneat non eſſe leuandum pedem poſteriorem, niſi cum poſuerit priorẽ: deinde minutatim, quemadmodum articulorũ et poplitũ cardines oporteat mouere, deſcribat. Vera enim dicit, nec aliter ambulari poteſt, ſed facilius homines hoc faciendo ambulant: q̃ animaduertunt cum faciunt, aut intelligunt cum audiunt. Qui autem ambulare non poſſunt, multò minus ea curant, quæ nec experiendo poſſunt attendere. Itaque plerunque citius ingenioſus uidet non eſſe

Concluſio. ratam concluſionem: quàm præcepta eius capit: tardus autem non eam uidet: ſed multò minus quod de illa præcipitur.

Infantes. Libro 4. cap. 3. Quapropter cum ex infantibus loquentes non fiant, niſi locutiones diſcendo loquentium: cur eloquentes fieri non poſſunt, nulla eloquendi arte tradita, ſed

Eloquẽtes. elocutiones eloquentium legendo, & audiendo, & quantum aſſequi conceditur imitando?

Lib. 4. cap. 11. Bonorũq; ingeniorũ inſignis eſt indoles, in

Clauis aurea & lignea. uerbis uerũ amare, non uerba. Quid enim prodeſt clauis aurea, ſi aperire quod uolumus nõ poteſt? Aut qd obeſt lignea: ſi hoc poteſt, quando nihil quærimus niſi patere quod clauſum eſt? Sed quoniã inter ſe habent nonnullã ſimilitudinem uescentes atq; dicentes, propter faſtidia plurimorum, etiam ipſa

Veſcentes. Dicentes. ſine quibus uiui non poteſt, alimenta condienda ſunt.

Corporis medicamẽta. Lib. 4. cap. 15. Sicut corporis medicamenta, quæ hominibus ab hominibus adhibentur: non niſi eis proſunt, quibus Deus operatur ſalutem: qui et ſine illis mederi poteſt, cũ ſine ipſo illa nõ poßint, & tamẽ adhibentur: et ſi hoc officioſe fiat, inter

inter opera miſericordiæ uel beneficentiæ deputatur: Ita & adiumenta doctrinæ tunc proſunt animæ adhibita per hominem, cum Deus operatur ut proſint, qui potuit euangelium dare homini, etiam non ab hominibus neque per hominem. Adiumēta doctrinæ.

Libro 4. cap. 28. Sicut autem cuius pulchrum corpus, & deformis eſt animus, magis dolendus eſt, quàm ſi deforme haberet & corpus: Ita qui eloquenter ea quæ falſa ſunt dicunt, magis miſerandi ſunt, quàm ſi talia deformiter dicerent. Quid eſt ergo non ſolum eloquenter, uerum etiam ſapienter dicere, niſi uerba in ſummiſſo genere ſufficientia: in temperato ſplendentia: in grandi uehementia, ueris tamen rebus, quas audire oporteat, adhibere? Pulchrum corpus. Eloquenter falſa dicentes. Eloquenter & ſapiēter dicere.

Super pſal. 6. in illud: Turbatus eſt à furore oculus meus.) Sanè exteriores tenebræ intelligi poſſunt quædā malignitas odij & uolūtatis, quæ tunc excreſcit in mentibus reproborū, & quædā obliuio Dei, quia tormentorū interiorū, & exteriorū doloribus adeo afficientur et turbabuntur, ut ab illis ad cogitandum aliquid de Deo uix uel raro, uel nunq̄ mentem reuocent. Vt qui nimio premuntur pondere, adeo ſtupeſcunt et turbantur, ut interim in aliam cogitationem non ſe extendunt, ſed illuc tendit impetus cogitationis, ubi ſentitur uis doloris. Exteriores tenebræ. Nimio preſsi dolore.

In pſalm. 8. Intuere piſces maris, hoc eſt, curioſos, qui perambulant ſemitas maris, id eſt, inquirunt in profundo huius ſeculi temporalia, quæ tanquàm ſemitæ in mari tam cito euaneſcunt & intereunt, quàm rurſus aqua confunditur, poſtquàm tranſeuntibus locum dederit, uel nauibus, uel quibuſcunque ambulantibus uel natantibus. Piſces maris: Curioſi.

In pſalmum triceſi. In te tribulatio fornax artificis eſt: Tribulatio

ſi tamen aurum ſis, & non palea, ut ſordibus careas, non in cinerem conuertaris.

Cithara. Pſalteriū. In pſal. 32. Cithara ex inferiore parte habet quo ſonat, pſalterium ex ſuperiore. Ex inferiore uita, id eſt, terrena, habemus proſperitatem & aduerſitatem, unde Deum laudemus ex utroq;. Cithariza quando male ex inferiori uenit, tange chordas in corde tuo, et dic tanquàm in cithara, in inferiori per te bene ſonante: Dominus dedit, dominus abſtulit, &c. Cum attendis ſuperiora dona Dei, quæ tibi contulit, conuerte ad pſalterium decem chordarum & præcepta Dei.

Tribulatio. Vua. In pſ. 55. in præfat. Tribulatio eſt interrogatio hominis, ita quæ ſeipſum latebat, licet non artificē, ſit ſibi manifeſtus.

Tenet corpus CHRISTI, id eſt, eccleſia in torculari, id eſt, in preſſuris. Sed in torculari fructuoſa preſſura. Vua in uite preſſuram non ſentit, integra uidetur, ſed nihil inde manat, mittitur in torculari, calcatur, premitur, iniuria uidetur fieri uuæ, ſed iſta iniuria ſterilis non eſt, imò ſi nulla iniuria accederet, ſterilis remaneret.

Aurum. Fornax. In pſal. 61. Numquid lucet aurū in fornace aurificis? In monili lucebit, in ornamento lucebit, patiatur tamen fornacem, ut purgatum à ſordibus ueniat ad lucē. Fornax iſta, ibi palea, ibi aurū, ibi ignis, ad hanc flat aurifex. In fornace ardet palea, & purgatur aurum, illa in cineres uertitur, à ſordibus illud exuitur. Fornax mundus, palea iniqui, aurum iuſti, ignis tribulatio, aurifex Deus. Quod uult aurifex, facio, ubi me ponit, tolero, iubeor ego tolerare, nouit ille purgare. Ardeat licet palea, ad incendendum me & quaſi conſumendum me: illa in cinerem uertetur, ego ſordibus careo.

Mundus. Iniqui. Tribulatio. Aurifex.

In enarratione pſalmi 31. Nemo computet bona opera

ſua ante fidem: ubi fides non erat, bonum opus non erat. Bonum opus intentio facit, intentionem fides dirigit. Non ualde attendas, quid homo faciat, ſed quid cum facit, aſpiciat, quò lacertos optimæ gubernationis dirigat. Fac enim hominem optime gubernare nauim, & perdidiſſe quò tendit, quid ualet quòd antennam optime tenet, optime mouet, dat proram fluctibus, cauet ne latera infligantur, tantis eſt uiribus, ut detorqueat nauim quò uelit, atq; unde uelit, & dicatur ei, uſque quo is? & dicat, neſcio, aut non dicat neſcio, ſed dicat: ad illũ portum eo: nec ducat in portum, ſed in ſaxa feſtinet? Nónne iſte quantò ſibi uidetur in naui gubernanda agilior & efficacior, tanto periculoſius eam ſic gubernat, ut ad naufragiũ properando perducat? Talis eſt & qui optime currit præter uiam. Nónne ergo erat melius & tolerabilius, ut eſſet gubernator ille aliquantò inualidior, ut cum labore & aliqua difficultate gubernacula regeret, & tamen rectum debitumq; curſum teneret: rurſumq; ille pigrius etiam & imbecillius, tamẽ uiam ambularet, quàm præter uiam fortiter curreret? Optimus ergo ille, qui & uiam tenet, & bene ibi ambulat, ſequentis autem ſpei, qui & ſi aliquantulum claudicat, non omnino errat, aut remanet, ſed progreditur, & ſi paulatim: fortaſſe enim bene ſperandum eſt, eum quò tendit, etiam tardius peruẽturum. Ergo ex fide iuſtificatus eſt Abraham: ſed ſi fidem opera non præceſſerunt, tamen ſecuta ſunt. Nunquid enim fides tua ſterilis erit? Si ſterilis non es, ſterilis non eſt ipſa: aliquid mali credidiſti, & igne malitiæ tuæ radicem tuæ fidei concremaſti. Tene ergo fidem operaturus.

Fides. Bonum opus. Optime gubernans nauem. Iuſtificatio Abrahæ.

In Pſalmum 36. *Fumus à loco ignis erumpens, in altum extollitur, & ipſa elatione in globum magnũ intumeſcit: ſed* Fumus.

quantò fieret globus ille grãdior, tantò ſit uanior: Sic impius quo magis exaltatur, tanto citius deficit.

IN Pſalmum 58. concione 2.

Sterilis ager. *Cultus ager fructum non reddens, & ingratus agricolæ, pro frugibus ſpinas afferens, non horreum, ſed ignem quærit dominus Deus noſter, ſicut uidetis eum bonam hanc* Impius. *terram uiſitare imbribus ſolemnibus: Ita cor noſtrum uer-* Cor. *bo ſuo, tanquam agrum ſuum uiſitare dignatur, & de corde noſtro quærit fructus, quia nouit quid ibi ſeminet, & quantum pluat.*

Aegri. *In Pſalmum 72. Quomodo ſolent ægri qui lentius ægrotant, cum ſanitas longe eſt, uicina ſanitate, plus æſtuare,* Critica remiſsio. *remiſsionem criticam medici uocant, per quam tranſitur ad ſanitatem: Sic & infirmus animo tranſiturus ad fidei firmi-* Blaſphemia dubitatio. *tatem, penè cadit in blaſphemam uidelicet dubitationem de prouidentia Dei, aut iniquam iudicationem de iniqua diſpenſatione bonorum & malorum.*

IN Pſalmum 48.

Vua. Vexatio. *Neque deſcendet cum eo gloria eius.) Sicut uua acerba dentibus uexatio eſt, & fumus oculis: Ita iniquitas utentibus ea. Quomodo qui manducat ore corporis uuas acerbas, obrigeſcunt, & obſtupeſcunt dentes eius, & minus idoneus ad manducandum panem, & remanet illi laudare quod uidet, & manducare non poſſe: Sic & qui iniquitate uſus eſt,* Iniquitate uſus & paſtus. *& paſtus peccatis in corde, incipit non poſſe manducare panem, laudat uerbum Dei, & non facit: unde hoc facit? quia cum cœperit facere, laborat, quomodo ſentimus laborare dentes poſt uuas acerbas, cum cœperimus panem manducare. Sed quid faciunt illi quibus obſtupuerunt dentes? Temperant*

perant ſe aliquantulum ab uuis acerbis, & redeunt dentes ad ſtabilitatem ſuam, & incumbunt panem: Sic & nos laudemus iuſtitiam. Sed ſi uolumus manducare iuſtitiam, temperemus nos ab iniquitatibus, & naſcitur in corde non ſolum delectatio laudandi iuſtitiã, ſed etiam facultas manducandi. Obſtupentes dentes. Iuſtitia.

In Pſalmum 34. ſuper hoc, Et captio quam occultauerunt comprehendat) Tanquam ſi quiſpiam ueneni calicem præparet alicui, & oblitus bibat. Et tanquam ſi foueam quiſquam fodiat, in quam quiſq; inimicus eius in tenebris incidat, & ille oblitus quod foderat, ambulans ea uia, prius illuc cadat: Ita credite, ita certi eſtote; uidete, proſpicite, quia nemo malus nõ ſibi proprius nocet. Sic enim eſſe putate malitiam, quomodo ignem. Incendere uis aliquid aliud, illud quod admoues prius ardet, niſi ardeat, non incendit, facula eſt, hanc faculam apponis, ut aliquid incendat, nunquid non ipſa facula quam apponis, prior ardet, ut aliquid poßit incendere? Malitia autem procedit ex te, & quem prius uaſtat, niſi te? Quo profundit ramum, lædit: ubi radicem habet, non lædit? Equidem dico quòd malitia tua ut alteri non noceat, fieri poteſt: ut autem tibi non noceat, fieri non poteſt. Venenum. Malitia. Ignis. Facula.

In Pſalm. 80 præfatio. In torcularibus animaduertimus quædam tria, preſſuram, & de preſſura quædam duo, unum recondendum, alterum proijciendũ. Fit ergo in torculari conculcatio, tribulatio, pondus, & in his oleum eliquatur occulte in gemellarium, amurca publice & per plateas currit. Putatio quia preſſuræ abundant, tu oleum eſto. Nigra tenebris ignorantiæ amurca inſultet, & illa tanquàm per plateas proiecta, publice inſultet, tu liquare in gemellarium. Oliua in arbore, quibuſdam quidem tempeſtatibus agitatur, non Torcularia. Preſſura. Oliua.

tamen

tamen preſſuris torcularibus atteritur, ideo utrunque ſimul pendet ex arbore, & quod proijciendū eſt, & quod recondendū eſt. At ubi ad torcular & preſſurā uentū fuerit, utrunque diſcernitur, dirimitur, & aliud appetitur, aliud reſpuitur.

Torcularia. Torcularia poſſumus accipere Eccleſias, eadem ratione qua & aream intelligimus Eccleſiam. Quia ſiue in area, ſiue in torculari, nihil agitur, niſi ut fructus ab integumentis purgentur, quæ neceſſaria erant, & ut naſcerentur, & ut creſcerent, atq; ad maturitatem uel meßis, uel uindemiæ peruenirent. His ergo uel integumentis, uel ſuſtentaculis, id eſt, paleis in area, frumenta, & uinarijs, in torcularibus exuuntur.

Area. Multitudo ſecularium hominum. Sicut in multitudine ſecularium hominum, quæ ſimul cū bonis congregatur, quibus ut naſcerentur & apti fierent uerbo diuino, neceſſaria erat illa multitudo, id agitur, ut ſpirituali amore per operationem miniſtrorum Dei, ſeparentur.

Vua. Oliua. In Pſalmum 83. Vua pendet in uitibus, & oliua in arboribus: his enim duobus ſolent torcularia præparari. Et quandiu pendēt in frutetis ſuis, tanquam libero aēre perfruuntur, & nec uua uinum eſt, nec oliua oleum ante preſſuram: Sic ſunt

Prædeſtinati ante ſecula. homines, quos prædeſtinat Deus ante ſecula, conformes fieri imaginis filij ſui, quæ præcipue in paßiōe, magnus botrus expreſſus eſt. Huiuſmodi ergo homines antequam accedant ad ſeruitutem Dei, fruentur in hoc ſeculo, tanquam delicioſa libertate, ūelut uuæ aut oliuæ pendentes, ſed quoniam dictum eſt: Fili accedens ad ſeruitutem Dei, ſta in timore, & præpara animam tuam ad tentationem, accedens quiſq; ad ſeruitutem Dei, ad torcularia ſe ueniſſe cognoſcat, contribulabitur, conteretur, comprimetur, nō ut in hoc ſeculo pereat, ſed ut in apothecas Dei defluat. Exuitur carnalium deſideriorum

rum

rum integumentis quaſi uinatijs: hoc enim illi contigit in deſiderijs carnalib. In iſtis torcularibus poſiti ſumus filij Chore, id eſt, calui (hoc enim ſequitur in titulo Pſalmi) id eſt, domini noſtri Ieſu CHRISTI.

In Pſalmum 86. Arca Noë, quæ figuram geſſit Eccleſiæ, ædificata eſt lignis quadratis. Quid eſt quadrari? Attendite ſimilitudinem, quadrati lapidis ſimilis eſſe debet Chriſtianus. In omni tribulatione non cadit, & ſi impellitur, & ſi qua uertitur, non cadit. Nam quadratum lapidem quacunq; uerteris, ſtat. Stantem te ſic inueniat omnis caſus. *Arca Noë, Eccleſia. Quadratus lapis.*

In Pſal. 35. Faciunt nutrices mamothreptis, ut aliqua amara ponant in papillis, quo offenſi paruuli, ab ubere reſiliant, & ad menſam inhient: Ita N. *Nutrices.*

In Pſal. 56. Sic abſcondita eſt apud Deũ uita ſanctorũ, ut qui modo laborant in terra, quaſi tẽpore hyemis arbores nõ habentes fructũ et folia, illo apparẽte tanq̃ nouo ſole exorto, illud quod in radice uiuebat, in fructibus appareat, licet caſtiget, flagellet, amat iudicium, non derelinquet ſanctos ſuos. *Vita ſanctorum.*

In Pſal. 64. Spem iã in terram ſanctam quaſi anchorã præmiſimus, ne in iſto mari turbati naufragaremus. Quẽadmodum ergo de naui, quæ in ancoris eſt, rectè dicimus, quòd iã in terra ſit, adhuc tamẽ fluctuat: ſed in terra quodã modo educta eſt cõtra uentos & tẽpeſtates: Sic contra tentationes huius peregrinationis noſtræ, ſpes noſtra fundata in illa ciuitate Hieruſalem, facit nos modo abripi in ſaxa. *Spes. Anchora. Tentatiões*

In Pſal. 130. Quomodo cũ medicus apponit uiſceribus aliquid forte epithema moleſtum & ardens, inde tamen curandus eſt ille, cuius uiſcera tumebant: cum ille inde ardere cœperit, & cruciari medicamento, rogat medicum, ut auferat *Medicus. Epithema.*

medi-

medicamentum. Medicus autem conſolatur, monet eum patiẽtiam, quia nouit ꝙ utile ſit quod appoſuit. Ita Deus ait: Sufficit tibi gratia mea. Ego noui quid appoſuerim, noui unde ægrotes, noui unde ſaneris.

Deus uita animæ.

Anima uita corporis.

In Pſal. 62. Reſuſcitatus corpore, uiuit abſente reſuſcitatore: non autem ſic reſuſcitatus in anima. Cum enim Deus ſit uita animæ, anima uerò uita corporis, ſicut corpus uiuere nõ poteſt abſente anima, ita non niſi deo præſente anima uiuere ualet. Habet itaq; anima ſibi deum præſentem per gratiam: quæ uiuens peccatum ſuum cõfitetur, eamq; uitam quæ Deus eſt inhabitat: ꝙ in habitando uiuere facit: ſi autem illam inhabitet, ergo templum Spiritus S. facta eſt: ergo illuminata eſt: ergo à tenebris peccatorum expiata eſt: ergo templum diaboli eſſe deſinit, quæ ad lucem uenit, cuius aſpectus tenebras fugat. Nulla enim (ut ait Apoſtolus) conuentio CHRISTI ad Belial: nulla participatio lucis ad tenebras: nulla cõmunicatio iuſtitiæ & iniquitatis: nullus conſenſus templo dei cum Idolis. Item ut CHRISTVS ait: Omnis qui odit malum, in luce agit: qui autem in luce agit, in CHRISTO operatur, qui autem in CHRISTO operatur, eius filius probatur. Cuius enim opera quiſque facit, eius filius eſſe perhibetur: unde quibuſdam dominus ait: Si filij Abrahæ eſtis, opera Abrahæ facite. Item: Vos ex patre diabolo eſtis, quia opera patris ueſtri facere uultis: nemo autem filius Dei & Diaboli ſimul eſſe poteſt. Nemo enim (ut ipſe ait) duobus dominis ſimul ſeruire põteſt. Item ut Ioannes ait in Epiſtola ſua: Qui natus eſt ex Deo, non peccat: ergo non eſt filius diaboli: ſolo enim peccato, diaboli filij ſumus: ergo de eius regno tranſlati ſumus in regnum claritatis filij Dei: & ſumus

Peccato, diaboli filij ſumus.

mus erepti de poteſtate tenebrarum, & facti ſumus filij lucis.

IN Pſalmum 90. Sermone 13.

Dicitur aſpis hinc alteram aurem, quàm preßius poteſt, terræ infigere, inde uerò alteram caudæ immißione nihilominus obturare, ne audiat. Quid ad hæc incantantis uox, quid ſermo faciet prædicantis? Orabo pro eo, baptizabor pro mortuo uberrimo quodam profluuio lachrymarum, apud quem uiderim nihil humanæ incantationis quamlibet ſapientiam, nihil quantumcunque admonitionis induſtriam præualere. Nouerit tamen uir ſapiens non cœlo ſeſe, ſed ſolo infigere caput, quod ſapientia quæ deſurſum eſt, non modo pudica, ſed & pacifica ſit. Hæc autem magis (ut ita dicam) aſpidica, niſi terrena eſſe non poteſt. Sed nec ideo obſurdeſceret, niſi cauda quoque obturaret auditum. Cauda eſt finis intentionis, hæc ſurditas deſperata, dum hic quidem uelut terræ infixus, propriæ quiſque inhæret uoluntati, inde uelut reflectens caudam, finem aliquem meditatur & infigit animo, quod deſiderat adipiſci. Inde tam mordax & amarus ſermo inuenitur in ore hominis obſtinati, quòd nulla ad eum penetrare queat beneuolentia monitoris. Inde aſpidi uirus in linguæ aculeo perſeuerat, quòd aduerſus linguam incantatoris, tanto ſe ſtudio obturarit. Aſpis latitat in arena, etiam aues uolantes flatu attrahit uenenato.

Baptizari pro mortuo.

Cauda.

In Pſal. 91. Ad præſens deus habenas laxat, ſed poſtea aſtringet. Noli gaudere ad piſcē, q in eſca ſua exultat: nondū traxit hamū piſcator, non iā ille hamum habet in faucib. & quod tibi uidetur longū, breue eſt, omnia iſta cito tranſeunt.

Reuera fratres nullum mare tam profundum eſt, quā eſt

Cogitatio Dei. cogitatio dei ut mali floreant, & boni laborent. Nihil tam altum ubi naufragat omnis infidelis, in iſto uis tranſire profundum hoc? A ligno Chriſti noli reſilire, non mergeris, tene te ad Chriſtum, nam ipſe laborare uoluit ideo in terra.

Decor. Fortitudo. In Pſal. 92. Sicut dominus deus noſter, qui ad eos quibus placent illius opera & uerba, decorē induit: ſed ad illos quibus diſplicent, fortitudinē: Sic oportet facere quemlibet prædicatorem.

Sol. Oculi. Quemadmodum ſol oculos puros, ſanos, uegetos, fortes, habenti, tranquillus apparet, in oculos autem lippos, quaſi tela aſpera iaculatur, intuentem illum uegetat, hunc excruciat, non mutatus, ſed mutatum: Sic cum cœperis eſſe peruerſus, & tibi Deus peruerſus eſſe uidebitur, tu mutatus es, non ille. Peruerſus.

Requies. In Pſal. 93. Venale eſt quod habeo, dicit dominus tibi, eme illud. Quid habet uenale? Requiem, regnum. Dicis illi: Quantum ualet? precium ipſius labor eſt, quomodo ſi diceret precium ipſius aurum eſt, non ſufficeret hoc dicere, ſed quæreres quantum aurum? Nam ſi ſolidus eſt, aurum eſt, & ſemiuncia, & libra, & tale aliquid: ideo dixit, precium ne laborares quærere, quàm diu huius rei precium labor eſt. Quantus labor eſt? iam quære tu quantum laborandum ſit, tu iudica quanto labore emenda ſit requies illa ſempiterna ſine fine, ubi gaudium incorruptum ſine fine, uita æterna, ſine fine. Quanto labore digna eſt requies, quæ non habet finem? Quia ſempiterna eſt requies, æqua precium, æterno certo digna labore æterna requies compara ri. Si uerum uis comparare, et uerum iudicare, æterna requies, æterno labore recte emitur. Certe tantus debuit eſſe. Idē ſempiternus labor, pro

Regnum. Preciū requiei ſempiternæ labor.

pro requie ſempiterna. Decies centena milia annorum in labore quid ualent? habent finem: quod tibi dabo, ait dominus, non habebit finem. Qualis miſericordia Dei, nec dicit decies centena milia annorum labora, non dicit uel mille annos labora, non dicit quingentos labora, cum uiuis labora paucis annis. Inde iã requies erit, & finẽ non habebit. Ecce quantũ preciũ damus, quodãmodo unã ſiliquã, ad accipiẽdos theſauros ſempiternos. Siliquam laboris, ad requiem incredibilem. Siliqua penſantur ſempiterni theſauri.

Sicut ſtellas in cœlo non extinguit nox: Sic mentes fideliũ inhærẽtes firmamento ſcripturæ dei, non uincit iniquitas.

Boni uita quæ ex præceptis Dei agitur, tanquam ſtilus eſt, quod auditur ſcribens in corde. Si in cera ſcriberetur, facile deleretur. Scribite illud in cordibus ueſtris & moribus, & nunquam delebitur. Boni uita.

Boni laborãt, quia flagellantur ut filij, mali exultant, quia damnantur ut alieni.

Duos filios habet homo, alterum caſtigat, alterum dimittit: facit unus male, & non corripitur à patre, alter mox ut ſe mouerit, colaphis cæditur, flagellatur. Vnde ille dimittitur, & ille cæditur: niſi quia huic cæſo hæreditas ſeruatur, ille autem dimiſſus, exhæredatus eſt? Videt eum non habere ſpem, & dimittit eum ut faciat quod uult. Puer autem qui flagellatur, ſi cor non habuerit, & imprudens fuerit & ſtultus, gratulatur fratri ſuo, qui non uapulat, & gemit de ſe, & dicit in corde ſuo: Tanta mala facit frater meus, quicquid uult, facit contra præcepta patris mei: & nemo illi facit durum uerbum: ego mox ut me mouero, cædor. Stultus eſt & imprudens, attendit quid patitur, & non attendit quid illi ſeruetur. Ideo ait Propheta in quinquageſimo Pſal Puer ſtultus & imprudens.

mo: Vir inſipiens non cognoſcet, & ſtultus nõ intelliget hæc. Quæ ſunt quæ non intelliget ſtultus, & quæ imprudens non cognoſcet? cum exorti fuerint peccatores, ſicut fœnum. Quid eſt ſicut fœnum? Virent cum hyems eſt, ſed æſtate areſcent. Attendis florem fœni, quid citius tranſit? Quid lucidius? quid uiridius? Non te delectet uiriditas ipſius, ſed time ariditatem ipſius. Sed iuſtus ut palma florebit. Palma in nouiſsimis pulchra eſt, ut initium eius à terra ducas, finem ipſius in cacumine, ubi habet totam pulchritudinem, aſpera radix uidetur in terra, pulchra coma ſub cœlo eſt. Erit & tua pulchritudo in fine, radix tua fixa ſit, ſed ſurſum uerſus habeamus radicem noſtram. Nunquid cum ſol exierit, areſcit palma? Nunquid areſcit cedrus? cum autem ſol candens aliquando fuerit, areſcit fœnum. Veniet iudicium, ut areſcant peccatores, ut uireſcant fideles.

Palma. Iuſtus. Cedrus.

In Pſal. 97. Ductiles tubæ, areæ ſunt, tundendo producũtur. Si tundendo, ergo uapulando, eritis tubæ ductiles, ad laudẽ Dei productæ. Si cum tribulamur, proficiatis, tribulatio, tunſio, profectus, productio eſt. Quomodo ſonuit, q̃ ſuauem ſonum dedit tuba ductilis, qui in tribulatione percuſſus, gratias agit? Ecce inquit fabricator Deus, illam tubam perficere uolo, non perficiã niſi tundam, tradã malleo tundendũ: male ſonabat, anteq̃ produceretur, forte productus & factus tuba ductilis, laudes domini ſonabit, amiſſa blaſphemia.

Ductiles tubæ. Tribulatio

In Pſal. 98. Quicquid loquimur in nomine dei, quoniam dei eſt per nos loquẽtis, imber dei eſt: uidete uos qualis terra ſitis. Nã quãdo pluuia uenit ſuper terrã, ſi bona terra eſt, fructus bonos parit, ſi mala terra, ſpinas parit: pluuia tamẽ dulcis eſt, & ſuper fructus, & ſuper ſpinas. Qui iſtis uerbis auditis, peior factus fuerit, & ſpinas de pluuia generauerit, ignẽ

Imber. Terra bona & mala

ſperet,& pluuiam non accuſet. Qui autem melior factus fuerit,& fruges de bona terra generauerit,horreum ſperet ,& pluuiam laudet. Aut quid ſunt nubes,aut quid eſt pluuia, niſi dei miſericordia omnia facientis circa omnes quos diligit, & quibus donauit,ut ab eis diligatur? Nubes.

Pleraq; faciũt artifices,& oſtendunt imperitis,& cũ iam iudicauerint imperiti eſſe perfecta,expoliũt ea artifices,quod nouerũt adhuc quid illis deſit,ut mirentur homines tantã expolitionẽ rebus accidiſſe,quas iã perfectas pronunciauerant. Fit hoc in ædificijs,in picturis,& ueſtib. & prope in omni genere artiũ.Sed aliud iudicat oculus imperitus, aliud iudicat artificis regula:Sic et ſancti illi uerſabantur ante oculos dei, tanq̃ ſine culpa,tanq̃ perfecti,tanq̃ angeli,nouerat aũt quid illis deeſſet,qui uindicauit in omnes affectiones eorum. Expolitio artificum. Oculus imperitus. Sancti.

In Pſal. 109.Sicut torrens pluuialibus aquis colligitur,redũdat,perſtrepit,currit,& currẽdo decurrit,id eſt,curſum finit:Sic eſt omnis iſte curſus mortalitatis,naſcuntur homines, moriuntur,& alijs morientibus,alij naſcuntur, ſuccedunt, accedunt,decedunt,nec manebunt. Quid hic tenetur? Quid nõ decurrit? Quid non quaſi de pluuia collectum it in abyſſum? Quomodo enim fluuius repenti collectus de pluuia,de guttis imbrium, it in mare,nec apparet,quia nec apparebat anteq̃ de pluuia colligeretur: Sic hoc genus humanum, de occultis colligitur,& profluit in mortem. Rurſum in occultum uergit,medium hoc ſonat & tranſit,de hoc torrente bibit Chriſtus,hoc eſt,natus,eſt moriturus. Torrens. curſus mortalitatis.

In Pſal.120.Sicut qui ſeminat per hyemem, non deterretur ab opere, propter hyemem : Sic & nos preſſura mundi non debemus à bono opere deterreri,quia qui ſemiant in lachrymis,in gaudio metet. Seminans.

In Pſal.125. Qui ſeminãt in lachrymis,in gaudio metet, ipſe agricola quando procedit,& portat ſemen,nonne aliquã do frigidus eſt uentus,& imber deterret? Attendit cœlum,uidet triſtem diem,attẽdit & expectat diem letam,ne tempus tranſeat,& non inueniat quod metat. Seminate & uos in hyeme,ſeminate bona opera.

Reſtis longa.
Spartum.

In Pſal.130.prol. Quomodo ut reſtis fiat,additur ſpartũ ſparto,non autem id rectum it ſed torquetur: Sic omnia peccata facta,quæ ſunt peccata,cũ adduntur ſibi & addẽdo peccatum peccato,& peccatum ad peccatũ annectitur,fit reſtis longa. Quorũ ſemitæ prauæ & flexuoſi greſſus eorũ. Quo aũt ualet iſta reſtis, niſi ut inde ligetur ei manus,& pedes,& proijciatur quiſq; in tenebras exteriores? Funiculis enim peccatorum ſuorum unuſquiſque conſtringitur. Ve eis qui trahũt peccata uelut reſtem longam.

In Pſal.139. Spinæ nõ pungunt in radicibus. Erue ſpinas de terra,contrecta radices ipſarum,,& uide ſi ſentis dolorẽ. Tamen illud unde dolorem ſentis, in ſuperficie de radice proceſſit: Ita amatores carnalium & ſi uidentur,blandi,leues,radices ſpinarum ſunt.

Amatores carnalium

In Pſal.146. Currat equus tuus, ſit paratus ad bellum, dominus autem ſalutem tribuit. Tamen dũ curris,dicito: deus uirtutem tribuit equo meo ut curreret: deus dedit tibijs meis perſeuerantiam ut ſtarem. Non ergo puto quòd te libertas arbitrij tui ita habeat,quaſi nauem per quam uis euadere barbaros de litore,per quã uis euadere de fluctibus pelagi, per quam ad patriam deſideras peruenire: ſed ſi dominus imperauerit uentis proſperis,& aduerſis flatib. ſilentiũ dederit,ſi latentes undas demonſtrauerit,& ſomnum tulerit gubernan

Libertas arbitrij.

tibus

tibus nautis, & abſq; læſione, portũ ingredi fecerit: ages poſt hoc gratias deo, non nautis non naui. Nec iſta dicentes, excludimus nauem & nautas: ſed magis & nauẽ ornamus: & nautas, quibus deum præſulem confitemur. Si enim nauis non fuiſſet, utiq; quod dominus gubernaret, non eſſet. Si nautæ non eſſent, quos dominus excitaret, non eſſent. Si uela non eſſent, non eſſent quibus daret proſpera flabra uentorum: Ita ergo dicamus ſi arbitrium in te non fuerit bonæ uoluntatis, non erit tecum pax Dei. Arbitrium bonæ uolũtatis.

De correctione Donatiſtarum ad Bonifacium cap. 20. Sed ſi aliter nõ meruit pacem habere domus Dauid, niſi Abſalon filius eius in bello quod contra patrem gerebat, fuiſſet extinctus, quamuis magna cura mandauerit ſuis, ut eum quantum poſſent, uiuum ſaluumq́; ſeruarent: & eſſet cui pœnitenti paternus affectus ignoſceret: quid ei reſtitit niſi perditum flere: & ſui regni pace acquiſita, ſuam mœſticiam conſolari? Sic ergo catholica mater bellantibus aduerſus eã quid aliud q̃ filijs ſuis: quia utiq; ex ipſa magna arbore, quæ ramorum ſuorum porrectione toto orbe diffunditur: iſte in Africa ramuſculus fractus eſt: cum eos charitate parturiat, ut redeant ad radicem, ſine qua ueram uitam habere non poſſunt: ſi aliquorum perditione cæteros tam multos collegit, præſertim quia iſti non ſicut Abſalon caſu bellico, ſed ſpontaneo magis interitu pereunt, dolorem materni cordis lenit, & ſanat, tantorum liberatione populorum. Pax. Dauid. Abſalon. Catholica mater.

Libro de correctione Donatiſtarum cap. 21. Si ij aliqui in una domo habitarent, quam certiſſime ſciremus ruituram, nobiſq́; id prænunciantibus nollent credere, atq; in ea manere perſiſterent, ſi eos inde poſſemus eruere, uel inuitos, quibus imminentem illam ruinam poſtea demonſtraremus, ut redire ul- Domus ruinam minitans.

terius ſub eius periculum non auderent, puto niſi faceremus, non immerito crudeles dijudicaremur, &c. Quid igitur de opere miſericordiæ, pro uita æterna, pœna æterna uitanda, hominibus debemus impendere, iudicandum eſt: ſi pro ſalute iſta, non ſolum temporali, ſed etiam breui, & cum ipſum tempus exiguum liberanda, ſic hominibus ſubuenire, nos ratio uera & benigna compellit?

Opus miſericordiæ.

In Epiſt. 48. ad Vincentium Donatiſt. Iſtos atroces quondam inimicos noſtros, pacem & quietem noſtram uarijs uiolentiarum & inſidiarum generibus grauiter infeſtantes, ſi ſic contemneremus & toleraremus, ut nihil omnino quod ad eos terrendos & corrigendos ualere poſſet, excogitaretur et ageretur à nobis, uerũ malũ pro malo redderemus. Si enim quiſq̃ inimicũ ſuum periculoſis febribus phreneticum factũ currere uideret in præcipitiũ, nónne tũc potius malũ pro malo redderet, ſi eũ ſic perire permitteret, q̃ ſi eum corripiendũ ligandũque curaret? & tamẽ tũc ei aduerſiſſimus et moleſtiſſimus uideretur, quãdo utiliſſimus & miſericordiſſimus extitiſſet. Sed plane ſalute reparata, tantò liberius ei gratias ageret, quantò ſibi eũ minus pepercíſſe ſenſiſſet. Et deinde: O ſi tibi poſſem oſtendere certũ genus hominũ quondã hæreticorũ, quos multos iã catholicos manifeſtos habemus, dãnantes ſuam priſtinã uitã, & miſerabilẽ errorẽ quo ſe arbitrabantur pro Eccleſia dei facere, quicquid inquieta temeritate faciebant, qui tamen ad hanc ſanitatẽ non perducerẽtur, niſi legũ iſtarũ (quæ tibi diſplicent) uinculis tanq̃ phrenetici ligarentur. Et mox: Quã multi ex ipſis nunc nobiſcũ gaudentes, priſtinũ pondus pernicioſi operis accuſant, & fatẽtur nos ſibi moleſtos eſſe debuiſſe, ne tanq̃ mortifero ſomno: ita morbo ueternoſæ conſuetudinis

Phreneticus.

vinculus coercẽdi atq; adeo comburendi.

tudinis interirent,&c. Nō omnis qui parcit amicus eſt,nec omnis q uerberat inimicus eſt. Meliora ſunt uulnera amici,q̃ fraudulenta oſcula inimici. Melius eſt cū ſeueritate diligere, quàm cum lenitate decipere. Vtilius decipienti panis tollitur, qui de cibo ſecurus iuſtitiam negligebat, quàm eſurienti frangitur, ut iniuſtitiæ ſeductus acquieſcebat. Vulnera. Oſcula.

Epiſt. 51. Paulini ad Auguſtin. Foue me in ſacris ſtudijs tempore recentē,& ob hoc, poſt longa diſcrimina, poſt multa naufragia, uſu rudem, uixdū à ſeculi fluctibus emergentē, tu qui iā ſolido litore conſtitutus, tuto excipe ſinu, ut in portu ſalutis, ſi dignum putes, pariter nauigemus. Interea me de periculis uitæ iſtius & profundo peccatorū euadere nitentē, orationibus tuis, tanq̃ tabulā ſuſtine, ut de hoc mūdo, quaſi de naufragio, nudus euadā. Iccirco enim me leuare ſarcinis, & ueſtimentis onerantibus exuere curaui, ut undoſum hoc, quod inter nos & deum, peccatis interlatrantibus ſeparat præſentis uitæ ſalū, omni amictu carnis, & cura diei ſequentis, iubēte & adiuuante CHRISTO, *expeditus enatem.* Amor ſtudiorum. Precatiões

Epiſt. 51. Paulini ad Auguſt. O uere ſal terræ, quo præcordia noſtra ne poßint ſeculi uaneſcere errore, condiūtur. O lucerna digne ſupra candelabrū Eccleſiæ poſita, quæ late catholicis orbib. de ſeptiformi ligno paſtū oleo lætitiæ lumē effundens, denſas licet hæreticorū caliginē diſcutis, & lucem ueritatis à confuſione tenebrarum ſplendore clarifici ſermonis, enubilas. Os tuum, fiſtulam aquæ uiuæ, & uenam fontis æterni merito dixerim, quia fons uitæ aquæ ſaliētis in uitam æternam, CHRISTVS *effectus eſt, cuius deſiderio ſitiuit in te anima mea, & ubertate tui fluminis inebriari terra mea concupiuit.* Sal terræ. Fons aquæ uiuæ.

artificioſa apis.

Epiſt.57. Seueri ad Auguſtinum. O uerè artificioſa apis Dei, conſtruens fauos diuini nectaris plenos, manantes miſericordiam & ueritatẽ, per quos diſcurrens, deliciatur anima mea, & uitali paſtu, quicquid in ſe minus inuenit, aut imbecillum ſentit, reſarcire & ſuffulcire molitur.

Epiſt.54. ad Macedonium. Sicut eſt aliquando miſericordia puniens: Ita eſt crudelitas parcens. Quis enim non crudelem uerius dixerit eum, qui puero pepercerit, uolẽti obſtinatiſsime de ſerpentibus ludere? Quis autem non miſericordem, qui talia prohibens, contemptorem uerborum etiam uerberibus emendauerit?

Paternus amor.

Epiſt. ad Marcellinum. In corripiendo filio, quamlibet aſperè, nunquam profecto paternus amor amittitur: fit tamen quod nolit, & doleat, qui etiam inuitus uidetur dolore ſanandus, cuius utilitati conſulendum magis quàm uoluntati.

Furens. Phrenecticus.

Epiſt.50. ad Bonifacium comitem. Moleſtus eſt medicus furenti phrenetico, & pater indiſciplinato filio: ille ligando, iſte cædendo, ſed ambo diligẽdo. Si autem iſtos negligant, & perire permittant, iſta potius manſuetudo, falſa crudelitas eſt. Si enim equus & mulus quibus non eſt intellectus, morſibus, calcibus, reſiſtunt hominibus à quibus eorum curanda uulnera contrectantur, & cum inter dentes eorum & calces ſæpe homines periclitentur, & aliquando uexentur, non tamen eos deſerunt, donec per dolores & moleſtias medicinales reuocent ad ſalutẽ, quanto magis homo ab homine, frater à fratre, ne in æternũ pereat, non eſt deſerẽdus, q correctus intelligere poteſt, quantum ſibi præſtabatur beneficium, quando perſecutionem perpeti querebatur.

Ignis.

Epiſt. 82. Sicut autem & inter ignem & aquã tenẽda eſt uia, ut nec exuratur homo, nec demergatur: Sic inter apicẽ ſuperbiæ

perbiæ et uoraginẽ deſidiæ, iter noſtrũ tẽperare debemus, ſicut ſcriptũ: Non declinantes neq; ad dextrã, neq; ad ſiniſtrã. Deſidia.

Epiſt. 87. ad Felicitatem. Maiorem date operam concordandis uobis, q̃ redarguendis, quia ſicut acetũ corrũpit uas ſi diutius ibi fuerit: Sic ira corrũpit cor, ſi in alium diẽ durauerit. Acetum. Ira.

Epiſt. 105. ad Sixtum. Nã et hoc ſi ut reſpondeat, ruſtico proponatur, quæ cauſa ſit ut cum aliud ſit olea, aliud oleaſter, de ſemine utroq; utrunq; naſcitur, non omittit inſerendi curationem, etiamſi non poſſit iſtã ſoluere quæſtionem. Olea. Oleaſter.

Ad Iulianum epiſt. 111. Inuidus uir ſimilis eſt naui, quæ iactatur in fluctibus maris, in perturbatione ſemper eſt, ut lupus rapax inſanit inaniter, in miſeria detinetur, & tabeſcens, ad nihilum redigitur. Semper furore plenus, particeps dæmoniorum efficitur. Inuidus.

Animam tuam nutri diuinis lectionibus: parabunt enim tibi menſam ſpiritualem, quia ſicut ex carnalibus alimentis paſcitur hominis caro: Sic ex diuinis eloquijs, lectionibus & orationibus, nutritur noſter interior homo. Carnalia alimenta.

Ad Ioannem comitem epiſt. 111. Auarus enim uir inferno ſimilis eſt. Infernus enim quantos mortuos deuorauerit, nunquàm dicit ſatis eſt: Sic & ſi omnes theſauri circumfluxerint in auarum, nunquàm ſatiabitur. Auarus. Infernus.

Ad Sixtum Romanum Pontificem epiſt. 107. Quia nec omnium eſt fides, qui audiunt uerbum Dei, ſed quibus Deus partitur menſuram fidei: Sicut nec omnia germinant quæ plantantur & rigantur, ſed quibus Deus dat incrementum. Fides. Plantæ.

Epiſt. 108. ad Seleucianã. Illa dimitti uolumus nobis peccata, quæ humanæ fragilitati q̃uis parua, tamen crebra ſubrepunt. Quæ ſi collecta contra nos fuerint, ita nos grauabunt Peccata uenialia gra-

bunt, & opprimunt, ſicut unum aliquod grande peccatum.
Naufragiū Quid enim intereſt ad naufragium, utrum uno grandi fluctu nauis operiatur & obruatur: an paulatim ſubrepēs aqua in ſentinam, et per negligentiam derelicta atque contempta, impleat nauem, atque ſubmergat?

Epiſt.139. Audacis ad Auguſtinū. Prouocaui nō ut prælargi pectoris puſillum libamen acciperem, ſed ut ingens diuitis ubertim flumine haurirem. Theſaurum ſapiētiæ deſideraui:
Allegoria. ſed minus accepi q̄ uolui. Opto itaq; ſapientiæ floribus paſci, & uiui fontis hauſtibus irrigari: præſta cupiēti. Poteſt enim ſeminudi roboris uelamen genitale uiridari, ſi meruerit tuis ſenſim fluentis augeri. Cur mihi fons orbis paruo ſermone meruit? An minus apta ſuis ſpirauit corda fluentis? Cum pateat mens omnis aquis ſpectetq; loquacem, Religionis opem gratos, dat ſenſibus imbres. Expectat quos plena fides CHRISTI de ſtipite pendens.

Epiſt.204. ad Donatū. Modo quòd te in puteū, ut more
Mala uolūtas. reris, miſiſti, utiq; libera uolūtate feciſti. Sed q̄ crudeles eſſent ſerui Dei, ſi te huic malæ uoluntati tuæ permitterent, & non te de illa morte liberarent? Quis eos non merito culparet?
Sæpes. quis non impios iudicaret? Vos tanquàm in ſepibus inuenimus, & intrare compellimus, plenos ſpinis & aſperitate.

Paterna diligentia. Epiſto.159. ad Marcellinum. Noli perdere paternam diligentiam, quam in ipſa inquiſitione ſeruaſti, quando tantorum ſcelerum confeßionem, non extento eculeo, non ſulcantibus ungulis, non urentibus flammis, ſed uirgarum uerberi-
Cohertio. bus eruiſti. Qui modus cohertionis, & à magiſtris artium liberalium, & ab ipſis parentibus, & ſæpe etiam in iudicibus ſolet ab epiſcopis haberi.

Ad

Ad Profuturũ epiſtola 149. Ita enim inueteraſcens fit odium, dum quaſi iuſti doloris admixta dulcedo, diutius eam in uaſe detinet, donec totum aceſcat, uasq́; corrumpat. Quapropter multò melius, ne iuſte cuiquàm iraſcamur, quàm uelut iuſte iraſcendo, in alicuius odium & occulta facilitate delabimur. In recipiendis enim hoſpitibus ignotis, iſta ſolemus dicere, multò eſt melius malum hominem perpeti, quàm forſitan per ignorantiam excludi bonum, dum cauemus ne recipiatur malus. Sed in affectibus animi contrà eſt. Nam incomparabiliter ſalubrius eſt, etiam iræ iuſte pulſanti non aperire penetrale cordis, quàm admittere non facile receſſuram & peruẽturam de ſarculo ad trabem: ſtudet quippe impudenter etiam creſcere quàm putatur.

Odium.

Hoſpites.

Malus & bonus homo.

Affectiones animi.

Libro 32. contra Fauſtum capite 14. Sicut æger non debet reprehendere medicinalem doctrinam, ſi aliud illic hodie præceperit, aliud cras, prohibens etiam, quod ante præceperat (ſic enim habebat ſanandi eius corporis ratio) Ita genus humanum ab Adam uſque in finem ſeculi, quàmdiu corpus quod corrumpitur, aggrauat animam, ægrum ac ſaucium, non debet diuinam reprehendere medicinam, ſi in quibuſdã hoc idem, in quibuſdam uero aliud prius, aliud poſterius obſeruandum eſſe præcipit, præſertim cum ſic aliud præcepturam eſſe promiſit.

Medicinalis doctrina.

Diuina medicina.

Lib. 22. contra Fauſtum cap. 65. Scriptura ut fidelis ſpeculi nitor, nullius accipit adulandã perſonam, ſed ad laudanda & uituperanda hominũ facta, illis ipſa iudicat, uel legentibus iudicãda proponit, nec ſolũ homines ipſos uel uituperabiles uel laudabiles intimãs, uerũ etiam quædã in uituperabilibus laudanda, & in laudabilibus, uituperanda non tacens.

Scriptura Speculi nitor.

Cap.

Cſtharæ. Organa muſica. Chordæ.

Cap. 44. *Sicut in cytharis & huiuſmodi organis muſicis, non quidem omnia quæ tanguntur, canorum aliquid reſonant, ſed tantum chordæ, cætera tamen in toto cytharæ corpore ideo fabricata ſunt, ut eſſet ubi uincirentur, unde & quò tenderentur illæ, quas ad cantilenæ ſuauitatem modulaturus & percuſſurus eſt artifex: Ita in his propheticis narrationibus, quæ de rebus geſtis hominum, prophetico ſpiritu deliguntur, aut aliquid iam ſonant ſignificatione futurorum, aut ſi nihil tale ſignificant, ad hoc interponuntur, ut ſit unde illa ſignificantia, tanquàm ſonantia, connectantur.*

Propheticæ narrationes.

Auguſtinus 13. lib. contra Fauſtum cap. 12. & 13. accommodans illud Hiere. 17. *Clamauit perdix, congregauit quæ non peperit, faciens diuitias ſuas non cū iudicio. Perdix enim inquit, contentioſum animal, notū eſt quanta auiditate ipſius contentionis currat in laqueum. Non enim diſputare amant hæretici, ſed quoquo modo ſeparare impudentißima peruicatia, ut congregent, ſicut hic dixit, quæ non pepererunt. Chriſtianos enim quos maxime* CHRISTI *nomine ſeducunt, iā per ipſius* CHRISTI *euangelium natos inueniunt, & faciunt illas diuitias ſuas non ſane cum iudicio, ſed cum temeritate inconſiderata. Non enim intelligunt ibi eſſe ueram & ſalubrem, & quodammodo germanam atq; radicalem Chriſtianam ſocietatem, unde iſtos ſeparauerunt, quos ad ſuas diuitias congregarunt. Et quia de talibus dicit Apoſtolus. Sicut enim Ioannes & Mambres reſtiterunt Moſi: Sic & iſti reſiſtunt ueritati, homines mente corrupti, reprobi circa fidem. Sed ultrà non proficient. Dementia enim eorum manifeſta erit omnibus, ſicut & illorum fuit. Sequitur & hic propheta, & dicit*

Perdix.

Impudentiſſ. hæreticorū peruicatia.

Germana Chriſtianorū ſocietas.

Anabaptiſtæ.

Sacramentarij.

& dicit de perdice, qui congregauit quæ non peperit, in dimidio dierum eius derelinquit eum, & in nouiſsimis ſuis erit inſipiens, id eſt, qui primo tanquàm per pollicitationem & oſtentationem excellentis ſapientiæ ſeducebat, erit inſipiens, cum apparebit, quia dementia eius nota erit omnibus.

Contra Fauſtum lib. 15. cap. 15. Per bonum mihi operatum eſt mortem. Ergo lex ſemper bona eſt. ſiue obſit inanibus gratia, ſiue proſit plenis gratia, ſemper eſt bona, ſicut ſol ſemper eſt bonus: quia omnis creatura Dei bona eſt, ſine dolentibus oculis ſanitas ad uidendum ſolem, hoc eſt, gratia mẽtibus ad implendam legem, & ſicut oculi ſani non ſolis delectatione moriuntur: ſed illis ictibus aſperis radiorum, quibus reuerberati in denſiores tenebras pellebantur: Sic anima quæ per charitatem ſpiritus ſalua facta eſt, non iuſtitiæ mortua dicitur: ſed illi reatui præuaricationi quam lex per literam cum gratia defuit, faciebat.

Lex. Sol. Oculi. Anima. Charitas.

Libro 22. contra Fauſtum cap. 6. Qui ea quæ non intelligunt, reprehendentes, lepram, uel ſcabiem, uel uerrucas legis eſſe dicunt, promiſsiuas figuras ſacramentorum, ſimiles ſunt hominibus, quibus diſplicent ea, quorum non capiunt utilitatem, uelut ſi ſurdus, uidẽs moueri labia loquentiũ, tanquã ſuperfluos oris motus, deformesq́; reprehenderet, uel ſi quiſq̃ cæcus laudata ſibi aliqua domo, uellet palpando probare, quod dicitur, & parietum leuitatem manu pertractans, in feneſtras corrueret, eaſq́; uelut inconuenientes illi æqualitati, redargueret, cauernasq́; ruinoſas putaret.

Promiſsiuæ ſacramentorum figuræ. Cæcus.

Libro contra Donatiſtas cap. 5. Non polluũt mali bonos, in eodem agro, in eadem area, in eiſdem paſcuis, in eiſdem retibus conſtituti, quia non eis communicant boni, ſed altari & ſacra-

Non polluunt mali bonos.

ſacramentis Dei. Communicant autem malis, qui conſentiunt malis factorum. Scriptum eſt enim: Non ſolum qui faciunt, ſed qui conſentiunt facientibus.

Comunicare malis.

Libro 1. contra Creſtonium cap. 1. Neq; propterea pro patria non eſt miles armandus, quia contra patriam nonnulli arma ſumpſerunt. Aut ideo uti non debent boni doctiq; medici ferrâmentis medicinalibus ad ſalutem, quia his ad perniciem etiam indocti peſſimiq; abutuntur. Quis enim neſcit, ſicut utilia uel inutilia fuerint ea quæ quæruntur: Ita eloquentiam, hoc eſt, peritiam facultatemq; dicendi ſic eſſe utilem uel inutilem, ut fuerint utilia, uel inutilia quæ dicũtur? Quod nec te ignorare arbitror.

Miles. Arma. Ferramẽta. Eloquẽtia.

Cap. 5. Sicut malignus ſuaſor peccati, etiamſi non perſuaſerit, merito pœnã deceptoris incurrit: ita fidelis iuſtitiæ prædicator, etiamſi ab hominibus reſpuatur, abſit, ut apud Deũ ſui officij mercede fraudetur. Res enim certa fit ad incertum. Incertum dico non primũ facientis, ſed animũ audientis. Incertũ eſt nobis utrũ aſſenſurus ſit cui prædicatur ueritas, ſed certũ eſt talibus etiã ueritatẽ prædicari oportere: at certũ eſt fideliter eã prædicantibus retributionẽ manere, ſiue ſuſcipiatur, ſiue ſpernatur, ſiue etiã propterea qualibet temporaliter aduerſa patiantur, dominus non ſuos certos fecit Apoſtolos, an eſſent eorum pacem ſuſcepturi, quibus eam prædicarent, certos tamen fecit ut eam ſine cunctatione prædicarent.

Malignus ſuaſor peccati. Fidelis concionator. Apoſtoli. Pax.

Libro 3. contra Creſconium grammaticũ cap. 8. Ait Creſconius: Dei quidem eſt dare incrementum, ſed ſicut qui plantat, & rigat, non niſi colonus fidelis & diligens quæritur: Sic etiam in ſacramento baptiſmatis, non niſi fidelis & iuſtiſſimus operarius adhibetur. Quaſi uerò quòd infidelis colonus

Colonus fidelis & gnarus.

lonus plantauerit, propter eius infidelitatem, non germinet uis ſeminis, & fœcunditas terræ cœliq́; temperies, hanc efficatiam diuinitus non acceperint, uel ad propagandos fructus plãtatorem uel rigatorem operarium tantummodo expectetur, qua mente operetur, qua laboret intentione, non curent, utrum agri dominum fideliter diligat, an ſua, non illius lucra conquirat. Baptiſmi miniſter.

Contra Creſconium Grammaticum lib. 4. cap. 4. *Nollemus quidem tanquàm à proprij corporis iunctura præcidi, ſed quando tabeſcentis uulneris putredo peſtifera plus habet in abſciſsione ſolaminis, quàm in remiſsione medicaminis, inuenta eſt cauſa ſalubrior, ne per cuncta membra peſtilens irrepat uirus, ut compendioſo dolore natum decedat uulnus.* Peſtilens uirus.

Libro 2. contra literas Petiliani capite 26. *Si ueris falſa permiſceas, hiſdem ſæpe ueſtigijs uerum falſitas imitatur: Sic ſic hominem ſimulat pictura uerum, quæ coloribus exprimit falſas facies ueritatis. Sic ſic ſpeculi nitor uultum rapit, ut reuocet oculos intuentis. Sic ſic offert proprios uenientibus uultus, ut ipſa ſibimet inuicem faciem uenientis occurrat, tantùmque ualet immunda fallacia, ut ipſi ſe quæ præuident oculi, quaſi in altero ſeſe cognoſcant. Ipſa quoque umbra cum ſteterit, imagines geminat, magna ex parte, mendacio diuidens unitatem. Nunquid ideo uerum eſt, quia figura mentitur?* Veritas. Falſitas. Pictura. Speculum. Fallacia. Vmbra.

Cap. 23. *Cum eadem luce & ſani oculi perfunduntur, & ſaucij, iſtis adiumentum eſt, illis tormentum. Idem cibus aliâs ualetudines alit, aliâs lædit. Idem medicamentum hos curat, illos debilitat. Eadem arma alios muniunt, alios impediunt.* Lux. Cibus. Medicamẽtum.

pediunt. Eadem ueſtis, alijs tegumento eſt, alijs implicamēto: Sic & baptiſmus alijs ualet ad regnum, alijs ad iudicium.

Duo debitores. Libro 2. contra duas epiſtolas Pelagianorum cap. 7. Si quiſpiam habens duos debitores, & alteri uellet dimittere debitum, alterum exigere, cui uult donat, ſed neminem fraudat, nec acceptio perſonarum eſt, quando iniquitas nulla eſt. Alioquin eis qui parum intelligunt, poteſt acceptio perſonarum uideri, ubi uineæ dominus operarijs, qui una hora illic opus fecerunt, tantum dedit, quantum illis qui pertulerunt pondus diei & æſtus, æquales faciens in mercede, quorum tanta diſtantia fuerat in labore. An non licet ei quod uult facere? Sicut ergo hic nulla eſt acceptio perſonarum, ubi quia ſic alius honoratur gratis, ut alius debito non fraudetur: Sic etiam cum ſecundum propoſitum Dei uocatur alius, alius non uocatur, uocato datur gratuitum bonum, cuius boni eſt uocatio ipſa principium, non uocato, redditur malum, quia omnes rei ſunt ex eo, quod per unum hominem peccatum intrauit in mundum. Cui uult miſeretur, quem uult indurat, qui facit aliud uas in honorem, aliud in contumeliam.

Acceptio perſonarū. Vineæ operarij. Prædeſtinatio.

Seſe occidens. In Enchyridio cap. 30. Sicut qui ſe occidit, utique uiuendo ſe occidit, ſed ſe occidendo non uiuit, nec ſeipſum poterit reſuſcitare, cum occiderit: Ita cum libero peccaretur arbitrio, uictore peccato, amiſſum eſt liberum arbitrium. A quo enim quis deuictus eſt, huic & ſeruus addictus eſt. Qualis uerò poteſt eſſe ſerui addicti libertas, niſi quando eum peccare delectat? Liber eſt ad peccandum, qui peccati ſeruus eſt. Vnde ad iuſte faciendum liber non erit, niſi liberatus à peccato, eſſe iuſtitiæ cœperit ſeruus.

Liberum arbitrium. Peccati & iuſtitiæ ſeruus.

Lib.

Libro 83. quæſtionum, quæſtione 71. De ceruis non-nulli talium cognitionum ſtudioſi ſcripſerunt, cum fretum ad inſulam tranſeunt, paſcuarum gratia, ſic ſe ordinant, ut onera capitum ſuorum, quæ geſtant in cornibus, ſuper inuicem portent. Ita ut poſterior ſuper anteriorem, ceruice caput collocet. Et quia neceſſe eſt unum eſſe qui præcedens cæteros, ante ſe non habeat, cui caput inclinet, uicibus id agere dicuntur, ut laſſatus ſui capitis onere, & ei ſuccedat, cui ferebat caput, cum ipſe præiret. Ita inuicem onera ſua portantes, fretum tranſeunt, donec ueniant ad terræ ſtabilitatem. Iſtam fortaſſe ceruorum naturam intenderat Salomon cum ait: Ceruus amicitiæ & pullus gratiarum tuarum colloquatur tecum. Nihil ſic probat amicum, quemadmodum oneris amici portatio. Ceruorum natura. Oneris amici portatio.

De Geneſi ad literam imperfecto cap.5. Sicut in cãtando interpoſitiones, certis moderatisq́; interuallis quàmuis uocum priuationes ſint, bene tamen ordinantur ab ijs qui cantare ſciunt, & ſuauitati uniuerſæ cãtilinæ aliquid conferunt. Et umbræ in picturis eminentiora quæq; diſtinguunt, ac non ſpecie, ſed ordine placent. Nam & uitiorum noſtrorum non eſt autor Deus, ſed tamen ordinator eſt, cum eo loco peccatores conſtituat, & ea cogit quæ merentur. Cantus. Interpoſitiones. Vmbræ. Picturæ. Vitiorum ordinator.

De Geneſi ad literam 7. cap. 10. Homo peccator beſtijs ſimillimus efficitur &c.

Lib. 11. quæſt. quæſt. 82. Sic eſt in animo beatitudo, ut in corpore ſanitas. Quemadmodum in ipſo corpore alia præcipitur medicina, ne bona ualetudo amittatur, alia uerò ut amiſſa recuperetur: Sic in toto ſtatu hominis, alia tunc præcepta data ſunt, ne amitteret immortalitatem: alia nunc Beatitudo. Sanitas. Medicina. Valetudo.

præcipiuntur, ut eam recipiat. Et ſicut in ualetudine corporis ſi quis præceptis medici quibus eadem bona ualetudo cuſtodienda eſt, non obtemperando in aliquem morbum inciderit, accipit alia præcepta ut ſanari poßit, quæ ſæpe non ſufficiunt, ſi talis eſt morbus, niſi adhibeantur à medico quædam adiutoria plerunque aſpera, & dolores importantia, quæ tamen ualent ad recipiendam ſalutem. Vnde fit, ut homo quis inobtemperans medico, patiatur tamen adhuc dolores, non ſolum de ipſo morbo nondum ſanato, uerum etiam de adiutorio medicinæ: Ita homo per peccatum lapſus in huius uitæ morbidam & calamitoſam mortalitatem, quia primo præcepto obtemperare noluit, quo ſempiternam cuſtodiret ac teneret ſalutem. ſecunda præcepta æger accipit, quibus obtemperans iam quidem non abſurde dicitur iuſte uiuere, ſed tamen moleſtias quas patitur uel de ipſo morbo nondum ſanato, patitur, uel de adiumento medicinæ.

Peccatum. Mortalitas. Adiumēta medicinæ.

Arca. Eccleſia. Lib. quæſt. 65. ad Oroſium quæſt. 52. Sicut arca de lignis cedrinis conſtruebatur: Ita & eccleſia de ſanctis conſtruitur. Quadratum enim in quacunque parte poſueris, fortiter ſtat, et ſancti in quibuslibet tentationibus ſtabiles permanent, non aduerſitatibus, non proſperitatibus cedunt.

Sol. Lumen. Ad Oroſium. Sicut ſolem non uidet oculus niſi in lumine ſolis: Sic uerum & dominicum lumen non poterit uidere intelligentia niſi in ipſius lumine, de quo inquit propheta: Domine in lumine tuo uidebimus lumen.

Vitiati oculi. De 83. quæſtionibus. Vt enim uiſus oculorum ſi fuerit uitiatus, quicquid uidere non potuerit, adeſſe non putat. Fruſtra enim oculos circumſtat præſens imago rerum, ſi oculis integritas deſit: Ita Deus qui nuſquam deeſt, fruſtra pollutus animus

animus eſt, quem uidere mentis cæcitas non poteſt. Mentis cæcitas.

De uera innocentia. Sicut oculi exteriores quiddam ſunt carnis: ita mens quiddam animi, quod in eo ſecundum participationem diuinæ rationis excellit, & tunc omnibus motibus eius bene præſidet, cum ſuperna luce radiatur, ut ſit in ea lumen uerum, quod illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum.

Libro quæſtionum utriuſque teſta. quæſt. 110. Sicut lignum iuxta aquam plantatum ſterile eſſe non poteſt: Ita qui frequenter uſu legi Dei ſtudet, non poteſt eius operis non habere affectum. Lignum dat fructum tempore ſuo. Omnis plãtatio fructum dat tempore competẽti: Sic & hic qui legi Dei obtemperat, fructũ habebit tempore præfinito, humore decurrentis aquæ uegetatum lignum, folia continet ſua. Sicut ergo lignum auxilio decurrentis aquæ ſiccitatem non ſentit: Ita & hic qui legi Dei ſtudet, accedente tentatione, præſidio Dei tutus, non amittit, ſed acquirit ſalutem.

Quæſtione 120. Sicut ferrum niſi uſum fuerit, eruginem generat: Ita & anima, niſi frequentius diuinis exerceatur lectionibus, naſcentur illi peccata. Ferrum. Anima.

Libro de baptiſ. paruulorum. Quomodo præputium per circumciſionem aufertur, manet tamẽ in eo quem genuerunt circumciſi: quomodo etiã palea quæ opere humano tanta diligentia ſeparatur, manet tamen in fructu, qui de purgato naſcitur tritico: Ita peccatum quod in parentibus per baptiſmum eſt ablatum, manet in eis quos genuerunt. Præputiũ. Palea. Peccatum.

In libro quæſt. uete. & no. teſta. q. 127. Sicut ad comparationem lucernæ tenebræ non tantum obſcuræ, ſed etiã ſordidæ ſunt, ad comparationem autẽ ſtellarum, lucerna caligo

eſt: ad ſolis comparationem, ſtellæ nebuloſæ ſunt: ad Dei autem claritatẽ, ſol nox eſt: Ita quæ ad nos licita et munda ſunt, ad Dei autem dignitatem illicita & quaſi immunda ſunt, Quanq̃ enim bona ſunt, Dei tamen perſonæ non competunt. Nunquid tunica mediocris hominis quãuis munda, imperatori tamẽ ſordida & illicita eſt, ſimiliter et ſaxonicia ſenatori.

Saxonicia. Thus. In lib. qui inſcribitur Speculum peccatorum. Vt thus non redolet, niſi ponatur in igne: nec uirtus ſynâpis ſentitur, niſi conteratur in lapide: Ita nulla ſacræ ſcripturæ ſententia uim ſuam declarat, niſi cocta in corde.

Sinâpis. Scriptura in corde cõcocta.

Vulnera. Animarum uitia. Enchyridio ad Laurentium. Sicut enim morbis ac uulneribus corrumpuntur corpora, quæ ſunt priuationes boni quod dicitur ſanitas: Ita et animorum quæcunque ſunt uitia, naturalium ſunt priuationes bonorum.

Pluuia. Ebrietas. Cultura. Sermone 231. de ebrietate cauenda. Corpora noſtra terrena ſunt. Quomodo pluuia nimium grandis & diuturna ſi fuerit, terra confunditur, et in lutum reſoluitur, ut nulla in ea cultura poßit fieri: Sic & caro noſtra, quando abundantiori potu fuerit inebriata, nec ſpiritalem culturam accipere, nec fructus animæ neceſſarios poterit exhibere. Ei deo, quomodo omnes homines, ſufficientem pluuiam in agris ſuis accipere deſiderant, ut & culturam ualeant exercere, & de fructuum ubertate gaudere: Ita & in agro corporis hinc tantum deberent bibere, quod oportet, ne nimia ebrietate, ipſa corporis terra, uelut in paludem conuerſa, magis uermes & ſerpentes uitiorum generare, quàm fructus bonorum operum

Ebrioſi. Paludes. poßit afferre. Omnes enim ebrioſi tales ſunt quales paludes, uidentur ſerpentes, ſanguiſugæ, naſcuntur ranæ, & diuerſa genera uermium, quæ magis horrorem poſſunt generare,

nerare, quàm aliquid, quod ad uictum proficiat, exhibere. Herbæ quæ in ipſis paludibus uel circa ripas eorum naſci ſolent, nihil utilitatis habere uidentur, intantum ut annis ſingulis incendio concrementur: Ita quod de ebrietate naſcitur, igni præparatur.

Ebrioſi peiores animalibus. Cum enim illa amplius quàm eis opus eſt, bibere nolunt, iſti & duplum, & triplum, quàm eis expedit, potum accipiunt.

Ebrietas eſt quaſi puteus inferni, quoſcunque ſuſceperit, iam ſi digna ſubuenerit pœnitentia, & emendatio ſubſecuta, ita fortiter ſibi uendicat, ut eoſdem ipſos de inferni tenebroſo puteo, ad charitatis uel ſobrietatis lucem redire non permittit, ſine pœnitentia. Puteus inferni ebrietas. Pœnitẽtia.

De ſcala paradyſi. Spiritus ſapientiæ ſolus dat ueram ſapientiam, & ſapidam facit ſcientiam, quæ cum alicui ineſt, inæſtimabilis ſapor iucundat & reficit, & de illa dictum eſt: ſapientia non intrat in maleuolam animam, hæc autem à ſolo Deo eſt: & ſicut officium baptizandi dominus conceſſit multis, poteſtatem uerò & autoritatem in baptiſmo remittendi peccata, ſibi ſoli retinet: unde Ioannes antonomaſtice & diſcretiue de eo dixit: hic eſt qui baptizat in ſpiritu ſancto: Ita de eo poſſumus dicere: hic eſt qui ſapientiæ ſaporem dat, ſapidam animæ facit ſcientiam, ſermo datur ſiquidem multis, ſapientia paucis, quam diſtribuit dominus cui uult, & quomodo uult. Spiritus ſapientiæ. ſapida ſciẽtia. Baptizandi officium

Sermone de Paſcha. Hac locutione dictum eſt, ſcientia inflat, quid eſt ſcientia inflat? ſcientia damnata eſt? ſed quoniam adiunxit: charitas uerò ædificat, quomodo ibi adiunxit, ſpiritus uiuificat, dedit intelligi, litera ſine ſpiritu occidit, ſpiri- Sciẽtia inflat. Charitas ædificat.

Spiritus uiuificat. tus uiuificat, & impleri literam facit: ſic ſcientia ſine charitate inflat, charitas cum ſcientia ædificat.

Minora peccata nō eſſe contemnenda. Minutæ beſtiæ. De decē chordis ca.11. Noli illa contemnere, quia minora ſunt, ſed tunc quia plura ſunt. Attendite fratres mei, minuta ſunt, non ſunt magna: non eſt beſtia quaſi leo, ut uno morſu guttur frangat, ſed beſtiæ plerunq; minutæ multæ necant. Si proijciatur quiſquàm in locum pulicibus plenum, nunquid non moritur ibi? Non ſunt quidem maiores, ſed infirma eſt natura humana, quæ etiam minutiſsimis beſtijs interimi poteſt: Sic & modica peccata attēdite, quia modica ſunt, & cauete, quia plura ſunt. Quàm minutiſsima ſunt grana arenæ: ſi arenæ amplius in nauim mittātur, mergunt illam ut pereat. Quàm minutæ ſunt guttæ pluuiæ, nónne flumina implent, & domos deijciunt? Ergo iſta nolite contemnere.

Grana arenæ. Guttæ pluuiæ.

Formica. Aeſtas. Hyems. Quemadmodum formica æſtate colligit unde in hyeme paſcatur: Sic unuſquiſq; Chriſtianus in rerum tranquillitate, quam ſignificat æſtas, colligat uerbum Dei, ut in aduerſitate & tribulationibus, quæ hyemis nomine ſignificantur, habeat unde ſpiritualiter uiuat.

Anima infirma. Auræ linguarum. Lib.4. confeſſ. cap. 14. Ecce ubi iacet anima infirma: nondum hærens ſoliditati ueritatis. Sicut auræ linguarum flauerint à pectoribus opinantium: Ita fertur & uertitur, torquetur, retorquetur & obnubilatur ei lumen, & non cernitur ueritas, & ecce eſt ante nos.

Verum. Falſum. Impolitus et perpolitus ſermo. Lib.5. confeſſ. cap.6. Iam ergo abs te didicerā, nec eo debere uideri aliquid uerum dici, quia eloquēter dicitur, nec eo falſum: quia incōpoſite ſonāt ſigna labiorū. Rurſus nec ideo uerū: quia impolite enūciatur, nec ideo falſum, quia ſplēdidus ſermo eſt: ſed perinde eſſe ſapientiā et ſtultitiam: ſicut cibi utiles &

les & inutiles. Verbis autem ornatis & inornatis, ſicut uaſis urbanis & ruſticanis, utroſque cibos poſſe miniſtrari.

Lib. confeſſ. 6. cap. 4. Sicut euenire aſſolet, ut malũ medicum expertus, etiam bono timeat ſe committere: Ita erat ualetudo animæ meæ: quæ utiq; niſi credendo ſanari nõ poterat, & ne falſa crederet, curari recuſabat: reſiſtens manibus tuis, qui medicamenta fidei confeciſti, & ſparſiſti ſuper morbos orbis terrarum, et tantam illis autoritatem tribuiſti. Medicamẽta fidei.

Lib. confeßio. 8. ca. 3. Et q̃tò maius periculũ fuit in prælio, tantò maius eſt gaudiũ in triumpho. Iactat tempeſtas nauigantes, minaturq; naufragiũ, omnes futura morte palleſcũt: Trãquillatur cœlũ, et mare, et exultãt nimis: quoniã timuerũt nimis. Aeger eſt carus: et uena eius malum renunciat: omnes qui eum ſaluum cupiunt, ægrotãt ſimul animo. Fit ei recte: & nondũ ambulat priſtinis uiribus: et fit iam tale gaudiũ, quale non fuit cũ antea ſaluus & fortis ambularet. Eaſq; ipſas uoluptates humanæ uitæ etiã non inopinatis, & præter uoluntatẽ irruẽtibus, ſed inſtitutis et uolũtarijs moleſtijs homines acquirunt. Edẽdi et bibendi uoluptas nulla eſt: niſi præcedat eſuriendi et ſitiẽdi moleſtia. Et ebrioſi quædã ſalſiuſcula comedũt, quò fiat moleſtus ardor: quem dum extinguit potatio, fit delectatio. Et inſtitutũ eſt, ut etiã pactæ ſponſæ nõ tradantur ſtatim: ne uilẽ habeat maritus datam, quam non ſuſpirauerit ſponſus dilatam. Hoc in turpi & execranda lætitia: hoc in ea quæ conceſſa eſt et licita eſt, hoc in ipſa ſynceriſſima honeſtate amicitiæ: hoc in eo qui mortuus erat & reuixit, perierat & inuentus eſt. Vbiq; maius gaudium moleſtia maiore præcedi tur. Quid eſt hoc domine Deus meus, cũ tu in æternũ tibi tu ipſe ſis gaudium, & quædã de te cũ ca te ſemper gaudeant?

Periculum. Triũphus. Tempeſtas Tranquillitas. Gaudium. Moleſtia.

Dormiẽs. Vigilans. Torpor. Lib. confeſſ 8. ca. 5. Et ſicut nemo eſt qui dormire ſemper uelit: omniq; ſano iudicio uigilare præſtat: differt tñ plerũq; homo ſomnium excutere, cum grauis torpor in membris eſt, cumq; iam diſplicentem carpit libentius: q̃uis ſurgendi tẽpus aduenerit: Ita certum habebam eſſe melius tuæ charitati me dedere, q̃ meæ cupiditati cedere. ſed illud placebat, et uincebat, hoc libebat, et uinciebat. Nõ enim erat quod tibi reſpõderem, dicẽti mihi: Surge q dormis, et exurge à mortuis, & illuminabit te CHRISTVS: et undiq; oſtẽdenti uera te dicere: non erat omnino qd reſpondere ueritate cõuictus: niſi tantũ uerba lẽta et ſomnolẽta. Modo ecce modo ſine paululũ. Sed modo et modo non habebat modum: et ſine paululum iri longum ibat.

Medicamenta. Concupiſcentia. Lib. 10. confeſſ. ca. 31. Hoc me docuiſti, ut quemadmodũ medicamenta, ſic alimẽta ſumpturus accedã. Sed dũ ad quietẽ ſacietatis ex indigẽtiæ moleſtia tranſeo, in ipſo trãſitu inſidiatur mihi laqueus cõcupiſcentiæ. Ipſe enĩ trãſitus uoluptas eſſet, nõ eſt alius qua trãſeatur, q̃ quo trãſire cogit neceſsitas. Salus. Iocũditas. Et cũ ſalus ſit cauſa edẽdi et bibẽdi, adiungit ſe tanq̃ pediſſequa periculoſa iocũditas, & plerunq; præire conatur, ut eius cauſa fiat, q ſalutis cauſa me facere uel dico, uel uolo, nec idẽ modus utriuſq; eſt. Nã q ſaluti ſatis eſt, delectationi parũ eſt.

Febris. Peccatũ uoluntarium malum eſſe. De uera religio. Defectus autẽ iſte, q peccatũ uocatur, ſi tanq̃ febris inuitũ occuparet, recte iniuſta pœna uideret, quæ peccantẽ conſeqtur, et quæ dãnatio nũcupatur. Nũc uerò uſq; adeo pecatũ uoluntariũ malũ eſt, ut nullo modo ſit peccatum, ſi nõ ſit uoluntariũ. Et hoc quidem ita manifeſtum eſt, ut nulla huic doctorum paucitas: nulla indoctorũ turba diſſentiat.

Sicut enim in ipſa rerũ natura maior eſt autoritas unius ad unum omnia redigentis: nec in genere humano multitudinis ulla

nis ulla potentia eſt, niſi conſentientis, id eſt, unum ſentientis: Ita in religione qui ad unum uocant, eorum maior & fide dignior eſſe debet autoritas.

Vt enim ueritate ſunt uera, quæ uera ſunt: Ita ſimilitudine ſimilia ſunt, quæcunq; ſimilia. Vt ergo ueritas forma uerorum eſt, ita ſimilitudo forma ſimilium. Veritas. Similitudo.

Atq; ut in corpore dicebamus aliud eſſe morbos & uulnera curare, quod pauci homines bene facere poſſunt: aliud autem famem ſitimq; ſopire, & cætera in quibus ſubuenire hominem homini uulgo paßimq; conceditur: Sic in animo ſunt quædam, in quibus excellentia illa & rara magiſteria nõ admodum deſiderantur, ut cum hortamur & monemus, ut hæc ipſa indigentibus exhibeantur, quæ corpori exhibenda eſſe diximus. Cũ enim hæc facimus, ope ſubuenimus corpori. Sũt uerò alia quibus multimodi uarijq; morbi animarum magna quadam & ineffabili ratiõe ſanantur. Quæ medicina niſi diuinitus populis mitteretur, nulla ſpes ſalutis eſſet: tam immoderata tranſgreßione peccantibus. Varij animarũ morbi.

Quiſquis negat ideo utrunq; teſtamentum ab uno Deo eſſe poſſe, quia non eiſdem ſacramentis tenetur populus noſter, quibus Iudæi tenebantur, uel adhuc tenentur, potes dicere non poſſe fieri, ut unus paterfamiliâs iuſtißimus, aliud imperet eis quibus ſeruitutem duriorem utilem iudicat, aliud eis, quos in filiorum gradum adoptare dignatur. Si autem præcepta uitæ monent, quòd minora in ueteri lege ſunt, in Euangelio maiora, & ideo putantur non ad unũ deũ utraq; pertinere: poteſt qui hoc putat, perturbari, ſi unus medicus, alia per miniſtros ſuos imbecillioribus, alia per ſemetipſum ualentioribus præcipiat, ad reparandam uel obtinendam Vtrunq; teſtamentum Chriſtiani Iudæi.

nendam ſalutem. Vt enim ars medicinæ, cum eadem maneat, neque ullo pacto ipſa mutetur, mutat tamen præcepta languentibus, quia mutabilis eſt noſtra ualetudo: Ita

Diuina prouidentia. diuina prouidentia cum ſit ipſa omnino incommutabilis, mutabili tamen creaturæ uariè ſubuenit, & pro diuerſitate morborum, alijs alia iubet, aut uetat, ut à uitio unde mors incipit, & ab ipſa morte ad naturam ſuam & eſſentiam, ea quæ deficiunt, id eſt, ad nihilum tendunt, reducat & firmet.

Libro de fide & ſymbolo cap. 9. Cum de fonte interrogati, non poſſumus dicere, quòd ipſe ſit fluuius, nec de fluuio interrogati poſſumus dicere, quòd ſit fons, & rurſum potionem quæ de fonte uel fluuio eſt, nec fluuium nec fontem poſ-

S. Trinitas ſumus appellare, tamē in hac trinitate, aquam nominamus. Nam ſi quæro utrum in fonte aqua ſit? reſpōdetur aqua. Et ſi quæramus utrum aqua in fluuio, nihil aliud reſpondetur,

Arbor. & in illa potione non potuit eſſe alia reſponſio: nec tamē eas

Radix. tres aquas, ſed unā dicimus. Sicut in arbore radix non eſt niſi

Robur. radix, nec robur niſi robur, nec ramos niſi ramos poſſumus

Ramus. dicere. Nō enim id quod dicitur radix, poteſt dici robur et rami, nec lignū quod pertinet ad radicē, poteſt alio etiam trāſitu, nunc in radice eſſe, nunc in robore, nunc in ramis: ſed tātummodo in radice, cum illa regula nominis maneat, ut radix lignum ſit, & robur lignum, & rami lignū: nec tamē tria ligna dicantur, ſed unū. Aut ſi hæc habeant aliquam diſsimilitudinem, non poßit non abſurde, tria ligna dici propter firmitatis diuerſitatem. Illud certe omnes cōcedunt: ſi ex fon

Tria pocula. te tria pocula repleantur, poſſe dici tria pocula, tres autem aquas non poſſe dici, ſed omnino unam aquam, quanquam de ſingu-

ſingulis uoculis interrogatus, in quolibet horum aquam eſſe reſpondeas, quamuis nullus hic tranſitus fiat, ſicut de fonte, in flumina dicebamus. Hæc autem propter illius diuinæ naturæ ſimilitudinem, ſed etiam propter uiſibilium unitatem, corporalia exempla data, ut intelligatur fieri poſſe, ut aliqua tria, non tamen ſingillatim, ſed etiam ſimul, unum ſingulare nomen obtineant.

Cap. 4. Solem radijs per cloacam, fœtores, & quæq; horribilia uſquequaq; diffundi uidemus, & in his operari ſecundũ naturam ſuam, nec tamen inde aliqua contaminatione ſordeſcere, cũ uiſibilis lux, uiſibilibus ſordibus ſit natura coniunctior, quanto minus poterat pollui uerbum Dei, non corporeũ neq; uiſibile, de fœminæ corpore, ubi humanã carnem ſuſcepit cũ anima & ſpiritu, quibus interuenientibus habitat maieſtas uerbi, ad humani corporis fragilitatem ſecretius? Solis radij. Non potuiſſe pollui uerbũ dei.

Li. de prædeſt. ſancto. ca. 8. Sicut integre loquimur cũ de aliquo, qui in ciuitate ſolus eſt, dicimus: omnes iſte hic literas docet, non quia omnes diſcũt, ſed quia nemo niſi ab illo diſcit, quicunq; ibi literas diſcit: Ita recte dicimus: oẽs deus docet ad Chriſtũ uenire, nõ quia omnes ueniũt, ſed quia nemo aliter uenit. Cur oẽs non doceat, Apoſt. aperuit, quantum aperiendũ iudicauit, quia uolens oſtendere iram, & demonſtrare potentiam ſuam, attulit in multa patiẽtia uaſa iræ ſuæ, quæ perfecta ſunt, in perditionem, & ut notas faciat diuitias gloriæ ſuæ, in uaſa miſericordiæ quæ præparauit in gloriam. Oẽs Deus docet ad Chriſtũ uenire.

Lib. 6. de quæſtionib. contra paga. quæſt. 3. Quemadmodũ unus atq; idem homo, ſi deo mane aliquid offerat, aliud ueſpere, pro congruentia diuini temporis: non Deum mutat, non religionem, ſicut nec ſalutem, qui alio modo alio Deo quippiam offerens.

ueſpere ſalutat: Ita in uniuerſo tractu ſeculorum, cum aliud
oblationes antiquorũ ſanctorum oblatũ eſt ab antiquis ſanctis, aliud ab ijs, qui nũc ſunt, offer tur: nõ humana præſumptione, ſed autoritate diuina tempo ribus congrua ſacra myſteria celebrantur. Non Deus aut re ligio commutatur.

Dei legatio. Lib. de ſalutarib. documentis cap. 9. Recognoſcamus & recogitemus quali honore nobis Dei legatio accipienda. Quid ſi legatio à rege, aut à iudicibus ad nos ueniret? Nunquid non mox alijs curis poſthabitis, prompta uoluntate, & cum omni deuotione literas acciperemus, & legentes implere ſatageremus? Ecce de cœlo, rex regum, & dominus dominantium, imo & redemptor noſter per Prophetas & Apoſtolos dignatus eſt nobis dirigere literas ſuas, non ut aliquod ſeruitium ſibi neceſſarium demandet, ſed quæ ad ſalutem & gloriam nobis prodeſſe poßint, innoteſcat.

Libro de duabus animabus contra Manichæos cap. 5. Non omne quod laudamus, omni quod uituperamus eſſe anteponendum. Neq; enim quia laudo purgatißimum plumbũ, ob hoc illud uituperãdo auro, pluris æſtimo. In ſuo enim genere quidq; conſiderandum eſt. Iuriſconſultus. Improbo iuriſconſultum multas leges ignorantem: ſed cum tamen probatißimo ſutori ſic Sutor. præfero, ut ne comparandum quidem reprehendo.

Cythara. De domini incarnatione cõtra Iudæos. Cytharam reſpice, ut muſicũ melos ſonis dulcibus reddat, tria pariter adeſſe uidentur: Ars, manus, chorda: & tamẽ unus ſonus auditur. Ars dictat, manus tangit, chorda reſonat, tria pariter operantur: ſed ſola chorda reſonat. Nec ars, nec manus ſonum Pater, filius, ſpiritus ſanctus. reddunt: ſed cum chorda pariter operantur: Sic nec pater: nec ſpiritus S. ſuſceperunt carnem, & tamen cum filio pariter

ter operantur. Sonum ſola chorda excutit, carnē ſolus Chriſtus accepit. Operatio in tribus conſtat. Sed quomodo pertinet ad ſolam chordam ſoni redditio: Sic pertinet ad ſolum CHRISTVM carnis humanæ ſuſceptio.

Lib. de bono coniuga. cap. 15. & item in lib. de uirgin. Iuſtus quāuis cupiat diſſolui, & eſſe cum CHRISTO, tamē ſumit alimentum, non cupiditate uiuendi, ſed officio conſulendi, ut maneat: quod neceſſariū eſt propter alios. Sic miſceri fœminis iure nuptiarū, officioſum fuit ſanctis uiris, nō libidinoſum. Quod enim eſt cibus ad ſalutem hominis, hoc eſt cō cubitus ad ſalutem humani generis. Iuſtus. Alimentū.

Ibidem cap. 21. Sicut non eſt impar meritum patientiæ in Petro, qui paſſus, & in Ioanne qui paſſus non eſt: Sic nō eſt impar meritū continentiæ in Ioanne, qui nullas expertus eſt nuptias, & in Abraham qui filios genuit. Nam illius cœlibatus, & iſtius connubium pro temporum diſtributione CHRISTO militauerunt. Cœlibatus.

De nuptijs & concupiſcentia ad Valerium cap. 34. Vnde illo magno peccato primi hominis, natura ibi noſtra in deterius commutata non ſolum facta eſt peccatrix, uerumetiā genuit peccatores. Et tum ipſe languor quo bene uiuendi uirtus perijt, non eſt utiq; natura, ſed uitium. Sicut certe mala in corpore ualetudo, non eſt ulla ſubſtantia uel natura, ſed uitium. Et licet non ſemper, tamen plerunq; malæ ualetudines parentum ingenerantur quodammodo & apparent in corporibus filiorum. Peccatum primi hominis. Languor. Mala ualetudo.

Lib. de catechizandis rudibus cap. 4. Si in ipſis flagitioſis & ſordidis amoribus uidemus, nihil aliud eos agere Flagitioſi & ſordidi amores.

qui

qui amari uiciſsim uolunt, niſi ut documentis, quibus ualent, aperiant & oſtendant, quantum amant, eamq; imaginem iuſtitiæ prætendere affectant, ut inuicem ſibi reddi quodāmodo flagitēt ab eis animis, quos illecebrare moliūtur, ipſiq; ardentius æſtuant, cum iā moueri eodem igne illas mētes, quas appetunt, ſenſiūnt. Si ergo & animus qui torpebat, cū ſe amari ſenſerit, excitatur, & qui iam feruebat, cum ſe redamari didicerit, magis accenditur, manifeſtum eſt nullam eſſe maiorem cauſam, quàm uel inchoētur, uel augeatur amor, quàm cum ſe amari agnoſcit, qui nondum amat: aut redamari ſe uel poſſe ſperat, uel iam probat, qui iam prior amat. Et ſi hoc in turpibus amoribus, quantò plus in amicitia? Quid enim aliud cauemus in offenſione amicitiæ, niſi ne amicus arbitretur, quòd cum uel non diligimus, uel minus diligimus, q̃ ipſe nos diligat?

Amicitia.

Amelech. Diabolus.

De trinitate 4. cap. 15. Sicut Amelech reſtitit filijs Iſraël, ne intrarent in terram promiſsiōis: Sic nobis diabolus, ſed uincitur quando manus in crucis modum extendit Moſes, id eſt, CHRISTVS in cruce.

Mens. Amor. Notitia.

Libro 9. de trinitate capite 4. Num ſicut ex uino, aqua, melle, una fit potio, & ſingula per totum ſunt, & tamen tria ſunt, nulla enim pars eſt potionis, quæ non habeat hæc tria: non enim iuncta, uelut ſi aqua & oleum eſſent, ſed omnino commixta ſunt, & ſubſtantiæ ſunt omnes, & totus ille liquor, una quædam eſt, ex tribus confecta ſubſtantia. Tale aliquid arbitrandum eſt eſſe ſimul hæc tria: mentem, amorem, notitiam, ſed non unius ſubſtantiæ ſunt aqua, uinum & mel, quamuis ex eorum commixtione fiat una ſubſtantia potionis.

Li. de trinit. 15. ca. 19. Sicut corpus carnis nihil eſt aliud ꝙ caro: Sic donum ſpiritus S. nihil eſt quàm ſpiritus ſanctus. Corpus carnis.

Li. de ſpiritu & lite. Neq; qui laudat beneficiũ medicinæ, prodeſſe morbos dicit & uulnera, à quibus illa hominem ſanat: ſed quantò maioribus medicina laudibus prædicatur, tanto magis uituperantur & horrentur uulnera, & morbi à quibus liberat, quæ ita laudatur: Sic & laus & prædicatio gratiæ, uituperatio & damnatio eſt delictorum. Donum ſpiritus S. Laus & præconiũ gratiæ.

Libro meditationum capite 55. Diſcernis hoc rectum & iuſtum eſſe domine Deus, ut huius ſeculi, noctis & tenebrarum, præſtantiori deſiderio, uirtute atque ſtudio, diligant, & quærant perituras diuitias, & fugitiuos honores, quàm nos ſerui tui diligamus te Deum noſtrum, per quẽ facti & redempti ſumus. Si enim homo hominem tanta dilegit dilectione, ut alter alterum uix patiatur abeſſe. Si ſponſa ſponſo tanto conglutinatur mentis ardore, ut præ magnitudine amoris, nulla perfrui ualeat requie, chari ſui abſentiam, non ſine magno mœrore ferens. Qua ergo dilectione, & quo ſtudio, quo feruore, anima quam deſponſaſti tibi fide & miſerationibus, debet diligere te uerũ Deum, & pulcherrimũ ſpõſum, qui nos ſic amaſti et ſaluaſti, qui pro nobis tot & talia feciſti? Amor tuus ſuauis & quietus eſt. Nã pectora quæ poßides, dulcedine, & ſuauitate, & tranquillitate reples. Econtrà amor ſeculi, & carnis, anxius eſt et perturbatus, animas certe quas ingreditur, quietas eſſe non patitur. Semper enim ſuſpitionibus uarijſq; timoribus ſolicitat eas. Præpoſterus amor. Arctißima neceßitudo Sponſus. Sponſa. Amor dei & ſeculi.

De conuenientia x. præceptor. & x. plagarum cap. 2. Quæ eſt iſta ſecunda plaga Ranæ in abundantia? In ranis hæretici intelliguntur atque philoſophi. Habes congruenter ſi-

Philoſophi ter ſignatam philoſophorum uel hæreticorum prauitatem,ſi conſideres ranarum loquacitatem. Ranæ ſunt clamantes in paludibus limoſis per ſuperbiam,et inanes contentiones,ſtrẽpitum uocum habere poſſunt,doctrinam ueræ ſapientiæ nõ poſſunt inſinuare. Qui enim Chriſtianæ ueritati contradicunt, & in ſua uanitate decepti, ranæ ſunt tædium afferentes auribus,non cibos mentibus.

De rectitudine catholicæ conuerſationis. Sicut nullum in uulnere ualet medicamẽtum,ſi ſit intus ferrum: Ita nihil proficit illius oratio in cuius pectore mortiferũ uerſatur odiũ.

Medicamẽtum. Oratio.

Lib. de honeſtate mulierum cap. 5. Quomodo ſi aliquis carbones apprehenderit,ſi cito eos proiecerit,nihil ei nocebunt: ſi uero diutius tenere uoluerit, ſine uulnere abire non poterit: Ita & qui ad concupiſcendum, oculorum defixerit intuitum,& libidinis malum in corde ſuſcipiens, morari in corde ſuo permiſerit, excutere à ſe ſine animæ plaga non poterit. Ideo iugiter clamemus cum Propheta: Oculi mei ſemper ad dominum.

Carbones apprehendens. Impudicus aſpectus uitãdus.

Libro de ſalutaribus documentis cap. 34. Ne quæſo permittamus in nobis cogitationes prauas, ne tanquam minima negligamus,quia qui minima ſpernit,paulatim defluit. Non ſpernamus morſum ſerpentis,ne uenenum eius aſpergatur in corda noſtra,quia quamuis uenenum uita ſit ſerpentis,tamẽ mors eſt hominis. Abſcindamus uirgulta ſpinarum de agro cordis noſtri,ne defigant in nobis altas radices. Cor noſtrum ager eſt domini Ieſu CHRISTI: excolamus eum cœleſtibus diſciplinis,& non ſinamus in agro tanti imperatoris ſeminari zizania: ſed cunctis floribus uirtutum decoremus,quia his delectatur.

Cogitationes prauæ. Morſus ſerpentis. Cor. Ager chriſti.

De ago-

De agone Chriſtiano. ca. 18. Neſciũt enim quo modo ſubſtantia dei adminiſtrans uniuerſam creaturã, inquinari omnino nõ poßit. Et tamẽ prædicant iſtũ uiſibilem ſolem, radios ſuos & per omnes feces, & ſordes corporum ſpargere, & eos mundos & ſynceros ubiq; ſeruare. Si ergo uiſibilia mũda uiſibilibus mundis contingi poſſunt, & non inquinari: quãtò magis inuiſibilis & incõtaminabilis ueritas, per ſpiritum animã, per animã corpus ſuſcipiens, toto homine aßumpto, ab omnibus cum infirmitatibus nulla ſui contaminatione liberauit? Solis radij Inuiſibilis & incontaminabilis.

De præſentia Dei ad Dardanum ca. 8. Sicut autẽ nec ab illo abeſt, in quo non habitat, & totus adeſt, quamuis eum ille non habeat: Ita & illi in quo habitat, totus eſt præſens, q̃uis cũ non ex toto capiat. Neq; enim ad habitandũ diuidit ſe per hominũ corda ſeu corpora, aliã ſui partem huic tribuens, illi aliam: ſicut lux iſta per aditus & feneſtras domorum, ſed potius ſi quemlibet ſonum, quũ corporea res ſit, ac tranſitoria, ſurdus non capit, ſurdaſter nõ tantum capit, atq; in iis qui audiunt, quum pariter ei appropinquent, tantò magis alius alio capit, quantò eſt acutioris, tantò aũt minus, quanto eſt obtuſioris auditus, quũ ille nõ uariè magis minúſue inſonet, ſed in eo loco, in quo ſunt, omnibus æqualiter præſto ſit: Quantò excellentius Deus natura incorporea, & immutabiliter uiua, qui non ſicut ſonus, per moras temporum tendi & diuidi poteſt, nec ſpacio aërio tãquam loco ſuo indiget, ubi præſentib. præſto ſit: Sed æterna ſtabilitate in ſeipſo manẽs, totus adeſſe rebus omnibus poteſt, & ſingulis totus, q̃uis in quibus habitat, habeãt cũ pro ſua capacitatis diuerſitate, alij amplius, alij minus, quos ipſe ſibi dilectißimum templum ædificauit. Lux. Sonus. Surdus. Surdaſter. Præſentia Dei.

Libro quæſtionũ ueteris & noui teſtamenti quæſtio. 59. Sordes.

Sordes. Aqua. Spiritus. Peccata.

Sicut ſordes corporeas aqua, ita ſpiritus animam abluit à peccatis. Et mox ibidem. An ergo dominus ad Nicodemũ ſuadendo illi: Spiritus ubi uult ſpirat, & uocem eius audis, ſed neſcis unde uenit, aut quò uadat: Sic eſt omnis qui renaſcitur ex aqua & ſpiritu ſancto: ut quomodo uox aduenientis ſpiritus, id eſt, uenti auditur quidem, non autẽ uidetur, ſicut dictum eſt: Sic & ratio baptiſmi. Auditur quod dicatur, tamẽ quomodo per ſpiritũ fit, non uidetur: auditur tamẽ, cum quid futurum eſt, ab eo qui uerba inſinuat, prædicatur, ut fieri credatur, quod auditur, non tamen ratio facti reddatur.

Regeneratio. Lucis nitor

De uera innocentia cap.324. Regenerationis gratiam ita etiam ij minuunt, qui eius dona non ſeruant, ſicut lucis nitorem loca immunda non poſſunt.

Solis & lucernæ lux. Baptiſmus

Lib.5. contra Donatiſtas de baptiſmo cap.10. An uerò ſolis, uel etiam lucernæ lux, quum per cœnoſa diffunditur, nihil inde ſordium contrahit, & baptiſmus CHRISTI *poteſt cuiuſquam ſceleribus inquinari?*

Paradyſi aqua. Beatitudo. Baptiſmus

Lib.4. de baptiſ. contra Donatiſt. ca.1. Ita fit, ut quum paradyſi aqua ſit extra paradyſum, beatitudo tamen non ſit niſi intra paradyſum: Sic ergo baptiſmus Eccleſiæ poteſt eſſe extra Eccleſiam: munus autem bonæ uitæ, & beatæ non niſi intra Eccleſiam reperitur.

Abraham Circũciſio. Cornelius. Iſaac.

Cap.24. Sicut ergo in Abraham præceſſit fidei iuſtitia, & acceſſit circunciſio, ſignaculum iuſtitiæ fidei: Ita in Cornelio præceſſit ſanctificatio ſpiritalis in domo ſpiritus S. & acceſſit ſacramentum regenerationis in lauacro baptiſmi. Et ſicut in Iſaac qui octauo ſuæ natiuitatis die circunciſus eſt, præceſſit ſignaculum fidei iuſtitiæ. Et quoniam patris fidem imitatus eſt, ſequuta eſt in creſcente ipſa iuſtitia: Ita & in ba-

ptiſa-

ptiſatis infantibus præcedit regenerationis ſacramētum, & ſi Chriſtianam tenuerint pietatem, ſequitur etiam in corde cōuerſo, cuius myſterium præceßit in corpore.

Baptiſati infantes.
Regenerationis ſacramentum.

Lib. de gratia noui teſtamenti. Quemadmodum in ipſis corporibus quæ inferiora ſunt, ſicut terra & aqua, & ipſe aër, meliora fiunt participatione melioris, id eſt, quum luce illuminantur, & feruore uegetantur: Sic incorporeæ naturæ rationalis ipſius creatoris fiunt participatione meliores, quū ei cohærent puriſſima & ſanctiſſima claritate.

Participatio melioris.
Incorporeæ naturæ.

Spiritus ſanctus eſt patris & filij amor & connexio, ad ipſum pertinet ſocietas, qua efficimur unum corpus unici filij Dei. Sicut enim unum corpus hominis multis conſtat membris, & uegetat omnia membra una anima, faciens in oculo ut uideat, in aure ut audiat, & ſic in cæteris: Ita Sanctus membra corporis CHRISTI, quod eſt Eccleſia continet & uegetat. Et ſicut humani corporis membrum præciſum formam quidem qua membrum ſit cognoſcitur, retinet, ſed nequaquam Spiritus ſequitur, quo præter unitatem corporis uiuat: Sic quicunque à prædictæ pacis unitate diuiſus eſt, ſacramentum quidem tanquam formam retinet, ſed ſpiritu præter unitatem non uiuit. Fruſtra ergo foris de forma gloriantur, niſi intus ſpiritu uegetentur.

Spiritus S.
Corpus.
Membra.
Anima.
Eccleſia.
Schiſmatici
Sacramentū forma.

DE Baptiſmo.

Eſt unitas Eccleſiæ quæ late patet in ſacramentorum omnium ſocietate & communione, quæ complectitur cum granis etiam paleas, quando eas corporaliter mixtas ita patitur, ut neque illas iuſte uitent, neque ab illis iuſti uitentur: Sic ſunt in Eccleſia homines mali, ut in corpore humano humores mali, qui interdum exeunt ex corpore.

Vnitas Eccleſiæ.
Grana.
Paleæ.
Homines mali.
Humores noxij.

Oculus. De natura & gratia cap.18. Sicut enim oculus corporis
candor lucis. etiam pleniſſimc ſanus, niſi cũ candore lucis adiutus, nõ poteſt cernere: Sic homo etiam perfectiſſime iuſtificatus, niſi æterna luce iuſtitiæ diuinitus adiuuetur, recte non poteſt uinci.

Serpens. Ad Iulian. comitem de perfecta iuſtit. Quemadmodum ſerpentis quoddam genus cum it ad bibendũ, priusq̃ ad fon
Precatio. tẽ uenit, omne uenenũ euomit: Ita Chriſtianus cũ ad orãdum
Iracundia accedit, omnem iracundiam & odium proximi deponat.

Ignis. Lib.1. ad Simplicia. quæſt.2. Non cum ferueat calefacit ignis, ſed quoniam feruet. Nec ideo bene currit ut rotũda ſit, ſed quia rotunda: Sic nemo propterea bene operatur ut ac-
Gratia accepta. cipiat gratiam, ſed quia accepit.

Spiritus S. De ſpiritu & litera ad Marcellinum cap.4. Sed ubi ſan
Charitas. ctus non adiuuat ſpiritus, inſpirans pro concupiſcentia mala concupiſcentiam bonã, hoc eſt, charitatem diffundens in cor
Aquæ impetus. dibus noſtris, profecto illa lux quamuis bona, auget prohibẽ do deſiderium malum. Sicut aquæ impetus ſi in eam par-
Obex. tem non ceſſet influere, uehementior fit obice oppoſito, cuius molem cum euicerit, maiore cumulo præcipitatus, uiolentius per prona peruoluitur.

capite 28. Sicut non impediũt à uita æterna iuſtum quæ
Venialia peccata. dam peccata uenialia, ſine quibus hæc uita nõ ducitur: Sic ad ſalutem æternã nihil proſunt impio aliqua bona opera, ſine
Impius. quibus difficilime uita cuiuslibet peſſimi hominis inuenitur.
Bona opera. Verũtamen ſicut in regno Dei uelut ſtella ab ſtella in gloria
Stella. differunt ſancti: Sic & in damnatione pœnæ ſempiternæ to
Gehẽnæ filij. lerabilius erit Sodomæ, quam alteri ciuitati, & erunt quidã duplo amplius quibuſdam gehennæ filij.

In prol. lib. de fide ad Petrum. Tale quippe eſt, ut ſine ue

ra fide quiſq; uelit deo per conte͂ptum ſeculi placere, quale ſi quiſquam tendens ad patriam, in qua ſe ſcit beate eſſe uictu rum, relinquat itineris rectitudinem, & improuidus ſectetur errorem, quo no͂ ad beatam ciuitatem perueniat, ſed in præcipitium cadat, ubi non gaudium peruenienti datur, ſed cadenti interitus inferatur. Vera fides Patria. Rectũ iter Error.

In regula Clericorum. Si enim frater tuus uulnus habeat in corpore quod uult occultari, cum timet ſecari, nónne crudeliter à te ſileretur, ac miſericorditer indicaretur? Qua͂to ergo potius debes manifeſtare crimen, ne deterius putreſcat in corde. Vulnus. Manifeſta͂dum crime͂

Ad Eremitas in ſermone de prudentia. Prudentia te docet, ut in cu͂ctis ſemper idem ſis tam in proſperis, quàm in aduerſis. Sicut manus quæ eadem eſt, & quum in palmam extenditur, & in pugnam reſtringitur. Prudentia Manus.

Li. medit. ca. 22. Scripturarum ſanctarum amœna prata ingredior, uiridiſsimas ſententiaru͂ herbas exarando carpo, legendo comedo, frequentando rumino, atq; congrega͂do tande͂, in alta memoriæ ſede repono, ut tali modo dei dulcedine guſtata, minus iſtius miſerrimæ amaritudinis ſentiam. Amœna ſcripturarum ſanctarum prata. Dulcedo Amaritudo.

In Ioannem tractatu 5. Si ſuperbus fuerit miniſter, cum diabolo computatur, ſed non contaminatur donum CHRISTI: quod per illum fluit, purum eſt, quod per illum tranſit, liquidum eſt, uenit ad fertilem terra͂, puta quia ipſe lapideus eſt, quia ex aqua fructu͂ ferre no͂ poteſt, per lapideum canale͂ tranſit aqua ad areolas, in canali lapideo nihil generans, ſed tamen hortis plurimum fructum affert. Spiritualis enim uirtus ſacramenti ita eſt, ut lux & ab illuminandis pura excipitur, & ſi per immundos tranſeat, non inquinatur. Superbus miniſter. Lapideus canalis. Lux.

gligantur,occidũt,minutæ ſunt guttæ,quæ flumina implent, minuta ſunt grana arenæ,ſed ſi multa arena imponatur, premit & opprimit. Hoc facit ſentina neglecta, quod facit fluctus irruens. Paulatim per ſentinam intrat,ſed diu intrando, & non exhauriendo,mergit nauim. Quid eſt autem exhaurire,niſi bonis operibus agere, ut non obruant peccata, gemendo,ieiunando,tribuendo, ignoſcendo? Minuta peccata. Guttæ. Grana. Sentina. Fluctus. Bona opera.

DE uerbis domini ſecundum Ioannem Sermo. 58.

Veluti ſi quis noſtrum aut purpuram, aut regale diadema iacens inueniat, nunquid ea conabitur adorare? Quum uerò ea rex fuerit indutus, periculum mortis incurrit, ſi ea ſimul cum rege adorare contempſerit: Ita etiam in CHRISTO domino humanitatem non ſolam aut nudam, ſed diuinitati ſuæ unitã unũ Dei filium, Deũ uerũ, & hominem uerũ qui adorare contempſerit, æternæ mortis pœnam patietur. Purpura. Diadema. Adoranda Chriſti humanitas.

Ser.59. Curemur fratres. Si nec medicũ agnoſcimus,non in eum tanq̃ phrenetici ſæuiamus, non ab eo tanq̃ lætargici auertamur. Multi ſæuiendo,multi dormiẽdo perierũt: phrenetici ſunt qui non dormiendo inſaniunt: lætargici ſunt, qui multum dormiendo premũtur. Prorſus tales ſunt homines læ targici ſimiles ſunt,qui nõ ſæuiũt in Chriſtum, nec malicia ſi ſunt aduerſus Chriſtianos, ſed tãtum differẽdo,langueſcunt uerbis ſomnolẽtis in lucẽ oculos extẽdere pigreſcunt,et q eos excitare uolunt, moleſti ſunt. Recede à me ait lætargicus. Quare? Dormire uolo. ſed ille:morieris inde. Ille amore ſomni,mori uolo,reſpondet. Et charitas deſuper: Nolo. Plerumque iſtum charitatis affectum exhibet etiam filius ſeni patri morituro,poſt dies paucos, iam utique ætate finita, ſi lætargicũ uidet, & lætargico morbo premi ſuum patrem medico

bulare nec aliquid agere, ſed ſicut cũ uidemus infirmũ, iacentẽ, indigum opis alienæ, tamẽ modo intelligere poßit cũ, qui ſibi loqueretur, & diceret ei: Ecce ſicut me uides ambulantem, operantem, loquentem, poſt paucos annos, talis eris: attendens ſe & illum, quàmuis quod promitteretur uideret, tamen ſuam conſiderans infirmitatem, non crederet, & uideret tamen quod promittebatur. Nobis autem tanquàm infantibus in hac carne atque infirmitate iacentibus, & magnum eſt quod promittitur, & nõ uidetur, & erigitur fides qua credimus, quod non uidemus, ut mereamur uidere, quod credimus. Promiſſa. Fides.

Pone hic hominem uiuentem ſaluum, nullas pecunias patientem, ſi donaret quiſquàm, ut ſemper ſic eſſet, & hoc bonum non deſineret: quantum gauderet, quantum extolleretur, quomodo ſe non caperet lætitia ſine pœna, ſine cruciatu, ſine fine uitæ? Si hoc nobis ſolum promitteret, quod dixi modo, quibus potui uerbis deſcripſi & commendaui, quanti erat emendum, ſi uenale eſſet, quantum dandum erat ut emeretur? Sufficeret quicquid haberes, etiamſi totum mundum poßideres? Et tamen uenale eſt, eme ſi uis. Tantũ ualet, quantum habes. Ad aliquid ergo magnũ et pretioſum cõpares aurum, uel argẽtum, uel pecuniã, uel fructus aliquos pecorũ uel frugũ, quæ in tua poſſeßione naſcentur, ut emeres neſcio quid hoc magnum & præclarum quæ uiueres in hac terra felix. Et hoc eme ſi uis. Noli quærere quid habeas, ſed qualis ſis. Res iſta te ualet, quantum es tu. Te da, & habes eam. Si malus es, dando te illi, bonus eris. Viuens ſaluus. Felix.

De uerbis domini in Euangelio ſecundum Matthæum ſermone 9. Secari & uri ſe homines patiuntur: ut dolores non æterni, ſed aliquantò diuturnioris ulceris acriorum dolorum Sectio. Vſtio.

 precio

precio redimantur: in languida & incerta uacationis breuiſſimæ atque ultimæ uita. Immaniſſimis bellis miles atteritur: pluribus fortaſſe annis in laboribus inquietus, quàm in ocio quieturus. Quibus tempeſtatibus & procellis: quàm horribili & tremendæ ſæuitiæ cœli & maris importuni ſunt mercatores, ut diuitias uentoſas acquirant, maioribus, quàm quibus acquiſituri ſunt periculis & tempeſtatibus plenas? Quos æſtus: quæ frigora: quæ pericula ab equis, à foſſis, à præcipitijs, à fluminibus, à feris perferunt uenatores? quem laborem eſuriendi & ſitiendi: quantas uiliſſimi & ſordidiſſimi cibi & potus anguſtias, ut beſtiam capiant: & interdum nec ipſius beſtiæ carnes propter quam hæc tantas ſuſtinent epulis neceſſarias. Quanquàm & ſi aper ceruusq; capiatur: magis ſuaue ſit uenantis animo, quia captus eſt: quàm comedentis palato quia coctus eſt. Quantis cruciatibus prope quotidianarum plagarum tenera puerorum ætas ſubditur? Quantis etiam ſcholis uigiliarum, & abſtinentiæ moleſtijs exercentur: non propter diſcendam ſapientiam: ſed propter opes honoreſque uanitatis: ut numeros, & literas, & diſertas fallacias eloqui diſcant? Sed in his omnibus qui hæc non amant: eadem grauia patiuntur. Qui uerò amant, eadem quidem, ſed non grauia pati uidentur. Omnia enim ſæua & immania, prorſus facilia, & prope nulla efficit amor. Quantò ergo certius ac facilius ad ueram beatitudinem charitas facit: quod ad miſeriam quantum potuit cupiditas fecit? Quàm facile toleratur quælibet aduerſitas temporalis: ut æterna pœna uitetur: æterna requies comparetur? Non immerito ille uas electionis cum

Miles. Mercatores. venatores. Tenera puerorum ætas. Charitas. Cupiditas.

ingenti lætitia dixit: Non ſunt condignæ paßiones huius temporis, ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Ecce unde illud: Iugum ſuaue eſt: & ſarcina leuis. Et ſi anguſta eſt paucis eligentibus, facilis tamen omnibus diligentibus. Dicit Pſalmiſta: Propter uerba labiorum tuorum, ego cuſtodiui uias duras. Sed quæ dura ſunt laboranti bus: eiſdem ipſis miteſcunt amantibus.

Sermone 14. Quando poſſumus de diuinis opibus quæ leguntur, intellectum alicuius myſticæ ſignificationis exculpere, quaſi de abſtruſis fauorum mellis, mella producimus, uel CHRISTI diſcipulos imitantes, ſpicas manibus confricamus, ut ad latentia grana proueniamus, & in eis uitam inueniamus. Diuinæ opes. Abſtruſa. Spicæ.

Nauicula, id eſt, eccleſia, turbatur fluctibus in profundo: ſed quia CHRISTVS erat in monte, non poteſt mergi, turbulentum mare hoc ſeculum cogitate. Vnda aſcendit ſuper nauiculam, cum perſecutio uenit. Sed in his tentationibus erigantur antennæ, id eſt, crux CHRISTI, ſimplex conuerſatio & pura confeßio, tanquàm candentia uela religentur. Et hæc uela noſtra fluctibus abluantur, ueſtisq́; tendatur, ut ſine macula & ruga inueniatur. Quantumlibet mare ſæuiat, uentus incumbat, inter fluctus & fluctus nauis iſta turbetur: tantum non mergatur & curret. Denique poſtquàm nauis hæc ædificata eſt, in Ieruſalem atque inde in medio pelagi huius fermentis emiſſa eſt, æſtuantium uolui undarum, & furentium flabra uentorum, dum eam huc atque illuc circum ferunt, omnium gentium litoribus appulerunt, peregrinas merces, quaſcunque inuenit, aduexit. Quid enim tam peregrinum in terra noſtra, quàm per pœnitentiam, remißio pecca- Nauicula. Eccleſia. Mare. pœnitẽtia.

peccatorum & cœlorum regnum?

Sermone 16. Quando laborat cum gaudio operarius in agro? Quando attendit in arborem, & fructum uidet, quando attendit ſegetem, & fructuare proſpicit ubertatem, non ſine cauſa laborauit, non ſine cauſa dorſum incuruauit, non ſine cauſa manus attriuit, frigus & æſtus tolerauit, hoc eſt quod ait Apoſtolus, ut cum gaudio hoc faciant, non cum triſtitia. Non enim expedit uobis, ſed illis, ſi cum triſtitia faciunt. Simul ergo in agro dominico operemur bonum, ut ſimul deinde gaudeamus.

Operarius

Ager dominicus.

Sermone 17. Quum ſic ametur iſta ærumnoſa uita, quàm ſit amanda æterna uita? Amas iſtam uitam ubi laboras, curris, ſatagis, anhelas, & uix enumerantur quæ neceſſaria ſunt in miſera uita. Seminare, arare, nouellare, nauigare, molere, coquere, texere, & poſt hæc omnia finire habes uitam. Ecce quæ pateris in miſera iſta, quam diligis, uita, & putas te ſemper uicturum, & nunquàm moriturum? Templa, ſaxa, marmora ferro plumboq́; conſolidata, tamen cadunt, et homo nunquã putat ſe moriturum: dies mali hic ſunt. Non ſunt dies mali, quos agimus, in corruptela huius carnis in tanta uel ſub tanta ſarcina corruptibilis corporis, inter tantas tentationes, inter tantas difficultates, ubi falſa uoluptas, nulla ſecuritas gaudij, timor torquẽs, cupiditas auida, triſtitia arida? Ecce quàm malos dies, & nemo uult finire dies malos, multumq́; rogant hinc Deum homines ut uiuant. Quid eſt autem diu uiuere, niſi diu torqueri? Quid eſt aliud diu uiuere, niſi quàm malos dies, malis diebus addere? Et cum creſcunt pueri, quaſi accedunt illis dies, & neſciunt quia minuuntur, & ipſa eſt falſa computatio. Creſcentibus enim decedunt dies potius, quàm acce-

Aerumnoſa uita.

Miſeria uitæ humanæ.

Dies mali & boni.

accedunt. Conſtitue alicui homini nato, uerbi gratia 80. annos, quicquid uiuit, de ſumma minuit. Et inepti homines gratulantur plurimis natalitijs, tam ſuis quàm filiorum ſuorum. O uirum prudentem, ſi tibi uinum minuatur in utre, triſtaris: dies perdis & gaudes? Mali ergo ſunt dies, & eo peiores, quia diliguntur. Sic blanditur hic mundus, ut nemo uelit finire ærumnoſam uitam: uita bona, non eſt niſi beata. Vita beata eſſe non poteſt, niſi æterna, ubi ſunt dies boni, non multi, ſed unus. Natalitia. Ironia. Iactura temporis. Vita beata

In Ioannem tractatu 18. Cum ſcribimus literas, facit eas primo cor noſtrum, deinde manus noſtræ, literæ fiunt primo à corde, deinde à corpore noſtro. Manus ſeruit imperanti cordi, eaſdem literas facit & cor & manus. Nunquid aliâs cor, aliâs manus? Nam aliud eſt manus, aliud cor. Eadem quidem facit manus, ſed non ſimiliter. Cor enim facit eas intelligi inuiſibiliter, manus autem uiſibiliter. Ecce quomodo fiunt eadem & diſsimiliter: Sic pater facit quæ filius ſimiliter. Literæ. Cor. Manus.

Tractatu 20. Attende candorem lucis, in cœlo eſt, & expandit candorem per terras omnes, per maria omnia, & utique corporalis lux eſt. Si ſeparas candorem ſolis à ſole, ſepara uerbum à patre. De ſole loquor, lucernæ una flammula tenuis, quæ uno flatu poſsit extingui, ſpargit lucem ſuam ſuper cuncta quæ ſubiacent, uides lucem ſparſam à flammula generatam, emiſsionem uides, ſeparationem non uides. Intelligite fratres ſic trinitatem, patrem, filium, ſpiritum ſanctũ, ſibi cohærere, & omnia opera unius Dei eſſe: hæc eſſe patris, hæc filij, hæc eſſe ſpirituſſancti. Candor ſolis. Lux. Lucerna. Trinitas.

Caput omnium morborum ſuperbia, quia caput omnium peccatorum ſuperbia. Caput oĩm peccatorũ ſuperbia.

Medicus. Tractatu 28. Medicus quando ægritudinem diſcutit, ſi curet quod per aliquam cauſam factum eſt, et ipſam cauſam, per quam factum eſt non curet, ad tempus uidetur mederi. Cauſa morbi curãda. Cauſa manente, morbus repetitur. Verbi cauſa, apertius hoc dicam. Humor in corpore ſcabiem uel ulcera gignit in corpore, fit magna febris, & non paruus dolor. Exhibentur quædam medicamenta, quæ ſcabiem compeſcant, & feruorem illum ulceris ſedent, & adhibentur & proficiunt. Vides hominem qui fuit ulceroſus & ſcabioſus ſanatum: ſed quia humor ille non eiectus eſt, rurſum ad ulcus redit. Cognoſcens hoc medicus, purgat humorem, detrahit cauſam, & nulla erunt ulcera. Vnde ergo abundat iniquitas? Per ſuperbiam. Cura ſuperbiam, & nulla erit iniquitas. Vt ergo cauſa omnium morborum curaretur, id eſt, ſuperbia, deſcendit, & homo factus eſt filius Dei.

Vlceroſus. Scabioſus.

In Euangeliũ Ioannis cap. 8. tracta. 41. Quomodo odit medicus ægritudinem ægroti, & id agit curando, ut ægritudo pellatur, æger leuetur: Sic Deus, gratia ſua hoc in nobis agit, ut peccatum conſumatur, homo liberetur.

Medicus. Aegritudo

In Euangelium ſecundum Ioan. tracta. 46. Inde ergo lædit, unde mala facit, non unde bona dicit. Qui malefacit, non prædicat de cathedra CHRISTI, inde lædit unde malefacit, non unde benedicit. Botrum carpe, ſpinam caue. Nunquid colligunt de ſpinis uuam, aut de tribulis ficus, botrum carpe, ſpinam caue, quia botrus aliquando de radice uitis exortus pendet in ſepe, creſcit palmes, inſeritur ſpinis, & portat fructum ſpinam non ſuum. Non enim ſpinam uitis attulit, ſed ſpinis palmes incubuit. Noli interrogare niſi radices. Quære radicem ſpinæ, extra inuenies à uite. Quære originem

uuæ, uitis hanc protulit ex radice. Cathedra ergo Moyſi uitis erat, phariſæorum mores, ſpinæ erant. Doctrina uerò per malos, palmes in ſepe. Botrum inter ſpinas caute lege, ne dum quæris fructum, laceres manum. Et cum audis bona dicentem, ne imiteris mala facientem. Quæ dicunt, facite: legite uuas: quæ autem faciunt, facere nolite, cauete ſpinas. Cathedra Moyſi. Botrus. Spina.

Sicut ut ſit ſpecies uiſibilis panis, multa grana in unum conſperguntur, tanquàm fiat illud, quod de fidelibus ait ſcriptura: Erat illis anima & cor unum in Deum: Sic & de uino fratres recolite unde ſit uinum: grana multa pendent ad botrum, ſed liquor granorum confunditur: Ita dominus IESVS CHRISTVS nos ſignificauit, nos ad ſe pertinere uoluit, myſterium pacis & unitatis noſtræ in ſua menſa conſecrauit. Panis. Grana. Vinum. Menſa domini.

Quemadmodum ex multis granis unus conficitur panis, & ex racemis multis unus calix exprimitur: Sic ex multis fidelibus unum corpus myſticum integratur. Enimuero ſicut ex multis membris & partibus unumquodque corpus conſiſtit: Ita eccleſiæ unitas ex diuerſis perſonis conficitur, uidelicet ex præſcitis, prædeſtinatis, uocatis, iuſtificatis, & glorificatis. Quos enim præſciuit Deus, hos & prædeſtinauit, &c. Grana. Racemi. Calix. Corpus myſticum. Eccleſiæ unitas.

Libro 5. de baptiſmo. Sicut enim Iudas cui buccellam tradidit dominus, non malum accipiendo, ſed male accipiendo locum in ſe diabolo præbuit: Sic indigne quiſq; ſumẽs dominicum ſacramentum, non efficit ut quia ipſe malus eſt, malum ſit, aut quia non ad ſalutem accipit, nihil acceperit. Corpus enim domini & ſanguis domini nihilominus erat illis quibus dicebat Apoſtolus: Qui enim manducabit indigne, iudicium ſibi manducat & bibit. Iudæ buccella. Dominicũ ſacramentum. Veritas corporis et ſanguinis dominici.

Libro

Hypocritæ Simulatores. Perſonæ.

Lib. 2. de ſermone domini in monte. Sunt autem hypocritæ ſimulatores, tanquàm prænunciatores alienarum perſonarum: ſicut in theatricis fabulis: Non enim quæ agit partes Agamemnonis in tragœdia (uerbi gratia) ſiue alicuius alterius ad hiſtoriam, uel fabulam quæ agitur, pertinentis, uerè ipſe eſt, ſed ſimulat eum, & hypocrita dicitur: Sic in eccleſijs, uel in omni uita humana, quiſquis ſe uult quod eſt, non eſſe, hypocrita dicitur. Simulat enim iuſtum ſe, & non exhibet, qui totum fructum in laude hominum ponit.

Libro quæſtionum ueteris & noui teſtamenti, quæſt. 120.

Speculū ſordidum.

Quum enim anima ab eſu, & potu nimio fuerit liberata, tunc ſe melius cognoſcit. Sicut enim in ſpeculo ſordido non ſe talem homo aſpicit, qualis eſt: Ita & eſca, & crapula ſi fuerit grauatus, alterum ſe ſentit, quàm eſt.

Equi. Frena. Orationes Aurigæ.

De ſalutaribus documentis cap. 35. Sicut enim equis frena ſunt imponenda: Ita corpora noſtra ieiunijs, uigilijs, & orationibus, ſunt infrenanda. Nam quemadmodum aurigæ ſi frena laxauerint, per præcipitia ducuntur: Ita & anima noſtra cum ipſo corpore, ſi ei frenum non impoſueris, ad inferni præcipitia dilabitur.

Serpens æneus.

In Ioan. Fratres ut à peccato ſanemur, CHRISTVM crucifixū intueamur. Quomodo qui intuebantur ſerpentem æneū in deſerto, non peribāt morſibus ſerpentū: Sic qui intuētur fide CHRISTI mortem, ſanantur morſibus peccatorū.

Verbi Dei auditor. Animalia ruminātia.

De uera innocentia cap. 193. Verbi Dei auditor ſimilis eſſe debet animalibus quæ ab hoc quòd ruminant munda eſſe dicuntur, & non pigeat cogitare quæ in aluo cordis accipit, & cum audit ſit ſimilis edenti, cum audita in memoriam reuocat, ſit ſimilis ruminanti.

De

De ſcala paradyſi cap.10. Quid prodeſt lectione continua tempus occupare, ſanctorum geſta & ſcripta legendo tranſcurrere, niſi ea maſticando & ruminando ſuccum bibamus, & tranſglutiendo uſque ad cordis intima tranſmittamus, ut ex ijs diligenter conſideremus ſtatum noſtrum, & ſtudeamus eorum opera agere, quorum facta & uerba cœpimus lectitare? Sanctorum geſta & ſcripta.

Sermone 4. de tempore. Denique infelices Iudæi, & plus infelices hæretici, dum ſolum literæ aſpiciunt ſonum, quaſi corpus ſine anima: Ita ſine uiuificante ſpiritu mortui remanſerunt. Iudæi. Hæretici. Corpus. Anima.

Homi.15.de 50.populari. Cōſiderate et uidete quomodo quid fiat in nobis carnaliter, quando ſanū eſt caput, quomodo congaudent omnia mēbra, et placent ſibi de ſingulis illis membra cætera. Econtrario autem, quando patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra. Ecce ſpinam calcat pes, quid tam longe ab oculis, q̄ pes longe eſt è loco, proximus charitatis affectu. Modicum pungit ſpina, perparuum locum tenet in pede, uide quomodo illuc conuertuntur omnia membra. Primo ipſa ſpina dorſi incuruat ſe, & deponunt ſe omnia membra. Nunquid oculi ceſſant quærere? Nunquid aures ceſſant audire? forte alij qui uident ubi ſit, dicunt: ecce ibi eſt, ſtatim hoc audiunt aures, & ſequuntur conſilium, ibi & oculi quærunt, & manus operantur, & ut dixi, totum corpus illuc incuruatur, & nihil uacat in homine ad ſubueniendum. Et ſolum in pede factum eſt uulnus, & totum quod eſt in homine, operatur. Sana ſunt omnia membra, pes dolet, & omnia ſimul. Caput. Membra. Spina. Mutua beneuolentia.

Li.2.de ſermo.domini in mon. Seminant triticū, et ſpinas Triticum.

metũt qui bona præcipiũt, & mala faciunt. Nõ ergo q eos au
Spinæ. diebãt, et faciebant, quæ ab eis dicebãtur, de ſpinis legebant
Vitis. uuas, ſed per ſpinas de uite legebant uuas, tanq̃ ſi manum ali
quis per ſepẽ mittat, ut certe de uite quæ ſepi fuerit inuoluta
uuam legat, non ſpinarum eſt fructus iſte, ſed uitis.

Sampſon. Vulpes capere. In ſermo. de Sampſone. Vulpes capit, ligatis caudis ignem apponit. Caudæ uulpiũ quid ſunt, niſi poſteriora hæreticorum, qui prima habent magna, blanda & deceptoria opera, poſteriora ligata, id eſt, dãnata, & in ignẽ in fine trahentia, ut eorum fructus & acta cõſumant, qui ſuis ſeditionibus acquieſcunt. Quid aliud eſt uulpem capere, niſi hæreticos diuinæ legis autoritate deuincere, et ſanctarũ ſcripturarum teſtimonijs uelut quibuſdam uinculis, alligare atq; conſtringere?

Caudæ. Hæretici.

Opus agricolæ. Sermo. 4. de uerbis Apoſtoli, Nos loquimur.) Opus itaq; agricolæ eſt, ut aquam ducat cum rigat: non autem opus eius eſt, ut aqua per decliuia prolabatur, ſed illius qui omnia in menſura, & numero, & pondere diſpoſuit. Item opus agricolæ eſt, ut ſurculus auellatur ex arbore, terraq́; mandetur: at non opus eius eſt, ut ſuccum imbibat, ut germen emittat: ut aliud eius ſolo figat, quo radicem ſtabiliat: aliud in auras promineat, contra robur nutriat, ramosq́; diffundat, ſed illius qui dat incrementum.

Medicus. Medicus ægro corpori alimentum adhibet, & uulnerato medicamentum. Primum non rebus quas creauit, ſed quas creatas opere creatoris inuenit. Deinde cibum uel potum præparare potuit, & miniſtrare, & emplaſtrum formare, & medicamenta ilico apponere. Num etiam ex his quæ adhibet, operari, et creare uires uel carnem poteſt? Natura id agit interiore motu, nobisq́; occultiſſimo.

Operatio. Omnium tamẽ ſi Deus ſubtrahat operationem intimam qua

cam

cam ſubſtituit, et facit, continuo, tanquàm extincta nulla remanebit. Quapropter cum Deus uniuerſam creaturam ſuam bipertito quodammodo opere prouidentiæ (de quo in ſuperiore libro locuti ſumus) et in naturalibus, & in uoluntarijs motibus adminiſtret, creare naturam, tam nullus angelus poteſt, quàm nec ſeipſum. Hoc autem ſicut uos recordari certus ſum: ſic expoſuimus uobis: quia nos qui forinſecus loquimur ad aures ueſtras, ita ſumus quaſi operarij adhibentes culturam forinſecus ad arborem: Sed incrementum dare non poſſumus: nec fructus formare. Ille autem qui uos creauit & redemit, & uocauit per fidem, & ſpiritum ſuum, habitans in uobis: niſi loquatur uobis intus, ſine cauſa nos perſtrepimus. Vnde hoc apparet? Quia cum multi audiunt, non omnibus perſuadetur, quod dicitur, ſed illis ſolis quibus intus loquitur Deus. Ille autem intus loquitur: qui ei locum præbet. Illi autē Deo locum præbent, qui diabolo locum non præbent. Habitare enim uult diabolus corda hominum, & eloqui ibi omnia quæ ualent ad ſeductionem. Sed quid ait dominus IESVS? Princeps huius mundi miſſus eſt foras. Vnde miſſus eſt? Nunquid extra cœlum & terram? Nunquid extra fabricam mundi? Non. Sed extra corda credentium foras miſſo inuaſore, habitat redemptor, quia ipſe redimit qui creauit. Et diabolus iam forinſecus oppugnat: non uincit illum qui intus poſſidet. Forinſecus autem oppugnat immittendo uarias tentationes. Sed ille non conſentit, cui Deus intus loquitur: & unctio quam audit docet.

Naturales & uoluntarij motus. *Forinſecus loquens ad aures.* *Locū Deo & diabolo præbētes.* *Princeps huius mūdi miſſus foras.* *Vnctio.*

De uerbis Apoſtoli. Sicut enim in oculo cæci in nocte uitium cæcitatis eſt, ſed non apparet, nec diſcernitur inter uidētem & cæcum, niſi luce ueniente: Sic in puero uitium eſſe non

Oculus cæci.

apparet, donec ætatis prouectioris tempus occurrat.

De uerbis domini ſecundum Lucam. ſer. 31. Promiſſorum ſuorũ nobis chirographum fecit, non debẽdo, ſed promittẽdo, debitorẽ ſe fecit Deus. Id eſt, non mutuo accipiendo. Non poſſumus ergo ei dicere: Redde quod accepiſti, quoniã quis prior dedit illi, et retribuetur ei? Nõ poſſumus dicere: Redde quod accepiſti: ſed redde quod promiſiſti. Inde eſt quod audemus dicere: Adueniat regnum tuum. Promiſit patribus, ſed cautionem fecit quam legeremus & nos.

Chirographus. Debitor. Cautio.

De uerbis domini ſecundũ Lucam ſer. 32. Multi auditis, pauci obauditis. Aream uideo, & grana quæro, & uix uidentur grana, quando area trituratur: ſed uenturum eſt ut uentilentur, pauci ergo ſaluantur in comparatione multorum perituorum. Nam & ipſi pauci magnam maſſam facturi ſunt, cum uenerit uentilator ferens uentilabrum in manu ſua, & mundabit aream ſuam, frumenta recondet in horreo, paleam autem comburet igni inextinguibili. Nõ ſubſannet palea granum, hoc uerum loquitur, neminem fallit.

Area. Grana. Ventilabrũ

In epiſtolam ad Galatas cap. 6. Nec omnino ullum medicamentum ſanat, niſi quod oportune adhibueris. Multi poſtea cogitantes quæ audierunt, ipſi ſe grauius & ſeuerius arguerunt, & quamuis perturbatiores à medico uiderentur abſcedere, paulatim uerbi uigore in medullas penetrante, ſanati ſunt: quod non fieret, ſi ſemper expectaremus periclitantem putreſcentibus membris, quando eum liberet aut ſecaret. Quod nec ipſi corporis medici attendunt, qui terrenæ mercedis intuitu curant. Quoties enim quiſque reperitur, qui ferrum eorum aut ignem non ligatus expertus ſit, cum & illi rariores ſint, qui uolentes ligati fuerint: plures enim re-

Medicamẽtum oportune adhibendum.

ſiſtentes

ſiſtentes, & mori ſe malle clamantes, quàm illo curari modo, uix lingua ipſa eorum relicta libera, omnibus membris conſtrinxerunt, neq; ad ſuum, neq; ad reluctantes, ſed ad ipſius artis arbitrium, quorum uocibus conuicijsq; dolentium nec cō mouetur curantis animus, neq; ſecantis manus. Medicinæ autem cœleſtis miniſtri aut per odiorum trabem cernere ſtipulam in oculo fratris, aut tolerabilius mortē uidere peccantis, quaſi uerbum indignantis audire. Quod non ita accidiſſet, ſi tam ſanum animum curando alterius animo adhiberemus, quàm ſanis manibus illi medici aliena membra pertractant. Medicinæ cœleſtis miniſtri.

Sermo. 146. *Vt acceptis muneribus iudices non ita cito proferunt ſententiā, et ſatagūt ſi poſſunt cōcordare partes: ita dominus facit cum ijs quorū munera dantur pauperculis.* Munera. Iudices. Eleemoſynæ.

Vt œconomus non facile eijcit & abſoluit cito fidelem ſeruum, ſed cupit remorari: Ita dominus patitur quàm diutiſſime, ſi quis fuerit fidelis miniſtrator. Oeconomus Seruus.

Li. 100. Homiliarum ſer. 8. *Sicut oliua & uua, priusq̄ ad uſum ualeāt humanū, premi debent in torculari: Ita debet homo perſequutionē pati, priusq̄ idoneus ſit ad regnū cœlorū.* Oliua. Vua. Perſecutio.

De tempore barbarico cap. 3. *Si aurum es, quid times paleam? quid times ignem? Simul quidem eritis in fornace, ſed ignis paleas in cineres uertit, tibi ſordes tollit. Si frumentum es, quid times tribulam? Non apparebis qualis antea eras in ſpica, niſi tribula contерendo à te ſeparauerit paleas. Si oleum es, quid times preſſuram preli? Non declarabitur ſpecies tua, niſi etiam pondus lapidis à te ſeparauerit amurcam. Verum tamen interroget ſe unaquæque anima, & uideat ſi iuſte patitur, proferatur ſtatera iuſtitiæ, appendatur amor mundi cum amore Dei.* Aurum. Palea. Ignis. Oleum. Amurca.

Lib.2.de ſententia B.Iacobi apoſtoli ad Hiero.cap.1.De eo quod ſcriptū eſt: Qui totam legem ſeruauerit,etc.) Elegā ter autē dictū eſſe narratur: quod huic rei ſatis apte cōuenit.

Prolapſus in puteum. Cum quidā ruiſſet in puteū, ubi aqua tanta erat,ut cū magis exciperet ne moreretur, q̄ ſuffocaret ne loqueretur: acceſſit alius,et eo uiſo,admirās,ait: Quomodo huc cecidiſti? At ille: Obſecro,inqt,cogita quomodo hinc me liberes: nō quomodo huc ceciderim quæras: Ita qm̄ fatemur, et fide catholica tene-

Reatus peccati. mus,de reatu peccati tanq̄ de puteo etiā paruuli infantis animā chriſti gratia liberandā,ſatis eſt ei, ꝙ modū quomodo ſalua fiat nouimus,ſi etiā nunq̄ quō in malū illud deuenerit,noue-(rimus.

De uerb.B Iaco.Apo.Ante oīa nolite iura.ſer.28.

Ambulans. Fac te ambulare in alio loco,ubi à parte dextera ſpacioſa ſit terra, nec uſquàm anguſtias patiaris à ſiniſtris, præceps locus eſt, ubi eligis ambulare. Super finem terræ in labio

Iurans. præcipitij, an inde longe? Puto inde longe: Sic & qui iurat, in fine ambulat,& ambulat pedibus infirmis, quia humanis: Si offenderis,deorſum is,ſi lapſus fueris,deorſum is.

Paxillus. De 12. abuſionum gradibus Gradu 6. Paxillus,niſi bene fixus firmiter alicui fortiori adhæreat,omne, quod in eo pendet, cito dilabitur, & ipſe ſolutus à rigore ſuæ firmitatis

Princeps. cum oneribus ad terram dilabitur: Sic & princeps niſi ſuo conditori pertinaciter adhæſerit, & ipſe & omnis qui ei conſentit,cito deperit.

In epiſtolam Ioannis tracta.4.Sicut ſi uelles implere ali-

Sinus. quem ſinum,& noſti quàm magnum ſit quod dabitur, extendas ſinum uel ſacci,uel utris, uel alius rei,& extendendo fa-

Deſideriū. cies capaciorem: Sic Deus differendo extendit deſideriū,deſiderando extendit animam, extendendo facit capacem eo-

rum

rum quæ oculus non uidit, & auris non audiuit.

Tracta. 4. in epiſt. Ioan. Interior ergo magiſter eſt qui docet. CHRISTVS docet. Inſpiratio ipſius docet. Vbi illius inſpiratio & illius unctio nõ eſt, forinſecus inaniter perſtrepũt uerba: ſic ſunt iſta uerba fratres, quæ forinſecus dicimus, quo modo eſt agricola ad arborẽ. Forinſecus operatur, adhibet aquã, et diligentiã, culturæ, q̃libet forinſecus, adhibet. Nunqđ poma format? Nunqđ nuditatem lignorũ ueſtit umbra foliorũ? Nunqđ tale aliquid intrinſecus agit? Sed qs agit hoc? Audite agricolam Apoſtolũ, et uidete quid ſumus, et audite magiſtrum interiorẽ. Ego plantaui, Apollo rigauit, ſed Deus incrementũ dedit. Neq; qui plãtat eſt aliquid, neq; qui rigat: ſed q incrementũ dat Deus. Hoc ergo uobis dicimus, ſiue plãtemus, ſiue rigemus, loquendo, nõ ſumus aliqđ, ſed ille q incremẽtum dat Deus, id eſt, unctio illius quæ docet nos de omnibus. Nos q forinſecus loqmur ad aures ueſtras, ita ſumus quaſi operarij adhibẽtes culturã forinſecus ad arborẽ, ſed incrementũ dare nõ poſſumus, nec fructus formare. Ille autẽ q nos creauit, & redemit, et uocauit per fidẽ, et per ſpiritum ſuũ habitãs in nobis, niſi loquatur uobis intus, ſine cauſa nos perſtrepimus.

Inſpiratio. Verba. Agricola. Vnctio.

In epiſtolam Ioannis tractatu 9. Timor Dei ſic uulnerat, quomodo medici ferramentũ putredinẽ tollit, et uidet quaſi uulnus augere. Ecce putredo qñ erat in corpore, minus erat uulnus, ſed periculoſum. Accedit ferramentũ medici, minus dolebat illud uulnus q̃ dolet modo cum curatur, q̃ ſi non curaretur. Sed ideo plus dolet, accedente medicina, ut nunquàm doleat, ſuccedente ſalute. Occupet ergo cor tuum timor, et inducta charitate, ſuccedat cicatrix ferramenti medici. Talis eſt medicus, ut nec cicatrices appareant, tu ſubde te dextræ

Timor Dei. Ferramentũ medici.

ipſius. Nam ſi ſine timore es, non poteris iuſtificari. Opus er-
Charitas. go eſt, ut primo timor intret, per quem ueniat charitas. Ti-
mor medicamentum, charitas ſanitas.

Tracta. 9. Nonne uidemus in mutis animătibus, in irratio
nabilibus, ubi nō ſpiritualis charitas, ſed carnalis et naturalis
Lac. eſt, exigi tamē magno affectu de uberibus matris lac à paruu
Sugens. lis? Et q̃uis ſugens impetum faciat in ubera, melius eſt tamen
matri, q̃ ſi non ſugat, nec exigat quod charitate debetur. Sæ
Vbera uaccarum. pè uidemus ubera uaccarum etiā grandiuſculis uitulis capite
percuti, et prope ipſo impetū leuari matrū corpora, nec ta-
men eas calce repellere, ſed ſi deſit filius q ſugat, mugitu pro-
Charitas. uocari ad ubera. si ergo in nobis illa charitas ſpiritualis, quæ
in Apoſtolo qui ait: Factus ſum paruulus in medio ueſtrū, tan
Nutrix. quàm nutrix fouēs filios, tunc uos diligimus quando exigitis:
Pigros non amamus, quia languentibus formidamus.

Si unus flatus inflat duas tibias, non poteſt unus ſpiri-
tus implere duo corda, agitare duas linguas? Si ſpiritu uno,
id eſt, uno flatu impletæ duæ tibiæ conſonant, impletæ duæ
linguæ ſpiritu Dei, diſſonare poſſunt? Eſt ergo hic quædam
concordia, ſed auditorem deſiderat.

Timores duo. Non poteſt melius explanari, quid interſit inter duos ti-
mores, caſtum & cum quem foras mittit charitas: niſi ponas
Duæ maritatæ. duas maritatas, quarum unam ita conſtituas uolentem facere
adulterium, delectari nequitia, ſed tamen, ne damnetur à ui-
ro, huic oneroſa eſt uiri præſentia. Tales ſunt, qui timent
ne ueniat dies iudicij, ne damnentur. Fac alteram amare ui-
rum, debere illi caſtos amplexus, & nulla ſe adulterij immun
ditia maculari, optat præſentiam uiri. Vtraque timet. Vox
una, diuerſus animus. Illa timet, ne ueniat: Illa timet ne diſce-
dat.

dat. O anima quæ ſic times Deum, ne te damnet, quomodo mulier uirum, quam delectat nequitia, quomodo tibi diſplicet mulier illa, diſplice & tu tibi. Si fortè habes uxorem, nunquid uis, ut ſic timeat te uxor tua, ne damnetur abs te, ut delectet illam nequitia: ſed pondere timoris tui reprimatur, nõ damnatione iniquitatis? Caſtam eam uis, ut te diligat, non ut te timeat. Exhibe te talem deo, qualem uis habere uxorem. Timet illa ne oculos uiri offendat, latet eum, peccat, ſed tu nõ poteris Deum latere. Vultus eius ſuper facientes mala. Tu ergo non times eius oculos, quem fallere non potes? caſtus timor ait: Quando uenies ad me? cauet, obſeruat ſe à peccato, ne deſeratur, non ut puniatur. Anima. Caſtus timor.

Diligendo pulchri efficimur. Quid facit homo deformis & diſtorta facie, ſi amat pulchram? Aut quid facit fœmina deformis, nigra & diſtorta, ſi amet pulchrum? Nunquid amã do poteſt eſſe formoſus? Quando in ſpeculo uidet, erubeſcit faciem ſuam leuare ad illam formoſam, quam amat. Quid facit ut pulchra ſit? Expectat, & expectando ſenectus additur, & turpiorem facit. Non eſt ergo quod des illi conſilium, niſi ut compeſcat ſe, & non audeat amare impar imparem. Anima noſtra fœda eſt per iniquitatem, amando Deum pulchra efficitur. Qualis amor, qui reddat pulchram amantẽ? Deus ſemper pater eſt, amauit nos fœdos, ut ex fœdis faceret pulchros. Erimus pulchri amando eum qui pulcher. Quantum in te creſcit amor, tantò creſcit pulchritudo, quia ipſa charitas animæ eſt pulchritudo.

GREGORIVS in præfatione moralium in Iob cap. 2. Fluuius dum per alueum defluit, ſi ualles concauas ex latere contingit, in eas protinus ſui impetus curſum diuertit, cumq; Fluuius. Concionatoris digreßio.

illas ſufficienter impleuerit, repente ſe in alueum refundit: Sic diuini uerbi eſſe tractator debet, ut cum de re aliqua diſſerit, ſi fortaſſe iuxta poſitam occaſionem congruæ ædificationis inuenerit, quaſi ad uicinam uallem linguæ undas intorqueat, & cũ ſubiectæ inſtructionis campum ſufficienter in fuderit, ad ſermonis propoſiti alueum recurrat.

Vnguenta. Aromata. Viri ſancti Tribulationes. Granum ſinapis. Libro 1. moral. in Iob cap. 4. Sicut unguenta, niſi commota, redolere altius neſciunt, & ſicut aromata fragrantiã ſuam non niſi cum incenduntur, expandunt: Ita ſancti uiri omne quod uirtutibus redolent, in tribulationibus innoteſcunt. Vnde recte dicitur in Euangelio: Si habueritis fidem, ſicut granum ſinapis: nam non contritum leue eſt: ſi uerò conteratur, inardeſcit, & quod in ſe acerrimum latebat, oſtendit: Sic uir ſanctus cum nõ pulſatur, deſpicabilis ac leuis aſpicitur: ſi qua uerò illum tritura perſecutionis opprimat, mox omne quod calidũ ſapit, oſtendit, atq; in feruorẽ uirtutis uertitur, quicquid in illo ante deſpicabile infirmumq; uidebatur. Perſequutio.

Organum Cantor peritus. Capite. 5. Quid eſt officium corporis, niſi organum cordis? Et quamlibet peritus ſit artifex cantandi, explere artem non ualet, niſi ad hanc ſibi miniſteria exteriora concordent, quia canticum quod docta manus imperat, quaſſata organa proprie non reſultant, nec artem flatus exprimit, ſi ſciſſa rimis fiſtula ſtridet. Quantò igitur grauius expoſitionis meæ qualitas premitur, in qua dicendi gratiã ſic fractura organi diſſipat, ut hanc peritiæ ars nulla componat? Expoſitio.

Verborum folia. Seges. Culmi. Spicæ. Hic uerborum folia non requiras, cum in templo Dei nemus plantari prohibetur, & ſcimus, quoties in folijs lætæ ſegetis culmi proficiunt, minori plenitudine, ſpicarum grana turgeſcunt.

Libro

Libro 1. cap. 21. Scriptura ſacra cibus eſt nobis in obſcurioribus, quòd quaſi exponendo frangitur, & mandendo glutitur: potus eſt in locis apertioribus, quia ita abſorbetur, ſicut inuenitur. Scriptura ſacra. Cibus. Potus.

Lib. 6. cap. 7. Manna habet omne delectamentum, & omnis ſaporis ſuauitatē: & diuinus ſermo omnibus congruens, qualitati audientium condeſcendit, quem dum electus quiſq; utiliter iuxta modum ſuum intelligit, quaſi acceptum manna in uoluntarium ſaporem uertit. Manna. Diuinus ſermo.

Libro 19. cap. 28. Arcus eſt ſcriptura, de qua ad corda hominum ſicut ferientes ſagittæ, ſic terrentes ſententiæ ueniunt. Hunc arcum Deus tetendit, quia peccatoribus per ſcripturarum minas exhibet, in eo parauit uaſa mortis, quia ſecundum eloquij ſui ſententiam, eos qui nunc corrigi negligunt, reprobos damnat. Arcus. Scriptura. Sagittæ. Sententiæ.

In arcu dum chorda trahitur, cornu curuatur: Sic in eloquio Dei, dum teſtamentum nouum legitur, duritia ueteris teſtamenti emollitur. Arcus. Chorda. Cornu. Nouum & uetus teſt.

Arcus in manu eſt, ſcriptura in operatione.

In Iob libro 8. capite 35. Arbuſta plantata priuſquam fixa radice coaleſcant, ſi manus concutiens tangit, arefacit: At ſi in altum radix figitur, & terræ humoribus conſperſa ſolidatur, hoc & manus impellit, ſed non lædit, hoc & uentorum flatus inflectendo concutiunt, ſed non euertunt: Ita ne eruatur uita cœpti operis, diutinæ ac robuſtæ in alto humilitatis figenda eſt radix cordis, ut cum ab humano ore detractionis uel fauoris aura flauerit, & ſi in quamlibet partem utcunque incuruat, animum funditus non euellat, ſed ad ſtatum ſuum protinus poſt inflexionem redeat, Arbuſta recens inſita. Humilitas. Obtrectatio. Fauor.

Paries. ſi apud ſe fortis in radice perduret. Quid in rebus excreſcentibus pariete ſurgente robuſtius? qui tamen ſi dum conſtruitur impellatur, ſtatim ſine labore deſtruitur, ſi autem per ſpacium temporis ab humore ſuo exiccari permittitur, ſæpe & arietum ictibus minime quaſſatur: Sic bona noſtra & intempeſtiue manifeſta depereunt, & diutius occultata ſolidātur.

Bona manifeſtata et occultata. Non arandum in primogenito bouis. Deuteron. 16. Præputia pomorum auferre, Leuit. 19.

Flores. Vita. Mors. Lib. 11. cap. 27. Homines nati in mundo ſunt quaſi flores in campo. Vita in carne, flos in fœno eſt, homo more floris ex occultis, & apparet ſubito in publico, qui ſtatim per mortem trahitur ad occultum, carnis uiriditas nos oſtendit, ſed ariditas pulueris ab aſpectibus retrahit.

Iuſti. Palma. Libro 19. cap. 25. Iuſtorum uita palmæ comparatur, quia palma inferius tactu aſpera eſt, & quaſi aridis corticibus obuoluta, ſuperius uero uiſu & fructibus pulchra, inferius corticum ſuorum inuolutiōibus anguſtatur, ſed ſuperius amplitudine pulchræ uiriditatis expanditur: Sic eſt electorū uita, deſpecta inferius, ſuperius pulchra, in imo quaſi multis corticibus obuoluitur, dum innumeris tribulationibus anguſtatur: in ſummo uero illa quaſi pulchræ uiriditatis, folijs amplitudine retributionis expanditur. Habet quoq; palma, quo à cunctis arborum generibus differt.

Electorum uita.

Facies. Corda. Cogitationes. Hiſtoria. Sicut enim ignotorum hominum facies cernimus & corda neſcimus, ſed ſi familiari eius locutione coniungimur, uſu colloquij eorum etiam cogitationes indagamus: Ita cum in ſacro cloquio hiſtoria ſola aſpicitur, nihil aliud quàm facies uidetur: ſed ſi huic aſſiduo uſu coniungimur, eius nimirū mentem quaſi ex locutionis familiaritate penetramus, dum enim

alia

alia ex aliĳs colligimus, facile in uerbis cognoſcimus aliud eſſe quod intimant, aliud quod ſonant, tãto enim quiſq; notitiæ illius extraneus redditur: quãto in ſola eius ſuperficiẽ ligat.

Omnis arbor in ſuo robore iuxta terram uaſta ſubſiſtit, ſed creſcendo ſuperius anguſtatur, & quantò pauliſper ſublimior, tãtò in altum ſubtilior redditur. Palma uero minor ab imis inchoat, & iuxta ramos ac fructus ampliore robore exurgit, & quæ tenuis ab imis proficit, uaſtior ad ſumma ſuccreſcit: Ita huius ſeculi dilectores in terrenis rebus fortes ſunt, in cœleſtibus debiles, pro temporali lucro, gloria ad mortẽ deſudare parati ſunt, pro æterna gloria ne parum quidem in labore ſubſiſtunt, &c. At contra iuſtorum uita per palmam ſignata, qui nequaquam in terrenis ſtudĳs ſunt fortes, ſed longius ſtudioſos ſe exhibent Deo quàm ſeculo. Arbor. Palma Seculi dilectores. Iuſti.

Libro 7. cap. 15. Strutio uolandi ſpeciem habet, ſed uſum uolandi non habet: Ita hypocriſis cunctis intuentibus imaginem de ſe ſanctitatis inſinuat, ſed tenere uitam ſanctitatis ignorat. Strutio. Hypocriſis

Lib. 19. cap. 17. Si qua ciuitas contra inſidiantes inimicos, magno ualletur aggere, fortibus cingatur muris, inſomni muniatur cuſtodia, unum uerò foramen tantummodo immunitum per negligentiam relinquatur, inde procul dubio hoſtis ingreditur, qui undiq; incluſus uidebatur. Vnde dictũ eſt: Omni cuſtodia ſerua cor tuum. Iob iuſtitia indutus eſt ſicut ueſtimento. Veſtimẽto utique quo non ueſtimur, omni ex parte circundamur: ita qui ſe undiq; bono opere defodit. Foramen. Hoſtis. Veſtimentum.

Lib. 22. cap. 6. Non eſt abſolutus debitor qui multa, ſed qui omnia reddidit; nec ad brauium uictoriæ peruenit, qui Debitor. Brauium.

Metæ. in magna parte ſpectaculi uelociter currit, ſi iuxta metas ueniens, in hoc quod eſt reliquum deficit. Nec ad quælibet deſtinata loca pergentibus inchoando prodeſt longum iter car-

Aeternam uitam quærentes.

pere, ſi non etiam totum ualeant cõſummare. Qui ergo æternam uitam quærimus, quid aliud q̃ quædam itinera agimus, per quæ ad patriã feſtinamus? Sed quid prodeſt quòd carpimus multa, ſi ea quæ ad perueniendũ reſtant, negligimus reliqua, more itaq; uiatorum nequaq̃ debemus aſpicere quæ bona needum fecimus, ſed ea quæ nos iam feciſſe gaudemus.

Scirpus. Hypocritæ

Libro 8. cap. 27. Scirpus & carectum, ſpeciem uiriditatis habent, ſed ad humanos uſus, fructũ utilitatis non habent: Ita hypocritarum uita.

Diuitias oſtentans. Rapina. Bona celanda.

Libro 8. capite triceſimo ſeptimo. Hoſtes ad rapinam prouocat, qui ſuas eorum notitiæ diuitias denudat. Quouſq; enim ab æternæ patriæ ſecuritate diſiungimur, per latronũ inſidiantium iter ambulamus. Quod ergo in itinere depredari formidat, abſcondat neceſſe eſt bona quæ portat.

Libro 11. capite 24. Vt folium uento ducitur: Ita homo flatibus tẽtationum, nunc ira, libido, ſuperbia, &c. eleuatur, & deponitur flatibus tentationum.

Folium uento agitatũ. Tentatiões Arbor. Laudantes Elatio. Laus.

Libro 22. cap. 8. Quò arbor altius ad ſuperiora ſurrexerit, eò uentorum uim uehementius ſentit, quò quiſq; plus in bonis operibus attollitur, eò ampliori ab ore laudãtiũ: flatu fatigatur. Si arbor adhuc in ſemine eſt, metuendũ ne putreſiat. Si adhuc uirgultũ prodijt, curandũ ne hanc manus elationis tãgat, atq; à uiriditate ſuæ actionis, areſaciat. Si ualẽte iam robore, iã ad alta ſe ſubleuat, ualde formidandũ, ne hanc admotæ laudis uẽtus grauior radicitus euellat. Qui ſi auditis ſuis laudibus extollit, quid aliud iſte q̃ aurum uel argentũ repro-

reprobum fuit, quem uidelicet linguæ fornax conſumpſit?

Arbor ſæpe quæ unius uenti impulſu ita impellitur, ut ne iam erui poſſe uideatur, alterius è diuerſo uomentis flatu erigitur, & quæ hac ex parte inflexionẽ pertulit, ab alia ad flatum redit: Ita et nos, Dei moderamine, ſæpe, cum nos uox laudantis eleuat, lingua detrahentis humiliet.

Libro 11. in Iob capite 18. Vua acerba eſt peccatum, uua acerba eſt fructus ante tempus: quiſquis præſentis uitæ delectationibus ſatiari deſiderat, quaſi fructus ante tempus edere feſtinat. Vt qui uuã acerbã comederit, dẽtes eius obſtupeſcũt: Ita qui præſentis mũdi delectatione paſcitur, interim eius ſenſus ligãtur, ut iã ſpiritualia mandere, id eſt, intelligere nequeant, quia unde in exteriorib. delectati ſunt, inde in intimis obſtupeſcũt. Et dũ peccato anima paſcitur, panẽ iuſtitiæ edere non ualet, quin ligati dẽtes. i. ſenſus interim, ex peccati conſuetudine, iuſtum quod intus ſapit, edere nequaq̃ poſſunt.

Ca. 24. Homo peccator foliũ eſt, quod in paradyſo ab arbore cecidit, qui tẽtationis uẽto rapitur, deſideriorũ flatibus leuatur. Mẽs hominis quot tẽtationes patitur, quaſi tot flatibus mouetur, hãc ira perturbat, cũ recedit ira, ſuccedit inepta lætitia, ſuperbia leuat, inordinatus timor in infirmis deponit.

Cap. 16. Porris ac cepis ſimile eſt peccatũ. Quæ plerunq; comedunt, lachrymas emittunt: Ita difficultas uitæ præſentis quæ à dilectoribus ſuis, non ſine luctu agere, & tamen cum lachrymis amatur. Sed hi ſunt filij ſtultorũ & ignobilium. Hi deſerunt manna cœleſte. Porri. Cepe. Peccatum.

Li. 21. ca. Nunc flagellatur iuſtus, quia ut filius ad æternæ hæreditatis patrimonium præparatur: iniuſtus aũt ad debitã mortem currens effrenatis uoluptatibus utitur, quia & Iuſtus. Iniuſtus.

uituli

uituli qui mactandi ſunt, in liberis paſtis relinquuntur: at contrà iuſtus à delectationis tranſitoriæ iocunditate reſtringitur, quia & uitulus ad laboris uſum deputatus, ſub iugo tenetur. Negãtur electis hic bona terrena, quia ægris quibus ſpes uiuendi eſt, nequaquam cuncta, quæ deſiderant, à medico conceduntur. Dantur reprobis bona quæ petunt, quia deſperatis ægris, omne quod deſiderant non negatur.

Reprobi. Deſperati ægri.

Lib. 25. cap. 22. Via eſt uita præſens, qua ad patriam tendimus, ideo conterimur frequenti perturbatione, ne uiam pro patria diligamus. Solent enim nonnulli uiatores cum amœna fortaſsis in itinere prata conſpiciunt, pergendi moras innectere, & à cœpti itineris rectitudine declinare. Electis autem ſuis Deus, ad ſe pergentibus, iter huius mundi aſperum reddit, ne dum quiſq; uitæ præſentis requie, quaſi amœnitate uiæ paſcitur, obliuiſcatur patriæ.

Via. Vita. Viatores. Electi.

Lib. moral. 29. Eſt in arcturo, quod conſideratius poſſumus intueri, in ſeptem quidẽ uoluitur, & modo quidẽ tres ad ſumma eleuat, atq; ad ima quatuor inclinat, modo quatuor ſuperius erigit, & tres inferius premit: Sic ſancta Eccleſia modo cum infidelibus trinitatis notitiam, modo uerò fidelibus quátuor uirtutes quaſi rotatu prædicationis, ſtatus ſui ſpeciẽ quodammodo repræſentat.

Arcturus. Sancta Eccleſia.

Libro 30. cap. 5. Gallo ſimilis eſt prædicator, qui inter tenebras uitæ præſentis ſtudet uenturam lucem prædicando quaſi cantando nunciare. Dicit enim: Nox præceſsit, &c. Intelligentiam gallus accepit, ut prius nocturni temporis horas diſcutiat, & tunc demum uoces excitationis emittat, quia ſanctus prædicator in auditoribus ſuis, prius qualitatem uitæ conſiderat, & tunc demum ad audiendum congruam uo-

Gallus Concionator.

cem prædicationis format. Quaſi enim noctis horas diſcernere eſt, peccatorum merita diiudicare. Quaſi noctis horas diſcernere eſt, actionum tenebras, aperta increpationis uoce corripere. Gallo intelligentia datur, quia doctori ueritatis, uirtus diſcretionis, ut nouerit quibus quid, quando, quomodo, inferat, diuinitus miniſtratur: non enim una eademq́; omnibus exhortatio conuenit. Sæpe enim quæ alijs officiunt, alijs proſunt. Plerunq; herbæ, quæ hæc animalia reficiunt, alia occidunt, & leuis ſibilus equos mitigat, catulos inſtigat. Et medicina quæ huic morbum imminuit, alteri uires iungit. Et panis qui uitam fortium roborat, paruulorum necat: pro qualitate igitur audientium formari debet ſermo doctorum. Herbæ. Medicina. Panis.

Quid ſunt intentæ mentes auditorum, niſi quaſi quædam in cythara tenſiones ſtratæ chordarum? quas tangendi artifex, ut non ſibimetipſis diſsimile canticum faciant, pulſat, & idcirco chordæ conſonam modulationem reddunt, quia uno quidem plectro, ſed uno impulſu feriuntur. Vnde & doctor quiſq; ut in una cunctos uirtute charitatis ædificet, ex una doctrina non una eademq́; exhortatione tãgere corda audientium debet. Intẽtæ mẽtes auditorum. Tenſiones chordarũ. Doctor Eccleſiaſticus

Gallus cũ edere cantus parat, prius alas ſolerter excutit, & ſemetipſum feriens, uigilantiorem reddit: Ita prædicatores cum uerbũ prædicationis monent, prius ſe in ſanctis actionibus exercent, ne in ſemetipſis torpentes opere, alios excitẽt uoce, ſed ante ſe per ſublimia facta excutiũt, & tunc ad bene agendũ alios ſolicitos reddũt. Prius ſua punire fletib. curãt, & tunc quæ aliorũ ſunt punienda, denunciãt. Prius alis inſonãt, q̃ cantus emittant: quãdo anteq̃ uerba exhortationis proferant, omne quod locuturi ſunt, operibus clamant. Gallus. Cõcionatores.

Sentes. Peccata. Lib. 30. cap. 15. Eſſe ſub ſentibus delitias computabant, quia qui peccatorũ delectationibus preſſi ex affectu uitæ præſentis, quàm ſint aſpera quæ patiũtur, ignorant, lætantur ſub ſentibus, quia rebus quidem temporalibus gaudent, & ea cura pungũtur miſeri qua premuntur. Manent ſub ſentibus, & hoc ipſum delitias putant: quia & dura quidem ex præſentis uitæ amore tolerant, & tamen ex affectu nimiæ cupiditatis obligant, laborem eiuſdem tolerantiæ uoluptatem putãt.

Ebrius. Abſynthiũ Amaror. Peccator. voluptates. Ebrius quiſque quod patitur neſcit: qui uerò abſynthio inebriatur, & hic quod ſumpſit, amarum eſt, & tamen non intelligit eandem amaritudinẽ qua repletur: Ita omnis peccator per uoluptates ſpõtaneis tribulationibus traditus, abſynthio eſt ebrius, q̃a amara ſunt quæ pro uitæ huius amore tolerat, & tamẽ candẽ amaritudinẽ, cæcitate cupiditatis, qua ſi ſenſibilitate ebrietatis ignorat, amarum omẽ q̃ bibit & diſcernere nequit quod amarum eſt, quia ebrius abſynthio eſt.

Allegoria. Libro 35. in prologo. Velut emenſo iam mari magno, jam litus cernimus, & intentionis noſtræ uela deponentes, non eodem quo prius impetu ducimur, ſed tantum adhuc ex impulſione priſtini flatus imus. Quaſi anxietatis noſtræ uentus cecidit, ſed tamen eius uis iam ſeipſa tranquillior uſq; ad ſtationem nos litoris impellit.

Ars. Meditatio Cogitationum & uiſcerum uulnera. Medici cordis. In paſtorali, parte prima capite 1. Nulla ars doceri præſumitur, niſi intenta prius meditatione diſcatur: ars artium eſt regimen animarum. Quis cogitationum uulnera occultiora eſſe neſciat uulneribus uiſcerum? Et tamen ſæpe qui nequaq̃ ſpiritualia præcepta cognouerunt, cordis ſe medicos profiteri non metuunt, dum qui pigmentorum uim neſciunt, medici uideri carnis erubeſcunt.

Tertia parte c.26. Admonēdi ſunt, quos ab officio prædicationis imperfectio & ætas prohibet, & tamen præcipitatio impellit, quòd pulli auiū ſi ante pennarū perfectionē uolare appetant, unde ire in alta cupiūt, inde in ima mergūtur, quodq́; ſtructuris recentibus necdū ſolidatis, ſi tignorum pondus ſuperponitur, non habitaculum, ſed ruina fabricatur, quodq́; conceptas ſoboles ſi priuſquam plenæ formentur, proferunt fœminæ nequaquam domos, ſed tumulos replent. Intempeſtiui concionatores. Pulli auiū. Structuræ Fœminæ.

Ex epiſtolari lib.6.epiſt.27. Narſæ. *Aduerſitas magis auget deſiderium in Deum, ſic ſemina meſsium gelu coopertæ fertilius germinant. Sic ignis flatu premitur ut creſcat.* Aduerſitas. Semina. Ignis.

In fine paſtoral. *Vſurpaui mihi cotis officium, quæ ferrū reddit acutum, quum ſit inutilis ad ſecandum. Pulchrum depinxi hominē, pictor fœdus aliosq́; ad perfectionis litus dirigo, qui adhuc in delictorum fluctibus uerſor.* Cos. Pictor.

Ex regiſtro lib.2.epiſt.101. *Sicut ex auro uno alij murenas, alij anulos, alij dextralia ad ornamentū faciunt: Ita ex una ſcripturæ ſcientia expoſitores, quiq́; per innumeros intellectus quaſi uaria ornamenta componunt, quæ tamen omnia ad decorem cœleſtis ſponſæ proficiunt.* Aurum. Scriptura.

Aethiops in balneum niger intrat, niger egreditur, ſed tamen balneator nummos accipit: Ita concionator, ſi nihil profecerint auditores, hic prædicat fidem Perſis, & imperator eorum non eſt conuerſus. Lib.4.Epiſt.84. Aethiops. Concionator.

Quid eſt ſcriptura ſacra niſi quædam Epiſtola Dei omnipotentis ad creaturam ſuam? Et certè ſicubi eſſet gloria ueſtra alibi conſtituta, & ſcripta terreni iā imperatoris acciperet, non ceſſaret, non quieſceret, ſomnum oculis non daret, niſi prius quid ſibi imperator terrenus ſcripſiſſet, agno- Scriptura ſacra. Epiſtola Dei omnipotentis.

Imperatoris ſcripta. uiſſet Imperator cœli, dominus hominum & angelorum, pro uita tua epiſtolas ſuas tibi tranſmiſit, & tamen eaſdem epiſtolas ardenter legere negligis.

Dei uaſa. Perfecta ſapientia. Fons. Lib. 6. Epiſt. 27. Dei uaſa, fontem ſapientiæ intus habẽt, meæ ſiccitatis guttas paruulas ſuſcipere non debẽt. Perfecta ſapiẽtia nouit, quia in paradyſo pluuia nõ fuit, ſed fons aſcẽdebat de medio paradyſi, qui erigat faciem terræ: illæ ergo animæ, quæ fontẽ in ſemetipſis habent, de aliena lingua, pluuiã neceſſariã non habent. Verbo dei quaſi quodam candido linteo, laboris terreni ſudorem detergo.

Paſtor. Oues. Fructus. Radix. Ex regiſt. lib. Epiſt. 7. Epiſt. 114. Vulnerato paſtore, quis curãdis ouibus adhibeat medicinã? Aut quis populum orationis clypeo tueatur, qui iaculis ſe feriendum hoſtilibus exponit? Aut qualem de ſe fructũ producturus eſt, cuius graui peſte radix infecta eſt?

Auguſtini opuſcula. Lib. 8. Epiſt. 35. Si delitioſo cupitis pabulo ſaginari, Beati Auguſtini opuſcula legite, & ad comparationem ſiliginis illius, noſtrum furfurem non quæratis.

Grana. Segetes. Fortitudo boum. Prouerb. 14. Lib. 11. Epi. 47. Creſcũt quotidie per linguæ ueſtræ uomerẽ grana cœleſtia, atq; in horreis multiplicãtur ſupernis. Ita in uobis impletum eſſe gaudemus quod ſcriptum eſt: Vbi plurimæ ſegetes, ibi manifeſta fortitudo boum.

Monaſticæ uitæ tranquillitas. Perturbatũ Epiſt. 125. Quaſi proſpero flatu nauigabam, cum tranquillam uitam in monaſterio educerem, ſed procelloſis ſubito motibus tempeſtas orta eſt, me rapuit in ſua perturbatione, & proſperitate itineris amiſi, quia quiete perdita mẽtis, naufragium pertuli. Ecce nunc in undis uerſor, & tuæ orationis tabulam quæro, ut qui in naui integra diues peruenire nõ potuerim, ſaltem poſt damna ad litus per tabulam reducar.

Lib.

Lib. 6. Epi. 26. *Vita noſtra nauigāti ſimilis eſt, is qui nauigat ſtat, ſedet, iacet, uadit, quia impulſu nauis ducitur: Ita & nos ſumus, qui ſiue uigilātes, ſiue dormientes, ſiue tacentes, ſiue loquentes, per momenta temporum quotidie ad finē tendimus.* Vita. Nauigans.

Lib. 3. *paſto. curæ. cap. 35. In hoc mundo anima humana quaſi more nauis eſt contra ictum fulminis condeſcendentis, uno in loco nequaquam ſtare permittitur, quia ad ima relabitur, niſi ad ſumma conetur.* Anima. Nauis.

Lib. 4. *dialo. Sicut ſub eodē igne aurū rutilat, & palea fumat: Ita ſub eodē igne electus purgatur, et peccator crematur.* Aurum. Electus.

Li. dial. 4. *Ac ſi enim prægnans mulier mittatur in carcerem, ibiq; puerū pariat: qui naſcitur puer, in carcere nutriatur & creſcat, cuiq; ſi fortè mater quæ hunc genuit, ſolem, lunā ſtellas, montes, campos, uolantes aues, currētes equos nominet, ille uerò qui eſt in carcere natus & nutritus, nihil aliud q̄ tenebras carceris ſciat: & hæc quidē eſſe audiat, ſed quia per experimentū non nouit, ueraciter eſſe diffidat: Ita in hac exilij ſui cæcitate nati homines, dū eſſe ſumma & inuiſibilia audiunt, diffidūt an uera ſint, quia ſola hæc infirma in quibus nati ſunt, uiſibilia nouerunt.* In carcere natus & educatus. Cæcitas. Summa & inuiſibilia.

Sicut in hoc mundo ſub uno ſole multi conſiſtunt, nec tamen eiuſdem ſolis ardorem æqualiter ſentiunt, quia alius plus æſtuat, & alius minus: Ita illic in uno igne, non unus eſt modus incendij: quia quod hic diuerſitas corporum, hoc illic agit diuerſitas peccatorum, ut ignem non diſsimilē habeant, & tamen eoſdem ſingulos diſsimiliter exurat. Sol. Ignis.

Homil. 15. de 40. *ſuper hoc: Exijt qui ſeminat, &c. Quā tum proſit hic pati, cauſa Dei. Vua calcibus tunditur, & in uini ſaporem liquatur. Sic oliua contuſionibus expreſſa, amur* Tribulatio. Vua. Oliua.

Tritura; cam ſuã deſerit, & in olei liquorem pingueſcit: Sic per trituram areæ, à paleis grana ſeparantur, & ad horrcũ purgata ueniunt: Ita & quiſq; hic flagellatur, ſecurus ad deum uenit, quippe cuius rubiginem ignis tribulationis purgauit.

In Euan. Luc. Deſignauit dominus 72. diſcipulos, cui rei ſi miles dixerim ſacerdotes malos, niſi aquæ baptiſmatis, quæ peccata baptizatorum diluens, illos ad regnum cœleſte mittit, & ipſa in cloacas deſcendit.

Sacerdotes mali.

Litera. In cantica, in prologo. Sicut palea frumentum, ſic litera tegit ſpiritum. Sed quia iumentorum eſt paleis ueſci, hominũ frumentis: qui humana ratione utitur, paleas abijciat, frumenta ſpiritus edere diſponat.

Spiritus.

In cap. 5. Sicut columbæ iuxta fluenta reſidere ſolent, ut uolantium auium umbram in aqua uideant, ſupra quam ſe proijcientes, ungues rapacium ſic effugiant: Sic ſancti uiri in ſcriptura ſancta fraudes dæmonum proſpiciunt, et ex deſcriptione quam uident, quaſi ex umbra hoſtem cognoſcunt, dũq; ſe conſilijs ſcripturæ ex toto addicunt, ut uidelicet nihil agãt, niſi quod ex reſponſo ſcripturarum audiunt, quaſi in aquam ſe proijcientes, hoſti illudunt. Quæ ſcripturæ fluenta pleniſſime dicuntur, quia de quibuſcunq; ſcrupulis in ſcripturis conſilium quæritur, ſine minoratione, de omnibus ad plenum inuenitur.

Beda de uerbis Apoſto. Iacobi. Cõfitemini alterutrum.) Sicut caro morbis emortua, ſi abſciſa non fuerit, ſalutem reliquæ carnis putredinis ſuæ contagione corrumpit: Ita iſti qui emendari deſpiciunt, & in ſuo morbo perſiſtunt, ſi moribus deprauatis in ſocietate ſanctorum permanſerint, eos exemplo ſuæ perditionis inficiunt.

Fraudes dæmonum

De eiuſdem uerbis: Eſtote factores uerbi) Mulierũ mos eſt, ſe in ſpeculo conſiderare, ut ſe ualeant adornare, qualiter ſuis uiris placere poßint: Ita animas noſtras oportet nos ſolicite conſiderare in ſpeculo Euangelij, & eius perpendere dicta, quid exinde ornamenti in adimpletionem ſacramentorũ eius habeamus, ut uiro noſtro Chriſto domino placere poßimus. Si quid minus ornamẽti animab. noſtris in perfecto opere Euangelij habemus adeptũ, omni cura feſtinare oportet, ipſum nobis ornamentum exhibet in operibus ſanctitatis. Animarũ cõſideratio

De uerb. Hiere. Prius extirpanda uitia, & ita uirtutib. locus præparatur in homine.) In eadem ſimilitudine natũ B. Io. Baptiſt poſſumus intelligere, quia ſicut per eius Prophetiã legis ueteris conſummatio mõſtrabatur, & initiũ noui: Sic ueteris conſuetudinis malitiã debemus pleniter conſummare in nobis per confeßionem & pœnitentiam ueram, ut incipiamus iterum noui eſſe, & boni in ſanctificatione. Confeßio.

In natali Innocent. martyrum. Sicut iuxta Dei ſententiã, uulneri medicamentum ſi adhuc ferrum in eo manet, non proficit: Ita nihil proficit oratio illius, cuius adhuc dolor in mente uel odiũ manet in pectore. Ferrum. Oratio. De uer. Iſa. Lauamini, mũdi eſtote.) Quid prodeſt ſpinis purgare agrũ tuum, ſi non etiã aratro ſcindes eum, & ſeres in eo ſemẽ, unde gaudeas in futuro? Ita & qui deſerit peccata, & ea non plãgit pœnitendo, nec bonum poſt ea facere conſueſcit, nunquid fructuoſum eſt peccata deſerere, & bona non facere?

De uerb. Daniel. 9. Obſecro domine Deus.) Qui plãgit peccatũ & iterum admittit, quaſi ſi quis lauit laterem crudũ, quem quantò magis diluerit, tantò amplius lutum facit.

Ser. de cœna do. Quemadmodũ peregre proficiſcẽs pignus

Pignus amoris. amoris ſui, ei quem diligit derelinquit, ut quotienſcunq; illud uiderit, poſsit eius beneficia & amicitias memorare, quē ille Chriſti paſſi memoria Euchariſtia. ſi perfecte diligit: ſine ingenti deſiderio, nō poteſt uidere, uel fletu: Ita dn̄s paſſurus, in cordibus noſtris ſuæ paßionis memoriā commēdauit perſeuerantē. Si in luteū, imò nec in uas ſordidū quis illud mittere audet, quantò magis in cor & corpus pollutū? Nā & ille iuſtus ideo ſindone mūda inuolutū, in ſepulchro nouo corpus dn̄i ſepeliuit, præfigurās corpus dn̄i accepturos, tam mundam mentem habere debere, q̄ nouam.

Bernardus Sermone 1. de Aduentu Domini.

Submerſi. Sicut merſi in aquis periclitantur, uideas eos tenentes tenere, nec ulla ratiōe deſerere, quod primum occurrerit manibus, quicquid ſit illud, licet tale ſit, quod omnino prodeſſe non poſsit, ut ſunt radices herbarum, cæteraq; ſimilia. Nam & ſi qui forte ad eos ueniant, ut ſubueniant, nonnunquā ſolent apprehenſos inuoluere ſecū, adeo ut iam nec ſibi, nec alijs auxilium ferre præualeāt: Sic pereunt in hoc mari magno & ſpa- Mare magnū & ſpatioſum. tioſo, ſic pereunt miſeri, dum peritura ſectantes, omittunt ſolida, quibus apprehenſis, emergere & ſaluare poſſent animas Salutaria. ſuas. Ita inquam pereunt, qui omißis ueris & ſalutaribus ſtu Momentanea. dijs, caduca & tranſitoria quærūt, à quibus nequeūt diuelli.

Cereus. Sermone de diuerſis primo. Accenditur cereus, non purum lumen eſt, ſed lucerna, ſiquidem ignis ipſe propria fo- Ignis. menta conſumit, nec niſi ipſa conſumptione fouetur. Porrò Fumus. Lætitia. deficiente materia, etiā ipſe deficiet, & ubi uideris illā pror- Triſtitia. ſus exuſtam, hunc quoq; nihilominus extinctum eſſe reperies. Sicut ergo flammæ illius nouißima, fumus occupat & caligo: ſic lætitia lætæ rei in triſtitiam commutatur.

Sermone de triplici cuſtodia, manus, linguæ, cordis. Quò nitidiores manus, cò grauius quoq; minor in eis næuus offendit

dit: & ſicut precioſam ueſtem, exigua quæuis macula turpius decolorat: Ita à nobis multò maior iuſtitia exigitur, cum in alijs næuus in nobis grauis macula. Precioſa ueſtis. Macula.

Sermone de natiuitate Ioannis Baptiſtæ. Stultus ut luna mutatur. Quemadmodùm ſplendet luna ſine feruore, modo plena, modo exigua, modo nulla uidetur, mutuatum ſiquidem lumen nunquàm in eodem ſtatu permanet, ſed creſcit, deficit, extenuatur, annihilatur & penitus comparet. Sic ſic qui conſcientias ſuas in alienis labijs poſuerunt, modo magni, modo parui ſunt, modo nulli, ſecundũ quod adulantium linguis uel uituperare, uel laudare placuerit. At uerò iuſtus, permanet ut ſol, ſolis ſplẽdor igneus eſt, & cum feruet acrius, etiam oculis lucidior exhibetur: Sic ſapientis ardor internus, foris lucet, & ſi non datur ei utrunq;, curat ſemper magis ardere, ut pater qui uidet in abſcondito, reddit, &c. Stultus. Luna. Iuſtus. Sol.

Quomodo ſtilla aquæ modica multo infuſa uino deficere à ſe tota uidetur, dum & ſaporem uini induit & colorem. Et quomodo ferrum ignitum & candens, igni ſimillimum fit, priſtina propriaq; forma exutum. Et quomodo ſolis luce perfuſus ăër, in eandem transformatur luminis claritatem, adeo ut non tam illuminatus, quàm ipſum lumen eſſe uideatur: Sic omnem tunc in ſanctis humanam affectionem, quodam ineffabili modo neceſſe erit à ſemetipſa liqueſcere, atque in Dei penitus transfundi uoluntatem. ſtilla aquæ Vinum. Ferrũ igni tum. Aër. Humana affectio.

Sermone de annunciatione dominica 2. Puteus altus eſt, & in quo hauriam non eſt mihi, ueruntamen ſolet interdum ſuperpoſita puteis humectare linteamina uapor exhalans. Propterea ſanè licet irrumpere uerear, propriæ conſcius infirmitatis, frequenter tamen uelut ſuper os putei expando Puteus. Vapor.

ad te domine manus meas, pro eo quòd anima mea ſicut terra ſine aqua tibi. Et nunc ſiquidem quod aſcendente de deorſum nebula tenuis ebiberit cogitatio, uobis id communicare curabo fratres, uelut oppreſſo linteamine, uel exigua refundens cœleſtis ſtillicidia roris.

Nebula.

Stillicidia.

ſermone in cœna domini. Hi ſunt dies. Sic eſt in ſpiritualibus cibis, quomodo in corporalibus, ut in quibuſdam ſapor ſtatim præſto ſit, in aliquibus oportet laborare: quæ manifeſta ſunt, noſtro non indigent miniſterio, quæ uerò clauſa ſunt, diligentem uolũt habere conſideratorẽ. Neq; mater tradit paruulo nucem integram, ſed frangit eam, et nucleũ porrigit: Sic et ego uobis quæ clauſa ſunt aperire debueram, ſed quia minus poſſum, rogemus pariter mihi & uobis mater ſapientia, frangat iſtas nuces, iſtas inquàm quas protulit ſacerdotalis uirga uirtutis, quam miſit dominus ex Sion.

Spirituales & corporales.

Nux.

Nucleus.

Mater ſapientia.

Sermo. 1. de 7. panibus. Euangelium ſpeculum eſt ueritatis, nemini blanditur, nullum ſeducit, talem ſe quiſque reperiet, qualis fuerit, ũt nec ibi timore trepidet, ubi non eſt timor, nec lætetur cum malefecerit.

Euangeliũ.

Speculum.

Sermone de ſancto Andrea 1. Fluuius eſt prædicatorum ordo, non eodem permanens loco, ſed extendens ſe & currens, ut diuerſas irriget terras.

Concionatores.

Sicut per rimã ſentinæ aqua latenter intrat, & excreſcit, donec nauis per nautarũ incuriã demergitur: ita ex ocio atq; ignauia cogitationes prauæ & cõcupiſcentiæ multiplicãtur, donec nauis cordis eis ſuccumbens in peccato periclitetur.

Ocium.

Ignauia.

Neq; id ſentire anima poterit, dum uilem muſcarum prædam, deſyderio captans inſatiabili, aranearum inſtar, ex uiſceribus proprijs, intexere retia uideretur.

Muſcæ.

Araneæ.

Sermo.

Ser. ad clericos ca. 4. Si uidiſti hominē ſcalpere manus, et uſq; ad ſanguinē confricare, euidentē habes in eo ſimilitudinē animæ peccātis expreſſam. Cedit ſiquidē uoluptas illa dolori, et ſuccedit pruritui cruciatus Neq; id ignorabat, ſed diſſimulabat ille dū ſcalperet: Sic laceramus, ſic exulceramus ꝓprijs manibus animas infelices, niſi quod tantò grauius, q̃tò excellentior eſt ſpiritualis creatura, & cui difficilius medeatur. Scalpens manus & ad ſanguinem uſq; cōfricans. Anima peccans.

De Aduentu CHRISTI. CHRISTVS *flos cāpi, et nō horti. Cāpus enim ſine omni humano floret adminiculo, nō ſeminatus ab aliquo, nō defoſſus ſarculo, non impinguatus fimo: Sic omnino uirginis aluus floruit, ſic inuiolata, integra & caſta* MA*riæ uiſcera, tanq̃ paſcua æterni nitoris floruerunt, cuius pulchritudo nō uidit corruptionē, flos in perpetuū nō marceſcat.* Flos cāpi. Deiparæ uirginis aluus.

Sermo. 57. *Nonne medici corporū medicinæ portionem diffiniūt eligere in ſumendis cibis quid prius, q̃d poſterius, & quēadmodum quidq; ſumi oporteat? Nam & ſi bonos conſtat eſſe cibos quos* DEUS *creauit, tu tamen ipſos tibi ſi in ſumendo modum & ordinem non obſerues, reddis bonos non plane bonos. Ergo quod dico de cibis, hoc ſentite de ſententijs.* Cum offendiculo paſſimue ſcentes quouis cibo.

Sermone 5. *Cur ergo hoc diſpliceat in ſenſibus ſcripturarum, quod in uſibus rerum aßiduè experimur? In quantos (uerbi cauſa) ſola aqua noſtrorum aſſumitur corporum uſus? Ita unuſquilibet diuinus ſermo non erit ab re, ſi diuerſos pariat intellectus, diuerſis animarum neceßitatibus & uſibus accommodandos.* Aqua. Diuerſi ſcripturarum intellectus.

In Cantica, ſermone 73. *Quid ni dulce eruam ac ſalutare epulum ſpiritus, de ſterili & inſipida litera, tanquàm granum de palea, de teſta nucleum, de oſſe medullam? Nihil mihi & literæ huic, quæ guſtata carnem ſapit, glutita mortem affert.* Epulum ſpiritus. Granum. Nucleus.

fert. Quod in ea tectum eſt, de ſpiritu ſancto eſt. Spiritus autem loquitur myſteria, ſed Iſrael pro uelato myſterio, ipſum myſterij uelamen tenet, quia adhuc uelamen poſitum eſt ſuper cor eius: Ita quod ſonat litera, illius eſt, quod deſignat, meum enim ac per hoc illi miniſtratio mortis in litera mihi uita in ſpiritu. Nam ſpiritus eſt qui uiuificat, dat quippe intellectum. An non uita intellectus? Intellectũ da mihi, & uiuam, ait Propheta. Intellectus non remanet extra, non hæret in ſuperficie, non inſtar cæci palpat forinſeca, ſed profunda rimatur, precioſiſsimas ſolitus exinde ueritatis exuuias tota auiditate diripere, ac tollere ſibi, lætabor ego, ait propheta, ſuper eloquia tua, ſicut qui inuenit ſpolia multa.

Litera. Spiritus. Intellectus. Eloquia.

Vita. Motus. Bona opera. Charitas.

Sermone 2. de reſurrectione domini. Sicut corporis huius uitam ex motu ſuo dinoſcimus: Ita & fidei uitam ex operibus bonis. Itaque uita quidem corporis eſt anima per quam mouetur & ſentit: uita uerò fidei, charitas eſt qui per illam operatur.

Riuus. Conſcietia. Torrens. Detrimeta. Aſina. Anima.

Lib. 4. de conſideratione ad Eugenium. Riuus qua fluit, terram cauat: ſic decurſus temporalium, conſcientiam rodit. Si poteſt torrens in agros excurrere ſine læſione ſatorum, & tu te poſſe iſta ſine mentis uulnere tractare confidis? Quotidianas expenſas quotidiano reciprocamus ſcrutinio, & innumera dominici gregis detrimenta neſcimus, de precio eſcarum, & numero panum cum miniſtris quotidiana diſcuſſio eſt, rara admodum celebratur collatio cum presbyteris, de peccatis populorum. Cadit aſina, & eſt qui ſubleuet eam: perit anima: & nemo qui reputet: Sic optimi æſtimatores rerum, qui magnam de minimis, paruam uel nullam de maximis curam gerunt.

Sermo. de aſcenſione domini. Errat ſi quis cœleſtem dulcedinem ſpiritus, huic cineri diuinum balſamum, huic ueneno chariſmata illa ſpiritus miſceri poſſe huiuſmodi illecebris arbitratur ueritatem uanitati, lucem tenebris, ſpiritum carni, ignem tepiditati. Eijce ancillam & filium eius. Dulcedo. Balſamum. Chariſmata.

Lib. de gratia & libero arbitrio. Lapſus ex uoluntate, non æque ex uoluntate reſurgere iam liberum habet. Non enim tam facile quis ualet exire de fouea, quàm facile in eam labi. Cecidit ſola uoluntate homo in foueam peccati, ſed non ex uoluntate ſufficit & poſſet reſurgere, cum iam & ſi uelit, non poßit non peccare. Fouea. Voluntas.

Lib. de diligendo Deum. Si famelicum hominem apertis faucibus, uento inflatis haurire buccis aërem cernas, qui quaſi cõſulat fami, non credas inſanire? Sic non minoris inſaniæ eſt ſi ſpiritum rationalem rebus putes quibuſcunque corporalibus non magis inflari, quàm ſatiari. Famelicus. Spiritus rationalis.

Quis noſtrum exteriorem hanc ueſtem qua tegitur, ſi repente obſcœnis undiq; ſputis illitam, & fœdißimis quibuſque ſordibus inquinatam cõſideret, non uehementer exhorreat, non ulociter exuat, non indignanter abijciat? Itaque qui non ueſtem, ſed ſemetipſum intus ſub ueſte talem reperit, eò amplius doleat, & animo conſternetur oportet, quò propius tolerat quod exhorret. Quid eſt caro iſta, niſi corruptibilis quædam tunica qua ueſtimur? Veſtis. Sputa. Sordes. Totus undiq; cõſputcatus. Caro.

In cantica ſermone 13. Quòd ſi copiæ aquarum ſecretis ſubterraneisq; recurſibus inceſſanter æquora repetunt, ut inde rurſus ad uiſus, uſuſq; noſtros iugi & infatigabili erumpant obſequio: cur non etiam ſpirituales riui, ut arua mentiũ rigare non deſinant, proprio fonti, ſine fraude & intermißione red- Copiæ aquarum. Spirituales riui.

ne reddantur? Ad locum unde exeunt, flumina reuertantur gratiarum, ut iterum fluant. Remittatur ad ſuum principium cœleſte profluuium, quò uberius terræ refundatur.

Ictus oculi. *Sermone 16. Ictus oculi eminus ſummitates ramorum, et montium cacumina peruolabat: ſed uallium ſubteriacens uaſtitas & denſitas dumetorum fruſtrabatur obtutus.*

Canes. Venatores. *Canibus & uenatoribus plerũq; contingit à beſtia quam aggreſſi erãt, deſiſtere, et ſequi aliam, quæ inopinantibus forte occurreret: Ita & nos ad id quod intermiſimus reuerſuri.*

Concha. Canalis. *Sermone 18. Concham te exhibebis, non canalem. Hic pene ſimul recipit & refundit. Illa uerò donec impleatur, expectat: & ſic quod ſuperabundat, ſine ſuo damno communicat, ſciens maledictum, qui partem ſuam facit deteriorem.*

Stultus. Sapiens. Dogmatiſtæ. *Stultus profert totum ſpiritum ſuum: ſapiens reſeruat in poſterum. Canales multos habemus, conchas perpaucas. Tantæ charitatis ſunt per quos nobis fluenta cœleſtia emanant, ut antè effundere quàm infundi uelint: loqui, quàm audire paratiores, & prompti docere quod non didicerint, & alijs præeſſe geſtientes, qui ſeipſos regere neſciunt. ſi non habeo niſi parumper olei quo ungar, putas tibi debeo dare, &* Oleum. *remanere inanis? Seruo illud mihi, & omnino niſi ad prophetæ iuſſionem non profero.*

Quatuor paradyſi fontes. Miſericordia. Sapientia. Gratia. *Sermone 1. de natiuitate* CHRISTI. *Vt in paradyſo terreſtri quatuor fuere fontes, qui uniuerſam irrigarent terram: Ita in* CHRISTO*, qui noſter eſt paradyſus, quatuor eſt reperire fontes. Primus fons miſericordiæ, ad diluendas culpas aquis remiſſionis. Secundus fons ſapientiæ, ad potandum ſitim noſtram aquis diſcretionis. Tertius fons gratiæ, ad irrigandas plantas bonorum*

rum operum aquis deuotionis. Quartus fons ad condiendum & decoquendum noſtras affectiones aquis æmulationis. Et de iſtis intelligi poteſt illud Iſaiæ: Haurietis aquas in gaudio de fontibus ſaluatoris. Affectiones Fontes ſaluatoris.

Epiſtola 72. Lex CHRISTI onus eſt alleuians aut iugum liberans, ſimilis pennis auium, quæ corpulentiorem reddunt ſubſtantiam & agiliorem, groſſeſcit inde natura, unde ſarcina alleuiatur, & quantum creſcit in maſſa, tantum decreſcit de pondere. Item & quadrigæ comparatur, quæ admota iumento ſarcina, quæ ab ipſo moueri non poterat, auget quidem, ſed portabiliorem facit, onus oneri additur, & minus onerat. Lex CHRISTI. Quadriga

Alicubi fidem cum uite componit, palmitibus reliquas uirtutes, & botris opera. Fides. Virtutes.

Sermone 1. de omnibus ſanctis. Vt Adæ indignamur meritò omnes, quòd uxori ſuæ potius obedierit quàm Deo: Ita & nobis ipſis diſpliceamus, quòd carni noſtræ aut quibuslibet alijs creaturis magis quàm Deo placere ſtudemus. Adam. Eua. Caro.

In ſermone de Bened. Vt Simon Cyrenæus CHRISTI crucem tulit, angariatus, non uolens: Ita hypocritæ alienum onus pro CHRISTO nolentes portant, opere exequentes foris, quod intus non amant. Simon Cyrenæus.

Sermone 3. de purificat. Vt uidua euangelica duo æra minuta miſit in ærarium templi: Ita nos duo minuta, puta corpus & animam, domino Deo offeramus. Minuta duo Corpus.

Epiſtola ultima. Quemadmodum aſperior carduus pannum facit leniorem: Ita durior conuerſatio conſcientiam molliorem & tranquilliorem. Carduus. Dura conuerſatio.

Vt

Heliſei farinula. Vt Heliſci farinula potum dulcorat: Sic gratia ſpiritus labores alleuat.

Bonus. Sequax. Durus. Obediens. De conuerſione Pauli ſermone 1. Magna eſt diſsimilitudo inter bonum & ſequacem: atq; inter durum & pertinacem. Nam huic dicere habet prælatus: Quid tibi faciam? quod dominus ad eum nondum illuminatum ait. At perfectus & obediens populus dicit id Pauli dictum: Domine quid me uis facere?

Aqua fluminis. Gratiæ. Fluminis aqua ſi ſtare cœperit, putreſcit, & inundatione facta ſuperueniens repellitur: Sic planè gratiarum ceſſat decurſus, ubi recurſus non fuerit.

Amor Dei. Virga Moyſi. Magorum uirgæ. Amor mundanorum. Sermone de aſcenſione. Amorem Dei comparat uirgæ Moyſi uerſæ in ſerpentem coram Pharaone: & amores omnium aliarum rerum mundanarum uirgis magorum Pharaonis in colubros uerſis. Vnde ſerpens Moyſi deuorauit alios ſerpentes aliarum uirgarum, ad deſignandum, quòd amor Dei quaſi ignis conſumens deuorat amorem omnium mundanorum.

Oratio. Meditatio Sermone de duobus diſcipulis euntibus in Emaus, comparat orationem turturi, meditationem uero columbæ, quæ dulces querimonias ſubmurmurant in foramina petræ.

Alligatura Pœnitētia. Sermone de circunciſione. CHRISTVS alligaturā non refugit, cum tamen uulnus non haberet: Nos uerò qui uulnerati ſumus, obligari pœnitentia erubeſcimus.

Mendici. Miſericordiæ imploratio. Sermo. 4. de aduentu domini. Aliter et ſapientius mendici, quàm nos, miſericordiam implorant. Nam eleemoſynā petentes, non precioſas ueſtes oſtendunt, ſeminuda membra, aut hulcera ſi habuerint, hominum aſpectibus exhibent. Nos uerò exemplo phariſæi ſi quid boni fecerimus aut minus malum quàm alij, Deo ueluti exprobramus.

Sermo-

Sermone 2. de aduentu. Vt in lacte ouis duo ſunt, butirum humidum & pingue, item caſeus acidus & durus: Ita in homine duo reperies, naturam bonam et dulcem tanquàm butirum: & peccati corruptionem ut caſeum. Hinc de CHRISTO in Eſaia dicitur: quòd comedit butirum, non autem caſeum. Nam etſi humanam aſſumpſit naturam, tamē ſine uitio aſſumpſit. Sicut apis mellis habet dulcedinem, & aculei punctionem: Sic huius apis, nimirum CHRISTI, mel & aculeū non ignorat, qui ei miſericordiam & iudicium decantat. Butirum. Caſeus. Natura bona. Peccati corruptio. Apis. Aculeus. Iudicium.

Sermone 6. de aduentu. Quis ruſticus, ſi fortè nobilis, & præpotens quiſpiam apud eum uoluerit hoſpitari, non libenter in angulo domus ſuæ, aut ſub gradibus ſuis, uel potius in ipſis cineribus occubabit, cedens hoſpiti ſuo locum, ſicut dignū eſt potiorem? Sic caro, quæ in regione propria habitat, animæ exuli honeſtum præbeat hoſpitium, neq; animæ uelit dominari: ſed eligat ſubſeruire, ac etiam multa pati, quandoquidem multam ex illa expectat mercedem. Nam ſi anima imaginem inuenta ſit habere Dei, corpus informabitur, & configurabitur corpori claritatis CHRISTI. Ruſticus. Nobilis. Caro. Anima.

Adalardus in inſtitutione quam ſorori ſcripſit.

Panni linei niueo candore candidi ſuo candore caſtitatem commendent, & ſimplicitatem demonſtrent. Cogita quo labore, quibus tonſionibus in quo creuit, colorem exuerit, & ad talem candorem peruenerit, ut ex eo altare ornetur, & corpus CHRISTI uelatur. Cum terreno colore omnes naſcimur, quoniam in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea. Primo igitur linum aquis immergitur, nos in aqua baptiſmatis CHRISTO conſepelimur. Ibi deletur iniquitas, ſed non lauatur infirmitas. Linei pāni Caſtitas. Euchariſtia. Linum.

tas. Aliquid percepimus candoris in peccatorum remiſſione, ſed necdum plene terreno colore exuimur pro naturæ quæ reſtat corruptione. Poſt aquas linum ſiccatur. Neceſſe eſt ut poſt aquas baptiſmatis corpus per abſtinentiam maceratum, illicitis humoribus uacuetur. Deinde malleis linum tunditur, & caro noſtra multis tentationibus fatigatur. Poſt hæc ferreis aculeis diſcerpitur, ut deponat ſuperflua. Et nos diſciplinæ ungulis raſi uix neceſſaria retinemus. Adhibetur poſt hæc lino ſtimulorum lenior purgatio. Et nos uicti cum magno labore peſſimis paſſionibus, à leuioribus & quotidianis peccatis ſupplicij confeſſione & ſanctificatione mundamur. Iam nunc à nentibus linum in longum producitur. Et nos in acriora perſeuerantiæ longanimitate extendimur. Porrò ut ei perfectior accedat pulchritudo, ignis adhibetur & aqua. Et nobis tranſeundum eſt per ignem tribulationis, & aquam compunctionis, ut perueniamus ad refrigerium caſtitatis. Hæc tibi oratorij tui ornamenta repræſentent: non oculos tuos ineptis uarietatibus paſcant.

Confeſsio. Perſeuerantia. Tribulatio. Cōpunctio.

Abſolon Sermone quinto de aduentu domini.

Vita humana eſt ut nauis, quæ bonis operibus uelut quibuſdam mercibus onuſta, in portum ſalutis tendit: gubernaculum huius nauis eſt ſermo DEI, *qui in mari huius ſeculi ita aduerſa & proſpera debet dirigere ad portum: Sed ubi peccatrix anima repulerit uerbum* DEI *à corde ſuo, tunc uentis, procellis, tempeſtatibus irruentibus undecunque quaſi fracto gubernaculo, periclitetur*

Vita humana. Sermo Dei. Peccatrix anima.

tempeſtate: Ab aquilone diaboli ſuggeſtio, à meridie uana gloria.

Qui ingenium ſuum ad poëtas, & philoſophos conuertit, quaſi qui aureum hamum mittit in lutoſam aquam, quia pro re uili in profundo detinetur, nec poteſt iactura lucro piſcis compenſari. Poëtæ. Philoſophi Aureus hamus.

De natiuitate domini. Mater modo lactat filium, nutrit, fouet, modo flagellat, & increpat: magis tamen procedit de pietate materni pectoris fouere, nutrire, quàm flagellare: hoc naturali pietate facit, illud à filio prouocatur: Ita & filius Dei naturaliter bonus nobis exhibet pietatem: prouocatus noſtris peccatis facit ultionem. Maternum obſequium Pietas Dei Vltio diuina.

Sermone 3. de annunciatione MARIAE.

Quidam uir nobilis, & eius ſeruus tibi in cuſtodia dati ſunt, ea lege, ut ſeruum pane & aqua more ſerui, nobilem ſecundum dignitatem natalium ſuorum procurares ſplendide. Tu uerò contrarium, nobilem fame & ſiti, & multis iniurijs confeciſti: ſeruum uerò delicate nutriſti, omni genere delitiarum inſolentem feciſti, rebellem domino ſuo cui inſurgens uulnerat inultus, occidit tandem. Quid reſpondebis ei, qui utrunque tibi commiſit? Tu homo, crudelis homo fuiſti, qui nobilem uirum, ſpiritum, & animam nullis delitijs uirtutum, nulla pinguedine deuotionis refeciſti, ſeruum contumacem nutriuiſti delicate, qui carnem gula, ebrietatibus uoluptatibusq; huius uitæ ineſcaſti. Caro inſurgit in ſpiritum, cum uitijs ſeruire coëgit, uulnerat, occidit. Vir nobilis Seruus. Spiritus. Anima. Crudelis homo. Caro. Spiritus.

Diſce quid faciendum tibi ab eo qui accipitrem portat in læua, ut iactet ad dexteram, et ſic prædam capiat. Si euolare Accipitrem portans.

facit cum ad ſiniſtram, nil capit, perdit operam impenſam:
Secularis homo. Ita tu ſecularis homo, cuius cor in læua, id eſt, bonis temporalibus requieſcit, per amorem, fac accipitrem tuum, id eſt,
Anima. animam euolare ad dexteram, id eſt, uitam æternam, ut capiat eam, ut à læua ad dexteram tranſeat, dum bona temporalia in pias cauſas erogas.

Incenſum. Libro 1. de dedicatione eccleſiæ. Vt incenſum, quum incenditur, flammam, fumum, odorem ex ſe mittit: Ita omnino
Oratio. Deo grata, fumum compunctionis ob peccata, flammam charitatis ob amorem cœleſtium, odorem deuotionis per aſcenſionem mentis in Deum.

Philippus presbyter commentariorū in Iob li. 2. ca. 24.
Hæretici prædones. Hæretici prædonum more à uia abigunt ueritatis, dum eos fallacijs ſuis bono naturæ & uirtute animi ſpoliant, ſiue gentilem ſenſum, animalis nomine ſignificatum, ab eis quidem auferunt, dum ſub prætextu ueræ religionis, eos in perfidiam ſuam ducunt, & faciunt eos filios gehennæ.

Nox. Tenebræ. Omnes ſenſus hæreticorum nocti & tenebris comparandi ſunt, quia lumine non ueritatis, qui cum de lege furentur & Euangelio, unde ſibi eoſdē prauos ſenſus de cordis ſui figmento componunt, manifeſtum eſt quia ad autoritatem ſibi fa-
Aliena furari. ciendam aliena furantur, de quibus ſcriptum eſt: Vidi, ait Propheta, & ecce uolumen uolans, longitudo eius uiginti cubitorum. Et dixit dominus ad me: Hæc eſt maledictio quæ egreditur ſuper faciem omnis terræ, & ueniet ad domum furis, & ad domum iurantis in nomine meo mendaciter, & commorabitur in domo eius, & conſumet eum & ligna eius & lapides eius. Et dominus de his dicit in Euangelio, cum de ueris & bonis paſtoribus loqueretur, di-

ens: Qui autem aſcendit aliunde, fur eſt & latro.

Oculus adulteri obſeruat caliginem, dicens: Nonne uidebit oculus, & operiet uultum ſuum.) Sicut homicida & fur unuſquiſque hæreticus nuncupatur: Ita adulter recte intelligitur, cum ad ſenſus ſuos eloquia diuina conuertit, & adulterat uerbum DEI. De his propheta ita dicit: Caupones tui aquam uino miſcent, id eſt, adulterinis doctrinis ſuis meram atque ſynceram Euangelij doctrinam intellectus ſui peruerſitate corrumpunt. Et PETRVS Apoſtolus ait de his: Hi ſunt fontes ſine aqua, & nebulæ turbinibus exagitatæ. Et IVDAS: Hi ſunt nubes ſine aqua, arbores autumnales infructuoſæ, fluctus feri maris, ſydera errantia. Vanitate itaque & præſumptione hæretici cæcatus uultus mentis illius operitur, & excreſcente in eo tumore ſuperbiæ, tota præcordia eius & uiſcera conteguntur. Oculus adulteri. Homicida. Fur. Caupones. Hæreticorum epitheta.

Perfodit in tenebris domos, ſicut in die condixerant ſibi & ignorauerunt lucem.) In erroris ſui tenebris uiuens unuſquiſque hæreticus, atque in doctrinæ prauitate conſiſtens, non dulci & ſuaui ſermone Euangelij, qui ſicut imber placidus, & ros cum ſilentio in animas deſcendit, ſed aſpero potius & ad uulnerandum nimium præacuto domos perfodit animorum. Hoc enim uelut in die condixerunt ſibi hæretici, ut omnes mortiferis iaculis doctrinæ noxiæ perforarent, quando in eccleſia adhuc, hoc eſt, in die ueritatis poſiti, hæreſes facere condixerunt, quia & ſi diuerſæ diuerſo tempore erant ſenſibus, uno tamen diſcordiæ ſpiritu ſchiſmata facere moliuntur. Suauis Euãgelij ſermõ. Mortifera iacula. Schiſmata.

Fulgentius ad Theodorum ſenatorem. Cum oculus ſic Oculus.

factus eſt, ut uidere lumen poßit, ſed uidere non poteſt,
Gratia. *niſi ſe illi lumen infuderit: Ita bonum quod facis, gratiæ aſ-*
ſcribendum. Nam quod uidet oculus, beneficium eſt luminis,
quo ſi careret, cæcus remanebit in tenebris.

Alienis plumis ſuperbire. *Vti ſumma confuſio eſt, alienis ornamentis ſe extollere: Ita inſanire eſt manifeſte quenquam, qui gratias quæ à Deo ſolo profectæ ſunt, uirtuti ſuæ attribuit.*

Traditiones. *Ignatius in epiſtola ad Heronem. Omnis igitur, qui dixerit præter ea quæ tradita ſunt, tametſi fide dignus ſit, tametſi ieiunet, tametſi uirginitatem ſeruet, tametſi ſigna*
Lupus. *faciat, tametſi prophetet, lupus tibi appareat in grege ouium, corruptionem faciens.*

Inanis gloria. *Mapheus de perſeuerantia religionis lib. 2. cap. 3. Priſci patres naturam inanis gloriæ deſcribentes, cæpis & bullis perſimilem eſſe dixerunt, quibus multiplici ueſte contectis,*
Bullæ. *cum unam exueris, alia rurſum, quæ penè illam ſequens latebat, quaſi rediuiuo ordine pullulans aperitur.*

Panis. *Cliniacus. Quemadmodum panis præ cæteris terræ alimentis, ſuſtentationi corporũ: Ita ſaluti animarum, ſupra om-*
Aßidua mortis meditatio. *nia quæ bene ſanctéq; fiant, cogitatio aßidua mortis neceſſa-*
ria. Nam memorans nouißima ſua, non peccabit.

Inanis gloria. *Inanem gloriam cum formica componit, quæ breuis licet & puſilla, ingentes tamen ſegetum fructus, graui labore quæ-*
Formica. *ſitos rapit. Inſidiatur formica ut grana matureſcant: ſtat itidem in inſidijs inanis gloria, expectans ut ſpirituales diuitiæ cumulentur: gaudet formica coaceruatas frugum opes populari: gaudet pari modò inanis gloria bene partos uirtutum theſauros diſpergere.*

Virtuti cuilibet ſemper uitij aliquid ſe immiſcet, non ali-

ter ac haurienti aquam, è fonte accidere ſolet, qui cum aqua & ranam ſimul trahit, hæc una tamen, tanquàm commune quoddam collyrium, aut peſtiferum poculentum, omnibus ſi latenter uirtutibus permiſcet, magno ſemper ceſſura nocumento, hoſpitalitati crapula, diſcretioni aſtutia, prudentiæ malignitas, manſuetudini pigritatio, iuſtitiæ duricies cordis, amor propriæ uoluntati, ſilentio amaritudo animi, gaudio ſpiritusſancti iactantia. Cum aqua & ranam hauriens. Collyrium Decipimur ſpecie recti

Iſichius in Leuiticum libro 1. capite 2. Quemadmodum humectos fructus, & qui necdum poſſunt moli, ut fiant farina, aut ſimila, quando uolucrimus aptos eſui reddere, igne bicos confringentes, paleas eorum in eo quod eos frangimus, ſeparamus: Sic quicunque necdum ſcientiam ſolidam habemus, nec ſubtilem excelſamq́; theologiam, necdum enim illam diſcernere idonei ſumus, ſpiritalium ſcripturarum perfectam ſcientiam non habentes, opus habemus eam in igne ſpiritus frangere, id eſt, illius operationem & ſubminiſtrationem nobis commodare, ut ab ea literæ paleas ſeparemus. Humecti cibi. Solida ſciẽtia. Ignis ſpiritus.

Li. 2. ca. 6. Quemadmodum igne qui uult calefieri, ſufficit ſi tangat illum. Nam ſi interius mittat manum, pro eo quod calefieri potuit calefieri, comburitur: Sic & qui profundius uel altius de Deo diſputare præſumit, pro eo quòd glorioſius quid uult oſtendere, in blaſphemiam cadit, dum comprehendere altitudinem diuinorum dogmatum non poſſit. Igne uoles calefieri. Profunda diſſertatio

Leo papa ſermone 4. de Epiphania domini. Si lux iſta uiſibilis, nullis immunditijs, quibus ſuperfuſa fuerit, uiolatur, nec radiorum ſolis nitore, quem corpoream creaturam eſſe non dubium eſt, loca ulla ſordentia uel cœnoſa contaminantur: quid illius ſempiternæ et incorporeæ lucis eſſentiã potius Lux. Radij ſolis

qualibet ſui qualitate pollucre, quæ ſe ei, quam ad imaginem
Purificatio ſuam condidit, ſociando creaturæ purificationem præſtitit,
Maculæ. maculam non recepit, & ſic ſanauit uulnera iniquitatis, ut nul
la pateretur damna uirtutis.

Olympiodorus in commenta. in Eccleſiaſten cap. 12. Sicut
stimuli. enim ſtimuli boues pungunt, urgentq; aratro ſulcum proſcin
Theologorum uerba dere: Ita & theologorum uerba excitant nos, qui ſpe bona
aramus, proſcindere ſulcum ſpiritualem: ut cũ purgatus fue-
rit ager cordis noſtri, pulchros in eo uirtutis ſurculos conſe-
Claui igniti et ardentes. ramus. Similia quoque ſunt clauis ignitis atque candenti-
bus, qui altius ac facilius lignis infiguntur: Ita & ſapien-
tium uerba theologorum, in penitiſsimos ſinus intellectus no-
ſtri altius figuntur.

Sulpitius in uita Martini epiſtola ad ſocrum ſuam Baſil-
lam. Martinus Cordatēſem diœceſim uiſitaturus pacem cleri
cis illius eccleſiæ diſcordantibus cupiens reformare, profectus
cum ſuo comitatu diſcipulorum frequentiſſ. ut ſemper, mergu
Merguli. los in flumine aruſpicatur, piſcium prædam ſequi, & rapa-
cem ingluuiem aſsidens urgentē capturis, Forma, inquit, hæc
Dæmones. dæmonum eſt. Inſidiantur incautis, capiunt neſcientes, ca-
ptos deuorant, exaturari non queunt deuoratis.

Primaſius epiſcopus Vticenſis in Apocalipſim lib. 4. Si-
Fumus. cut fumus præcedit incendium: Sic flammam fidei & chari-
Confeſsio peccatorũ. tatis præcedit confeſsio peccatorum.

Ranæ. Diabolus. Ranæ & loco & uiſu, moleſtoq; ſtrepitu ſic odibiles ha-
bentur, ſicut diabolus cum ſuis agnoſcitur abominabilis ue-
ritati: Ita & pſeudoprophetæ more ranarum, tanq̃ animan
tibus coaxantibus nocte, damnabiliter erroris latratu conue
nit perſtrepere. Quid cœnum compares cœlo, quod conuenit
habi-

habitationi ranarum, tanq̃ horrendum pſeudopropheta bla ſphemijs? Tantum diſtet doctores ueritatis à pſeudoprophe tis, quantum ranæ à ſanctis hominibus, qui pſeudoprophetæ ſicut ranæ ignaros impediunt, ne quicto deuotionis cultu per cipiant ueritatem. Pſeudopro phetæ. Doctores ueritatis.

Libro 5. Aquila præ cæteris auibus cognoſcitur altius euolare, uiſo tamen eminus cibo, indigentia naturali ſubacta, mox ad ima deſcendit: Sic Eccleſia in ſpiritalibus membris cum ea quæ ſurſum ſunt, mente petat & ſapiat, infirmitate tamen corporis aggrauata, neceßitatibus ſubiacet indigentiæ corporalis, pro quib. ingemiſcit & parturit uſq; adhuc. Naturalis indigentia Spiritali Eccleſiæ membra.

Eucherius Lugdunenſis Epiſcopus in Epiſtola parænetica ad Valerianum. Nonne uides, ut etiam in hac uita quiſque prouidus locũ aut agrum in quo diutius ſe commoraturũ pu tat, copioſis in uſum faciat impendijs, & ubi paruo quis erit tempore, parua prouidet: & ubi maiore, maiora procurat? Nobis quoq;, quia in præſentiarum breuißimum coarctantibus anguſtijs tempus eſt, in futura ſecula erunt, competentibus copijs uitã exaugeamus æternam, cõpetentibus inſtrua mus, exiguã ne promißione peruerſa impendamus, breui tem pori curam maximam, & maximo tempori curam breuem. Prouidus. Impendia.

Si hominum quiſpiam clarus ac locuples in locum libero rum te adoptaturus acciret, ires per oppoſitas rerum difficultates, & per quamuis longi receſſus iter iactatus curreres. Deus uniuerſitatis, rerumq; dominus te in adoptionem uocat, illud (ſi uelis) tibi blandum filij nomẽ impartiens, quo deũ noſtrum unicum ſuum nuncupat, & non accenſus raperis? nõ properus urgeris, ne conditionem tãtam celeri occurſu mors præripiat? Adoptio.

Oculorum obtutus. Ecce ea quæ nobis in ipſos oculorũ admouentur obtutus, non abſolute quaſi oppreſsis uiſibus intuemur: multò uerò certius in ea quæ eminus offeruntur, uelut expeditis luminibus intendimus: Ita ferè de præſentibus futurisq; eueniſſe non eſt ambigendum. Nam præſentia, tanquam in oculos ingeſta, non rectè cernuntur: futura, tanquam ab oculis reducta, manifeſtiſsime perſpiciuntur.

Præſentia Futura.

Scriptura. Gemma. Scriptura dum intrinſecus radiat, uelut precioſiſsima quæque gẽma in profundũ fulgorẽ conſiderantiũ demittit oculos

Certe ſi ad te quiſpiam rerum haud ignarus accedat, malis ipſum te amet, quàm iſta quæ tecum ſunt: idq; eliges, ut ille uitæ tuæ potius, quàm opibus tuis affectum ſuum conferat. Vis hanc homini fidem ſeruare, non rebus. Quod tibi tribuere uelis aliũ, ipſe hoc tibi, qui es tibi fidiſsimus, tribue. Nos nos potius amemus, quàm noſtra.

Homini fidẽ ſeruans non rebus.

Vndarũ iactus. Mortis terminus. Velut ex alto undarum iactus, alijs atq; alijs ſuperuenientibus in litoris extrema franguntur: Ita in terminum mortis ſuccidua alliduntur ætates.

Animi intẽtio. Dirigenda eſt omnis animi intentio in ſpẽ futuri, q̃ ſpem ut plenius ac manifeſtius cõſequaris, aperire eã etiam ſub alicuius exempli conditione non abnuã. Si cui aliquis quinq; hodie ex ære denarios offerat, quingentos uerò aureos in craſtinum ſpõdeat, optionemq; offerat, utrum æs ad præſens ſumere, an aurũ mallet in poſterũ: dubiũmne id eſt, quin præoptet grãdia illa munera cum parua mora? Tu quoq; breuis huius atq; æternæ uitæ conditione perſpecta, non eligas capere uilia, cum capere poſsis ſpecioſa.

Vilia.

Paſcaſius de ſpiritu S. Fides catholica in uniuerſum mundum per Patriarchas & Prophetas, & gratiæ diſpenſatores,

res, ſpiritu S. inſinuante diffuſa eſt. Hanc apoſtolica ſolicitudo atque perfectio, ſicut per ſanctas paginas dilatauerat, ita per ſymboli ſalutare collegit, & tanquam per diuerſas remediorum ſpecies diſpoſuit in corpus unum, ac uelut ex innumeris aromatibus pretioſum confecit unguentum, cuius odor omnes fines terræ potentia fragrantiæ ſpiritualis impleuit, ut in ipſo uniuerſitatis aſſenſu, uirtus appareat ueritatis. Specioſa.

Sed interrogas, utrũ ſemper ſpiritus ex patre procedat: Semper cum illo, ſemper ex illo, ſicut calor ex igne: Ita ſine intermiſſione profertur, ut egredi ſinat. Spiritus S. proceſſus.

Quòd uerò in ſingulos ſediſſe memoratur, id cauſſæ eſt, ut intelligatur per plures non fuiſſe diuiſus, manſiſſe in ſingulis totus, ſed ſicut fieri ignibus mos eſt. Hanc enim (ut nouimus) habet naturam ignis accenſus, ut quanti ad eum, quanti ad crinem purpurei ſplendoris aſpexerint, tãtis uſum ſuæ lucis impertiat, tantis miniſterium ſui muneris tribuat, & nihilominus in ſui integritate permaneat: Ita Sancti ſpiritus uirtus quantumlibet effluat, quantũlibet in plurimos gratia diuinæ largitatis exuberet: ſicut probatur recipere menſuram, ita nullam ſentit expenſam.

Hugo de S. Victore libro de carnalibus nuptijs uitandis. Duobus modis ignis extinguitur, ſcilicet dum ſubtrahuntur ligna, uel aſpergitur aqua: Sic luxuriæ flamma, dum ſubtrahuntur carnis incentiua, uel dum mens irrigatur lachrymarum affluentia, ſuffocatur, ne noceat. Ignis. Luxuria.

In fauo mellis duo ſunt, ſcilicet mel & cera: In facie meretricis ſimiliter duo, ſcilicet decor & gratia, hoc eſt, pulchritudo oris, & dulcedo ſermonis: Cera ſuccendit ignem, mel Mel. Cera. Decor. Gratia.

præbet dulcedinem: Sic pulchritudo meretricis igne libidinis inflammat carnem, blandimento lenocinantis ſermonis ſubuertit mentem. Stillat mel ex cera, dum meretrix uerba ſua mollit, & facit dulcia.

Heliſeus. Mulier debitrix. Gerſon ſuper Magnificat, Sicut Heliſeus ad clamorē mulieris debitricis multiplicauit oleum, unde ſatisfieret omnibus creditoribus, & adhuc ipſa & reliqui uiuerent: Sic & CHRISTVS in ſacramento altaris comprehenſus deuotionem augebit, ut omnibus exactoribus fiat ſatis.

Gulielmus Paral. in ſumma uirtut. tractat. 5. ca. 20.

Inſitio. Ramuſculi Obedientia. Solent inſeri arbori agreſti duo ramuſculi alicuius nobilis arboris, deinde arboris quæ prius fuit agreſtis, perdunt flores, frondes & fructus, ſecundum naturam arboris nobilis, à qua ramuſculi ſunt aſſumpti: Sic obedientia alienum ſenſum & alienam uoluntatem aſsumit, & cordi eius, qui promittit obedientiam, inſeruit, & iam cor illud ſecundum ſenſum & uoluntatem ſui ſuperioris operatur.

Rebelles. Rebelles, & inobedientia murmurantes ſunt uelut rotæ carri, quibus deeſt oleum unctionis, ſecūdum illud Eccleſiaſt. 23. Præcordia fatui quaſi rotæ currus.

Sunt præterea ſicut magni lapides, qui citra afflictionē & laſsitudinem mouentis moueri non poſſunt, de quibus Eccleſiaſt. 10. Qui transfert lapides, affligetur in eis.

Aromata. Idem libro 1. Sicut ſpecies aromaticæ cum in puluerem rediguntur, uehementer redolent: Ita hominis bona cum per humilitatem quaſi commuta fuerint, Deo ſunt gratiora.

Ionas. Vt Ionas quod detrectauit facere, coactus eſt uel inuitus (puta annunciare Niniuitis ſubuerſionē) Ita religioſus quod ſponte non facere uult, uel coactus frequēter facere inuenit.

Sicut

Sicut equus uidens non eſt idoneus currere ad molam: Sic qui habet proprium ſenſum, non eſt aptus uoluntati obedientiæ. Homo ſui ſenſus.

Sicut deformis pictor facere poteſt pulchram imaginem, nec uitium pictoris ſtatua deturpat: Sic & prælatus magnus facere poteſt bonum præceptum, & cui ſine periculo ſubditi obedire poſſunt, imò debent. Deformis pictor. Obedientia.

Idem in ſumma uitiorum & uirtutum Tractat. 9. c. 2. Fidelis medicus ægro deſperato uniuerſa concedit quæ appetit, ægro uero de cuius ſalute ſpes habetur, multa negat: Sic dominus reprobis abundantiam bonorum temporalium tribuit, ut ſi quæ bona egerunt, in mundo iſto mercedem recipiant. Alijs uerò merces ſeruatur ad futurum ſeculũ, ne iſtis tranſitorijs contententur. Deſperatus.

Sapientia moro arbori comparatur, quæ dicitur prouerbialiter ſapientiſſima arborum. Nam ultima flores producit, prima uerò uel in primis fructus: Ita non eſt diu antea oſtendum, quid poſſimus, uel uelimus, tarde promittendum & mature tunc præſtandum. Morus.

Gerſon parte 2. Sermone de omnib. Sanct. Vt arca Noë, quo magis abũdarunt aquæ diluuij, tantò altius ferebatur: Sic mãſuetus animus quò maiores erunt tribulationes aquæ, tantò erit excelſior. Arca Noë. Manſuetus animus.

Honorius ſermone de malis ſacerdotib. Vt non eſt attendendum ad opera ſeu acta referentis imperialia mandata: Ita nec priuatorũ, ſed tantum ſummi regis attendẽda iuſſio. Imperatoria mandata.

Felicianus Epiſc. ſermone 38. Diues & pauper ulmo & uiti aſſimilantur. Vlmus ex ſeſe ſterilis eſt, quemadmodum & diues: Vitis uerò ferax, & ſibi ſuſtinendæ non ſufficit: Et pau Diues. Pauper.

peres

peres ſuſtētet oportet, ut ulmus non ſit planè inutilis & excin(datur.

Guliel. Paral. in ſum. uirtut. & uitior. Machab. 4. Iudas Machabæus dixit: Ecce contriti ſunt inimici noſtri, aſcendamus nunc mundare ſancta et renouare: Ita ſpiritus contritus eſt de peccatis, cordis compunctione, antequã mundetur per confeßionem noſtræ conſcientiæ, & per ſatisfactionem renouatur.

Cordis cõpunctio. Confeßio.

Infernus. Auaritia.

Theophraſtus Epiſc. Alexandrinus libro 5. paſchal. Infernus mortuis non expletur, ſed quantò plures ſuſceperit, tãto plures deſiderat. Imitatur eum auaritia, quæ ſatiari non poteſt, ſed quicquid habuerit, plus requirit.

Honorius ſermo. de dominica 40 Si pro cupreo nummo aureos centũ quiſquã recipere poßit, certatim ſe omnes ad illud emporium conferrent: Vt pro caducis iſtis temporalib. uitam æternam commutare poßimus, & nemo feſtinat.

Emporium Temporalia.

Honorius ſermone de circumciſione. Vt aquila per ſenectutem tam curuum acquirit roſtrum, ut ueſci non poßit, niſi ad lapidem dein percutiendo aduncitatem frangat, quo facto rurſus edit & bibit, & reiuueneſcere dicitur: Sic peccator, qui peccatis eſt prægrauatus, nil ſpirituale ei ſapiat, morietur fame, niſi ad petram CHRISTVM per pœnitentiam ſe fortiter ac diu percutiat, uſque ad propoſiti mutationem, & duritiei abiectionem.

Aquilæ iuuentus. Peccator.

Iaco. de Valent. in expoſit. 42. Pſal. Vnicornis ſiue monoceros eius uirtutis eſt, ut ſuo cornu attacta aqua etiã aliquo ueneno corrupta reddatur ſalutaris, unde traditur à naturalibus prius attingere aquam cornu quam bibat: Ita CHRISTVS ſua humanitate aquas peſtiferas reddidit ſalubres ad peccatorum remißionem.

Vnicornis ſiue monoceros.

Guliel. Paral. Eccl. 19. *Sagitta infixa fœmori canis, ſic uerbum in corde ſtulti.) Sicut enim canis non quieſcit, donec eiuſcemodi remouerit è fœmore ſuo: Ita nec ſtultus quieſcere poteſt, donec uerbum malum quod de proximo audiuit, alijs retulerit.* *Sagitta. Canis. Stultus.*

Theodoric. Arck tract. de utilitate Monach. *Vlmus & ſi uinum non profert, tamen uitem uinum producentem ſuſtentat: Ita par eſt, eum qui uirginitatem aut aliam uirtutem in ſe præſtare non poteſt: in alio ſaltem prouehat, collaudet & admiretur, non autem impediat.* *Vlmus. Vitis.*

Fons cuius riui obturati ſunt, cogitur in altum aſcendere. Et arbor cuius rami à lateribus abſcinduntur, creſcit in terra: Sic etiam homo qui exterius nudatur à temporalibus ſolatijs, & ab hominum complacentia, melius ſe ſurſum conuertit ad Deum. *Fons. Venæ. Arbor. Rami.*

Rupertus in Matth. li. 1. *An extrahere poteris Leuiathan hamo? & fune ligabis linguam eius? generatio* CHRISTI *ab Abraham uſq; ad Ioſeph uirum* Mariæ, *de qua natus eſt Ieſus, quaſi longa piſcantis linea eſt, cui lineæ ferreus hamus ſubligatus carne adoperitur, ob hoc ut piſcis edulio prouocatus, quod foris patet, ferro ſeipſum ſtrangulat, quod intus latet diuinitas* CHRISTI *quaſi ferrum diabolo extitit, hoc ferro captus & extractus foras mittetur ſicut factum credimus. Iſte eſt circulus, quem Deus in naribus diaboli poſuit, iſta eſt armilla, qua maxillam eius perforauit. Iũxit ſe initium fini, id eſt, Deus homini, & ita hæc, ſcilicet initiũ & finis occurrerunt ſibi in utero uirginis, ut nares ſuas tranſfixas teneret firmiter circulus inflexibilis, et armillam ſuã uoracem perforaret, talis armilla, armilla gloriæ et honoris, un-* *Leuiathã.*

de nunc

de nunc uſq; fatuus trahetur & quod auide momorderat, tenere non poteris, per maxillæ foramen emittis.

Aegyptus. Infernus. Libro 2. Aegyptus terra, fuit exemplum inferni: Illic detinebatur populus captiuus fratrum CHRISTO, id eſt, ſanctorum populus, quos omnes ſtatim tranſduxit per mare rubrum, id eſt, per ſanguinis & aquæ decurrentis ex latere ſuo ſacramentum, & inimicos eorum, id eſt, peccata eorum operuit mare illud & uſque nunc operit inimicos noſtros, qui eodem ſacramento baptiſati ſumus. Ad iſtum Aegyptum CHRISTVS per omnia fratribus aſsimulatus deſcendit, ut eos faceret cohæredes ſui. Ex Aegypto iſta uocatus eſt filius meus.

Aquæ. Scripturæ Libro 3. Omnes ſitientes uenite ad aquas. Iſai. 55. Aquæ ſunt ſcripturæ quibus ſpiritualium continentur myſteria gratiarum. Prouc. 5. Bibe aquam de ciſterna tua, diriuentur fontes tui foras. Aquæ iſtæ domini ſunt, & qui emerit eas, eius fiunt, nec domini eſſe deſiſtũt. Inuitat ad has omnes, ſed præcipue qui non habent argentum. Certe in omni negotiatione terrena magis illi ſolent inuitari ad emendum, qui habent argentum, hæc autem negotiatio tota cœleſtis eſt. Quid ergo eſt, argentum non habere, niſi in prophetia ſeculari, uel prudentia eloquij non confidere? Talis erat Moyſes, cum diceret ad dominum: Obſecro domine, non ſum eloquens, &c. impeditioris linguæ ſum. Ita Salomon Pro. 30. Stultiſsimus ſum uirorum. Non didici ſapientiam. Sed eiuſmodi non habentibus

Non habere argentũ. argentum hoc, ipſa humilis conſcientia magnum eſt emptionis precium.

Curioſus lector. Non ſolum teſtimonia quæ Euangeliſtæ & Apoſtoli ſcribunt, reſpicere debet lector curioſus, & ea attendere quæ ſequuntur

quuntur,quæ præcedũt,uelut ſi domũ,quæ fortè p induſtriã abſq; feneſtris ſubobſcura facta eſt, lucerna intromiſſa uidere debeas qualis ſit intus,qualis ſitus in medio uel in circuitu

Libro 4. Aperiens os ſuum.) Quod eſt illud os, niſi ſcripturæ,per quas uobis loquitur ſpiritus domini? Iſtæ clauſæ erant,& ſignatæ pro temporis ratione,ut clauderent eas,ipſi qui ſcripſerunt, præceptum domini habebant. Exempli gratia. Tu Daniel claude ſermones,ſigna librum uſq; ad tẽpus ſtatutum. Ad Iſaiam: Liga teſtimoniũ,ſigna legem in diſciplinis meis, clauſæ erãt ſpiritualia annũciando,carnalia uidebantur illi,qui carni ſubditus,& terrenis cupiditatibus deditus erat, Exempli gratia: Dominabitur à mari, &c. hæc & his ſimilia Iudæi legẽtes, auream & gemmatam Hieruſalem terrenam,ſe habitũros putabant. Os ſcripturæ.

Lib. 4. Quomodo ſal ſuperfluos uel nocituros humores carniũ deſiccat,& à putredine purificat: Sic apoſtolica doctrina, neceſſaria decalogi præcepta, cunctaq; iuſtitiæ legalis inſtituta deſiccatis carnalibus ceremonijs,purificare habeat, & ubiq; terrarum conſilio caſtitatis ſalire credentium corpora, quatenus non putreſcent, aut uſquequaq; putrenti corrũperentur luxuria. O quantas ſalierunt turmas,ut carnes penitus deſiccarentur. Sal. Apoſtolica doctrina.

Lux mundi ſunt etiã apoſtolici doctores,quia ſapiẽter & fideliter tractãdo & retractãdo ſacrã legis & Prophetarũ ſcripturã, quicquid in ea quaſi carnaliter ſonat,ita ſermone uiuido condũt, ut ſpiritualiter ſapiat,& ꝙ erat clauſum,pateſcat: quod obſcurum & tenebroſum uidebatur, lucidum & clarum fiat. Quã magna & ampla ciuitas,quã is quem cœlũ & cœli cœlórum capere nequeũt, inhabitat: qui in monte niſi Lux mũdi. Apoſtolici doctores. Ciuitas.

in altitudine cœli, iuxta illud: Conuerſatio noſtra in cœlis eſt: non poteſt abſcondi, non patitur ratio conſilij diuini, ut abſcõdatur & incognita ſit, quæ ad hoc ædificata eſt, ad hoc mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium, ut omnes qui inter aduerſarios periclitantur, inter Iudæos, hæreticos, pro fide agonizantur, recurrere ſciant ad ciuitatem iſtã, & in ea communiri, de ea ſumptis ſuis armari, ut habeãt unde animã pro qua illis res eſt, defendere poſſint.

Hæretici.

Lucta Iacob.

verbi Dei amator.

Lib. 7. Sicut Iacob luctatus eſt cum angelo, in quo Deus erat, qui & uictũ ſe fatebatur: Ita luctari debet uerbi Dei amator cũ ſermone uel ſcriptura in qua Deus eſt, quæ ex Deo eſt, nec dimittere anteq̃ uincat uinci uolentem, ſenſumq́; cõprehendat utilẽ in litera iacentẽ. Lucta enim pulcherrima eſt, tã diu perſeuerare petendo, donec inueniat pulſando, donec ſibi aptriatur: hæc lucta placet Deo, hac cupit ipſe uinci, hac fortitudine opus eſt, ut nobis aperiat & det ſanctum.

Regnum Dei.

Lib. 6. Quærite regnũ dei, & iuſtitiam eius. Quid eſt regnũ dei, niſi uerbum eius? Nam per quod facta ſunt omnia, per ipſum uerbum reguntur omnia, & in hoc ſermone utique regnare eſt. Quoties ergo ad audiendum ſiue tractandũ uerbum dei conuenimus, quoties lectiones ſanctas legimus, uel libenter audimus, toties quærimus regnũ dei, & iuſtitiã eius. Hic quidem quærere poſſumus, inuenire autem non niſi poſt hanc uitam. Theſaurus eſt hoc dei regnum, in agro abſcõditus, theſaurus in agro literæ legalis atq; Propheticæ literæ ex magna parte parabolicæ uel ænigmaticæ diligenter clauſus atq; ſignatus. Hunc theſaurum inuenire, eſt ſcripturas ſacras intelligere, & præ gaudio theſauri omnia uendere, & agrum emere, hoc eſt, præ delectatione cœleſtium bonorum, uel regni cœlorum, quale in ſcripturis promittitur, omnẽ ſolicitudinem abijcere, ſecundum hoc Euangelicum conſilium,

Theſaurus in agro abſconditus.

ſolumq; earum amplecti ſtudium ſcripturarum, ut homo ſem per ſit expeditus ad uerbum Dei tractandum & audiendũ. O quantos hoc ſtudium non ſolum ad ſufficientiam uictus & ueſtitus, ſed ad ampliſsimos honores prouexit. Super ſalutẽ, &c. Venerunt in omnia.

Epiſt. ad ſummum Pontific. in lib. de glorificatione Trinitatis. Sicut Iacob uirgas populeas & uirides & amygdalinas & ex platanis, & ex parte decorticauit eas, detractiſq; corticibus, in his quæ ſpoliata fuerant, candor apparuit: illa uerò quæ integra, uiridia permanſerunt, ita effectus eſt color uarius: Sic iuxta myſticum exemplum illud, non paſsim uel ubique, ſed in pleriſq; locis corticem literæ detrahimus, & candorem allegoriæ tenemus. Virgæ Iacob. Cortex literæ. Candor allegoriæ.

Panem nobis petentib. & apertionẽ cordis, non dabit pater cœleſtis cor obtuſum & lapideũ. Et ſimiliter ſi piſcẽ petieritis. i. ſi legentes uolueritis cognoſcere Chriſtum, cuius ſacramentũ quodammodo latet ita in ſcriptura legali & prophetica, ſicut piſcis in aqua: nequaquã porrigit uobis ſerpentem, inducendo uos in errorem, & ſenſum à Chriſto, quem in ſcripturis quæritis pro deſiderio, longe recedentem. Panis. Piſcis. Legalis atque prophetica ſcriptura.

Lib. 11. Tuã in ſcripturis ſanctis gloriã, ô fili hominis, tuũ quærere & inuenire honorem in Propheticis & Euangelicis præconijs, tale nobis eſt inter tædia uitæ præſentis, quale feſſo uiatori, remiſsis interdum grauibus ſarcinis reſidere ſub umbra odoriferæ arboris, prope riuulũ aquæ iugiter ſalientis, gratóque ocio fugacem inſequi, & comprehenſam attrectare columbam, tactu blando, manibus innocuis. Et reuera ſic eſt. Sancta quippe ſcriptura, ipſa eſt columba illa, de qua ipſius autor ſpiritus ſanctus in Pſalmo dicit: Pennæ co- Gloria. Honor.

lumbæ deargentatæ, & poſteriora dorſi eius aurum. Si alij non, at mihi ſcribēti, hoc ipſum quod ſcribo proficit. Hoc dulce ſtudiū iā in præſenti nōnihil præmij, nōnihil habet ſuæ exercitatiōis emolumentū. Quā ſuaue eſt (ut dixi) uiatori demiſſis interdū ſarcinis pēnulas columbæ deargentatas, & aurea dorſi eius præ oculis habere & manibus tractare ſcripturā, cuius & exterior ſermo caſtus abſq; omni ſuperfluitate, nitet quaſi argentū, & interior ſenſus rutilat quaſi aurum. Trahit ſua quenq; uoluptas, & hoc habeo teſtimonium conſcientiæ, quod dixerim ego uoluptati huic, trahe me poſt te.

Feſſus uiator. Scriptura ſancta.

Moab & filij Ammō. In Sophoniā li. 2. Sicut Moab & filij Ammō, Dei conſanguinitate Abrahæ deſcenderūt, & tamē genus Abrahæ ſemper oderūt: Ita hæretici in Chriſtū ſe credere dicūt, & tamē Chriſtianorū catholicā fidem ſubuertere ſemper conati ſunt. Et quis hoc neſciat, quòd de ſanguine Abrahæ, per inceſtū nati ſunt, Moab & filij Ammō? Dormierūt ēm filiæ Loth nepotis Abrahæ cū patre ſuo, & maior quidem filia Moab, minor aūt peperit Ammon. Et Moab quidem ex patre, Ammon populus turbidus interpretatur. Quis aūt populus magis turbidus, q̄ hæreticorū cœtus, qui alios turbida & cœnulēta potant doctrina, uelut turbida aqua. Sunt enim hæretici ex patre diabolo æque ut Iudæi: quib. ipſe dominus, Vos, inquit, ex patre diabolo eſtis. Igitur ut Philiſtini, ita Moab & filij Ammon, id eſt, ſicut Iudæi, ſic & hæretici in deſertū erunt uſque inæternū: quippe q deſerentes Deum, & à Deo deſerti, abſq; dubio peribunt in ſempiternum. Audiui enim (inquit Moab) opprobrium, & blaſphemias filiorum Ammon ſcilicet hæreticorū, qui nimirū exprobrauerunt populo meo, populo Chriſtiano ſecundum exemplum Moab, & magnificati ſuper ter-

Populus turbidus.

minos

minos eorum,ſecundum exemplum filiorum Ammon.

Remigius ſuper Pſalmum 75. Moyſi uirgam comparat CHRISTO mortuo. Serpentis enim opus fuit mors in Adam & in Eua,quod Moyſes inde perterritus fuit,ſignat timorem diſcipulorũ in morte eius,et quod iuſſũ fuit caudã ſerpentis accipere,ut uerteretur in uirgã:rurſus denotat,quòd ſequentia in Chriſto poſt mortẽ,puta reſurrectio & aſcenſio ipſius ab apoſtolis amplexa,corde credenda fuerunt,et quem mortuum lugebant & deſperabant,iam uiuum adorarent. Virga Moyſi. Serpens.

Iacob. Latomus libro de lege humana. Sicut Dauid licet rex & unctus, patienter expectauit, & manſuete cum Saul egit,donec Deus regẽ Saul de medio tolleret, poſtea uerò regalia omnia exercuit: Sic & Eccleſia principio quidem gladij materialis poteſtate non eſt uſa in ſuos ſubditos,ſed cum omni manſuetudine expectauit,donec Deus iugo ſuo ſuaui colla regum terræ ſubderet. Dauid. Saul. Eccleſiæ gladius.

Ioan. Driedo à Turnout in Præfatione lib. de Eccleſiaſt. ſcriptorib. Quemadmodum is qui ſe exonerat,ſarcinas graues,ueſtes,aliaq́; impedimenta remouens, non ob id dicitur iam aſcendiſſe aut eſſe in culmine montis, ſed ſe in ſtatu præfatæ aſcenſionis conſtituit,& aſcendendo, de hora in horam appropinquat ipſius montis culmini: Ita & is qui accepta cœlibatus uoluntate perpetuo continendi profiteatur uitam monaſticã,non ex hoc ipſo iam eſt perfectus in uita Chriſtiana,ſed ſe poſuit in ſtatu quidẽ altiori, quò facilius proficere ualeat in dilectione,abijciens impedimenta ſeu auocamenta. Exonerans ſe ſarcinis.

Idem de captiuitate et redẽptione generis humani. Quẽadmodum deus,qui per ſe ſeruare potuit in diluuio uniuerſali Noẽ cum ſuis,ne ſubmergerentur,ſed tamen uoluit, ut ipſe fabricaretur arcã,et ingrederetur eã,ut eſſet ſuæ ſaluationis Diluuium. Arca.

cooperator: Ita uult ut omnes qui ſpiritualiter ſaluãtur, ſuæ ſaluti cooperentur per liberi arbitrij motum, credentis in eũ, qui iuſtificat impium.

Homo. Folium.

Petrus Galatinus lib. Pſal. 5. ca 6. Homo eſt quaſi folium quod in paradyſo ab arbore uitæ cecidit, quodq́; uento tentationum rapitur, ac deſideriorum flatib. leuatur, ac ſuorum peccatorum pondere ad inferna trahitur. Rabbi Solomon in gloſſa ſuper illo Pſal. 143. Et non intres in iudicium cum ſer uo tuo domine. Auguſt. Steuchus Eugubin. in Deut. c. 11.

Hæretici. ſchiſmatici Dathan. Abiron. Sanctæ Eccleſiæ corpus.

Quid enim aliud hæretici ſunt ac ſchiſmatici, q̃ Dathan & Abiron? Vt enim hi ſub prætextu pietatis dominandi libidine ac ambitionis æſtu exagitati, ei principatum adimere conabãtur, cui fuiſſet à deo traditus: Ita hi ſanctæ Eccleſiæ corpus diſiungere enituntur, dum caput eius à ſummo Deo conſtitutum imminuere, lacerare, dedecorare impijs maledictis non ceſſant. Neq; aliud fit ab his in ſummum illud caput, quã ab Dathan & Abiron in Moſen tentatum eſt. Genus hominum miſerabiliſſimum ac pernitioſiſſimum, qui ſub prætextu noſtrarum corrigendarum improbitatum infinitam attulere malorum ſyluam, perq́; uniuerſum terrarum orbem peſſimos diſſeminauerunt errores. Adeoq́; proceſſit audacia & gigantia immanitas, ut eis nec cœlum iam ſufficiat, in quo ſuæ ſceleratiſſimæ linguæ uirus euomant, ore impijſſimo blaſphemẽt, dilacerent, dum eius incolas tantis probris ac mendacijs dehõneſtant. Sed uidebit omne humanum genus eorum interitum, & ſempiterna obliuione eos ſepeliendos miſerrimo hiatu patefacto abſorbuiſſe cognoſcet.

Vehementer ſitiens.

Tyrius Platonicus ſer. 1. Niſi fortè cuipiam uehementer ſitienti, præſentemq́; habenti lympidum amnem, qui copioſus

aquarum ſimul delectaret aſpectū, ſimul commode præberet potū, fœcundiſſimeq; nutriret, nos alicunde ex inopi fonte, cæteraq; inferiori haurientes, ſufficiētem potū afferre poſſe arbitremur. Qualem ſimilitudinem uidere licet in noctua, cuius cum interdiu clariſſima ſolis luce caliget aſpectus, noctu tamen igniculi faculam aucupatur. Noctua.

Quemadmodum in epulo nidoris pleno, in quo permultū uini miſcetur, eſtq; tibiarū, fiſtularū, ſaltationumq; ſtrepitus multus, atq; odoramentorū magna uis, is conſtantiſſimus ſit, qui ſeſe colligens, ac contrahēs, ab illis omnib. auocet ſenſum, ſeq; & ſobrium, & temperatum præſtet: Ita etiam uarie obſtrepentib. ſenſibus, magni negocij eſt inuenire mētem frugi, quæ adeo ſeſe ab his explicet, ut ſua ipſa ſpectacula poſſit intueri. Vt interdum formoſum corpus, ne conſpici poſſit, multis ac uarijs inuolucris obtegitur, cuius amator, ut expleatur aſpectu, ea opus habet amouere: Sic etiā neceſſe eſt, amictū hunc qui tibi oculos impedit, ratione auertere. Epulum. Mens frugi. Formoſum corpus. Inuolucra.

Ser.2. Vt qui diuitias quærunt, ac ſe mari committūt, maximo interdum fœnore, pecuniā ſumunt: Sic etiam qui iræ indulgent, maximis ſe calamitatum uſuris inuoluunt. Fœnus. Iræ indulgentes.

Vt inter corporis morbos, qui ſerpunt, contumaciter reſiſtunt ſanitati: ac propterea oportet firmum curationis genus adhibere: ut quod ſupereſt tabi, ſaluum fiat: Ita quoq; ſi uel domum, uel ciuitatem lædere iniuria cœperit, inhibere malū oportet, ſiquidem ſalutis eius, quod adhuc intactum ab iniuria eſt, rationem uolueris habere. Iniuria.

Vt qui fuliginoſum complexus, non poteſt non immundus abire à complexu: Ita & cum qui iniurio homini cōgreditur, cumq; eo pariter uolutatur, in iniuria neceſſe eſt flagitij partem accipere, deq; eiuſdem fuligine abire inquinatum. Fuliginoſus.

Certamina Sermone 5. Vt in certaminibus inſpicere eſt, qui imbecillum obtinent corpus, & inconſultis uiribus, tamen in certamẽ

Victoria. ob ſpem uictoriæ, deſcendunt, eos paulò poſt ſub labore deficere: partes uerò uirtute præſtare, fortiter ſuſtinere certamẽ, ac pro aſſequenda uictoria ad extremum uſq; pugnare: Sic

Profeßiões etiam certantibus profeßionibus uitæ, alias quidem omnes reprobare, ac pellere de ſtadio oportet.

Nummularij. Ser. 8. Sicut in nũmularijs contingit, ut diſquiri ſcilicet oporteat, uter eorum ſagacius à probabili nummo, adulterinum dignoſcat, cumq; qui probabilis ſpeciem tantum gerentẽ admittit, longè arceamus ab arte, qui autem ueram notam cognoſcit, hunc & artem callere fateamur: eodem pariter mo-

Ars amatoria. do amatoriam artem, pulchri naturæ, ueluti nummo cuidã admouere oportet.

Exoriens ſol. Vt enim exoriens ſol fulgorem ante præmittit, qui cacumina montium illuſtrans intuentium oculos maxime obleſtat, uberioris lucis afferens ſpẽ: Ita ſplẽdeſcenti animo, præfulget in ſuperficie corporis decor, qui quod ſpem affert melioris multo decoris, philoſophorum exhilarat aſpeſtum.

Natura. Sermone 10. Quemadmodum enim diuerſis animalium generibus diuerſas itidem natura defenſiones, ad tuendam propriam uitam ſalutemq; conſtituit: ut leonibus uires, ut ceruis curſum, ut canibus uenationes, ut aquatilibus natationem, uolatilibus uolatum, reptilibus cauernas: Ita hominum generi in cunctis huiuſmodi defenſionibus cæ-

Defenſiões teris animalibus minori, utpote, quod uires tenuißimas habet, impeditißimũ curſum, uolatus eſt penitus immune, natationẽ uix attingit, cauernariæ habitatiõis omnino eſt impos,

ratio-

rationem tradidit Deus, quaſi donum quoddam, quod cun-ctis facultatibus illis æquipolleret, huicq; amatorium deſyderium ſubiecit, ueluti freno cuidam equum, ueluti ſagittario arcum, temoni nauem, inſtrumentum opifici. Ratio. Amatoriũ deſyderiũ.

Sermo. 11. Perinde atq; nobiliſſimi amnes qui exeuntes in mare in primo quidem egreſſu latitudinem pelagi incurrerint, fluentumq́; ſuum undæ, uentis, æſtui, fluctibusq́; permiſerint, ex huiuſmodi commixtione priorem comminuunt naturam: Eodem pariter modo pulchrum, ineffabile, immortaleq́;, donec cœlum cœleſtia corpora permeat, in eorum quidem occurſu purum immixtum, atque integrum manet: at ubi demceps à cœlo in noſtratia hæc loca defluxit, hebeſcit uſqueadeo extenuato fulgore, ut uix eius influxum poſſit agnoſcere maritimus nauta, uidens exilem illum humiq; inerrantem confuſumq́; alienæ naturæ. Amnes. Cœlum.

Sermo. 15. Veluti nautæ propterea nimie ſpiret à tergo ac nauem uero curſu defraudet, tranquillo maris allapſu delati, ad deſertiſſima litora, difficilesq́; cautes appelluntur: sic etiam fit, ut qui ſe ſemel huic uanitati crediderint, inprimis ignorantiam latenter incurrant, tum uoluptatibus ſtudio ad uaſtiora litoribus cunctis loca ferantur, durisq́; cautibus duriora, ipſi ſuum amplectentes errorem oblectamentoq́; animæ congaudentes. Qua quidem in re febrientibus ſunt perſimiles, qui contra medicinæ legem potui ac cibo indulgentes, malum malo inducunt, ægritudinem exaggerantes eligunt potius ſibi ipſis obſequendo morbum contrahere, quàm cum dolore ſanitatem comparare. Vanitas. Febrientes

Sermo. 17. Quemadmodum accidit, ut ſubitis procellis creſcentes amnes legitimum excedant alueum, ſuperq́; uel cellæ. ſubitæ procellæ.

ſegetes,uel plantarum culturam præcipites lati, ruſticorum operum ſalutem atque ornamentum euertant: Sic & animus affectionum nimia ui ab rectis ratiocinationibus depulſus,falſis nimirum,atq; improbis opinionibus,præter naturam pro bam ſurgẽtibus corrumpitur,quæ eius menti pro ebrioꝝ mo re,quibus nimia crapula interiores cõcire ægritudines ſolet, uelut ex latibulis repẽtia quædã animalia, cõfundunt mentẽ, ab iJſq; cogitur proprias eorũ uoces perſonare. Si uerò mani feſtioribus exẽplis opus ſit,improbitatẽ animi inconditæ ple bis aſsimulabimus imperio,quod quidẽ fit quotienſcũq; in ciui tate probitas uicta multitudinis penitus licẽtiæ atq; audaciæ ſeruiat. Neceſſe eſt enim eiuſmodi ciuitatẽ diſſonantẽ ac mul tarũ partium eſſe,eademq; innumeris affectionibus ac uarijs cupiditatibus refertã, in uoluptatibus quidẽ intemperantiſsi mã,in iracundia præcipitẽ, in tribuendis honoribus immodi cam,in felicitatibus elatã, in calamitatibus abiectiſsimã eſſe.

Animus. Affectiones Opiniones Ebrij. Plebis imperium.

Sermo. 24. Quemadmodum noctu lux exigue lucẽs,ma iorem claritatem oſtentat eo, qui pariter interdiu apparet, propterea quòd noctu profunda obſcuritas circumfuſa eius auget ſplendorem. Interdiu uerò quaſi certamine tenui ac debiliſsimæ luci cum ualẽtiſsimo ſolis fulgore ſuſcepto obſcu rari magis minorem claritatem oportet: Sic etiam tenuis no tæ bonum,ſi per contentionẽ cum malis examinari contingat, fit ut optimum,maximum, excellentiſsimumq; eſſe uideatur: quemadmodum tenebris profundis parua aliqua ſcintilla aut obſcuriſsima nocte minima lux ſplendorem late oſtentat. at ſi ei cum ſuis ſimilibus bonis curſum, contentionemq; proponas,tunc optime deſpicies id quod uere eſt optimum,cum ſi aliter feceris,ordinem prorſus perturbes atq; confundas.

Lux ex igne lucens. Tenuis notæ bonum. Scintilla. Lux.

Sermo.

Sermo. 24. Non uides nauigationem in mari, ut unus gubernator moderetur, tanquàm corpus animus moderatur, ut nauis eius imperio pareat, ut animo corpus, ut uenti nauem impellant, quemadmodum uirtutes fortuna. Qui ſi tẽpeſtas exoriatur, manente naui, incolumiq́; gubernatore, ſalutis nunq̃ amittitur ſpes, ſiue nauis ipſa recto feratur curſu, ſiue arte tempeſtatem deuitet, dũ tamen à gubernatore regatur. At ſi à gubernatore incipiẽs, ipſum abſtuleris, inutilis efficietur, nauis etiã ſi firmitatẽ ꝓpriam ſeruat, inutilis afflatus uentorũ etiãſi fuerit ſecũdus, propterea et in mari, et in naui, & in nauigatione precioſiſsimus eſt gubernator: Poſt gubernatorẽ, ſecundum accipit locum nauis: poſtremam ſedem obſequia occupant extrinſeca. Sed & in curriculo uitæ animus ſupremum ſibi uendicat honorem, medium corpus, tertiũ fortuna. Guberna-tor. Corpus. Tempeſtas

Sermone 26. Sicut contingere ſolet, ut per aërem ſublatæ nebulæ radios ſolis cohærendo eorum intercipiant fulgorem, nec propterea ſol pulchritudinem propriam amittat, tametſi eum opacitas nubium abſcondit: Ita etiam uirtus ab impetu cæditur fortunæ, neq; ideo pulchritudinem dimittit, ſed qua ſi in caliginem denſam inciderit, umbratilis fit, ac diſcuditur, quo maxime tempore huic ipſi uirtutis opus eſt, Deum adiutorem certaminis ſocium præſentemq́; eſſe. Nebulæ. Sol. Virtus. Impetus fortunæ.

Sermo. 27. Quemadmodum igitur ſi nauẽ excogites marinis undis expoſitam, quam ne auferat ſalum, retinaculis multis ad aliquam prægrandem molem deligarit: quibus ſubinde inuicem colligatis, poſtremum ipſorum, ad ipſam molem, rem ſcilicet firmam atque immobilem, peruenit: Ita etiam corpus cum inundetur ab æſtu, nauisq́; inſtar natet, titubet, quaſſeturq́;, continetur ab animo, eiusq́; beneficio ab impulſu Nauis expoſita marinis undis. Corpus.

defen

defenditur conſiſtitq́;. At ubi neruos ac ſpiritus ueluti retinacula quædam, per quæ interim corpus ab animi quodammodo mole ſuſtinetur, conſumpſerit attritio: corpus quidem corruptioni ſuccumbit, & in profundum rapitur: animus uerò proprijs uiribus enatans, ſeipſum continet firmusq́; conſiſtit.

Animus.

Aſſequi animo.

Oculus.

Sermo. 28. Sanè hoc quod aſſequi dicimus animo, belliſſime poteſt cum accidentijs oculi conferri. Is cum inſitam habeat cernendi uim, calamitatem interdum eiuſmodi patitur, ut ob id quod cernendi inſtrumentum circumſidetur, à nebula ſpectabilium rerum congreſſione priuetur: cui ſi interueniens ars reſtituerit uiſum, eam nequaquàm intellige uidendi infundere uirtutem, ſed potius impedimentum auferentem liberum reddere luminibus excurſum.

Nihil quicq̃ niſi ex ſemine oriri.

Animus.

Scientia.

Ignorãtia.

Sermo. 28. Quemadmodum igitur natura non recipit quicquàm, niſi ex ſemine oriri, ſed potius quodcunque procreatur, ſimilitudinem ſecum ſeminis deferre, ut hominem hominis, bouem bouis, oleam oleæ, uitem uitis: Sic etiam animus ſi ueritatem intelligit, neceſſe planè hunc eſt uerarum ſeminibus rerum imbutum eſſe: quas quidem & eſſe, & ſemper eſſe, & ſempiternas ſubſtantias eſſe, & immortales eſſe, dicendum eſt. Propterea ſcientiam florem quempiam, maturumq́; fœtum ex animi ſemine exiſtere: neque aliud ignorãtiam hominum, quàm ſeminis huiuſmodi ceſſationem eſſe.

Haſtæ.

Capulus.

Funis.

Principia.

Sermone 28. Quemadmodum igitur accidit longis atque exilibus haſtis: ut quiſquis uibrauerit capulum, reliquas haſtæ partes ad cuſpidem uſque concutiat, útue qui longi connexiq́; ordine funis extremitatem alteram quatiat, continuam concuſſionem per medium ſpatium, ad alteram extremitatem tranſmittat: Sic & humanæ menti exiguo principiorum

piorum hauſtu, ad integram rerum intelligẽtiam eſt opus.

Sermo 29. Sicut igitur medici cum faſtidientibus ægrotis porrecturi ſunt ſaporis amari medicamẽtum, dulci ipſum liquore aſpergunt, atque adeo ſalutarem amaritudinem tegunt: Sic etiam illa philoſophia uetus, ſententijs ſuis, fabularum, carminum, ac cantus amictu uelatis, antiquos illos animos cepit, neque aliter quàm diſsimulata diſciplinæ moleſtia ad inſtitutionem illexit. *Philoſophia uetus*

Sermo. 37. Equi furor regitur freno, regitur habenis equitis, aurigæq́; arte. Hominem uerò uerſat oratio minime ignaua, minime ſordida, minime neglecta: ſed quæ lenitate atque acrimonia temperata nequaquàm otium auditoribus præbet, ut uoces duntaxat ac uocum uoluptates inquirant: ſed illos potius excitet, ac ueluti tubæ ſonitu percuſſos cogat debacchari: Tuba etenim interdum claſsicum ſonat, interdum receptui canit. Qui ſi huiuſmodi orationem requirant, philoſophiam affectantes, nimirum dare operam oportet, ut eum cuius ea facultas exiſtat, habeamus, probemus, eligamus: ſiue ille ſenex, ſiue iuuenis, ſiue pauper, ſiue diues, ſiue multi nominis ſit. *Equi furor* *Oratio luculenta.* *Tuba.*

Sermo. 41. Sicut enim ſolent ulcera latius ſerpere, ubi ea ſemel implicuerint corpus, anteriora deuorant atque integri aliud ſemper abſumunt, contumaxq́; corpus in recipienda reddũt ſanitate: donec medici ars fundum, ſedemq́; exciderit morbi: Ita cuius eſt animus ſuppuratus, introrſum corroſus, putrisq́;, quodcunq; ei proximum eſt, nõ deſiſtit inficere. Abſcindendæ itaq; ab eo ſunt, ac præcidendæ corporis uires, in quas non ſecus animaduertendum eſt, atque in ſicarij manus, in petulantis oculos, in heluonis uentrem. *Vlcera.* *Suppuratus animus* *Inficiens.*

Theodoritus Cyrenenſis Epiſcopus Sermo. I.

Colonus. Sicut peritus colonus ex agro non unam ſpinam euellit, cōcionator ſed omnes radicitus extirpat: Ita concionator hæreſes omneis eliminat ab eccleſia.

Artis excellentia. Sicut ſutores, fabros, pictores, non attendimus unde nati ſint, ſed artis excellentiam conſideramus, nec quærimus à ludente, Græcus an barbarus ſit, ſed uocum conſonantiam petimus: Ita auditores.

Impurus. Plato, Nefas eſt, inquit, ab eo purum contrectari, qui purus ipſe non ſit, ægrota ratio, pharmacis eget ſanis.

Effoſſores auri. Sicut qui aurum effodiunt, multum laborant, plerunque tamen parum in glebis inueniunt, cur nos non laborabimus in ſcripturis?

Sutoris diſcipulus. Sutoris diſcipulus dum cupit artem diſcere, credit quicquid illi à magiſtro dicitur, docet eum quomodo calceum tenebit, quomodo corium ſcindet.

Probatum aurum. Sic nauta facit, ſic agricola. Sic ſi probatum aurum à crudo cognoſcere uolumus, adimus magiſtrum qui nouit diſcernere, ille diſcernit (didicit enim diu experientia) an adulterinum ſit: ſic facit qui lapillos emit, qui gemmas, qui ſericam ueſtem, & quicquid audierit, ſtatim credit, ſic agreſtes operæ craſsiq; auditores credunt.

Aues uocales. Philoſophi Sicut aues uocales humanam quidem uocem imitantur, non tamen intelligunt quid loquuntur: Ita philoſophi ueritatem neſcientes prodiderunt.

Pluuia. Sciētia Dei Bonæ herbæ. Sicut pluuia irrigat agrum fertilem & deſertum locum: Ita ſcientia Dei hominem. Creſcunt in deſerto interdum (id eſt, in philoſophis) bonæ herbæ, ſed diſcreti

Roſaria. hominis eſt eas poſſe diſcernere à ueris & domeſticis herbis:

bis: Faciamus igitur ſicut qui roſaria demetunt, ſpinas quidem intactas dimittunt. Apes etiam (hæc natura eas docuit) non ſolum floribus qui ſunt dulces, inſidunt, ſed etiam qui ſunt amarulenti, cum tamen ſolam dulcedinem ex amaro & dulci flore ſugunt, amariciem auerſantur. Harum exempla imitamur, & è ueſtris illis amarulentis pratis, dulce nobis & perquàm utile mel nobis componimus. Ac ueluti corporum curatores è uenenatis feris atque ſerpentibus ſalutares medicinas conficiunt, déque ipſis uiperis alia quidem reijcientes, alia uerò elixantes, multos harum rerum præſidio morbos propellunt: Ita & nos ueſtrorum poëtarum, hiſtoricorum, philoſophorumq; monumenta uerſantes, noxia & peſtifera declinamus, alia ſparſim noſtræ doctrinæ inſerentes, auxiliarem nobis ſalubremq; cu ſationem afferimus. Apes. Venenatorum medicamenta. Poëtæ, hiſtorici, philoſophiq; legendi.

Sermone ſecundo.

Lumen hoc ſenſibile quod oculis uſurpamus, ſiue ſol ſit, ſiue candela, intuentibus, plane indicat, quid ſit aurum, quid argentum, æs item, quoniam & colorum figuras, nec non plantarum atque animalium differentias idem docet. Sed hæc ſolum uident qui habent acres oculorum obtutus: cæci nihil uident. His itaque ſimiles ſunt qui ueritatem intueri nolentes, amant in tenebris ignorantiæ uerſari, ueluti aues illæ quæ noctu tantum uolant, ut ululæ & noctuæ, hæ lucem odiunt, amant tenebras. Sed his quidem nemo ſanæ mentis indignetur atque ſuccenſeat, natura enim ab initio genus hoc uitæ illis addixit. Qui uerò ultro ſeſe tenebris addicunt, nolentes cognoſcere ueritatem, quomodo quæſo ueniam conſequentur? Lumen ſenſibile. Acres oculorum obtus. Vlulæ. Noctuæ.

Dicunt,

Marini piſces. Dicunt, nos à iuuentute didicimus legere. Sed marini piſces in multa ſalſedine nutriti ſunt, tamen ad condituram, ſi ualebunt, non minus ſale adhibito opus eſt.

Legibus lege opus eſt

Ramenta. Sermo. 3. Sicut qui auro commixtam terram argentaréamue effodiunt, ſimulatq; in multa quædam ramenta inciderint, eiuſmodi ueſtigia ſectantes, uberiores rimantur uenas, neque prius ab effodiendo deſiſtunt, quàm multam auri uim copiãq; inuenerint: Ita exhauriendi ſcripturarũ fontes.

Exhauriendi ſcripturarũ fontes

Opus. Opifex. Mundi fabrica. Sicut arcam, ſcamnumq; fabrefactum uidentes, non ſolum opus laudamus, ſed & opificem: Sic etiam uidentes nauim fabre compactam, ſic monile fabrefactum, aurificem laudamus: Sic in mundi fabricam oculos tendentes, Deum laudemus: qui non mirati ſunt hæc, imò qui nec iam mirantur, inexcuſabiles ſunt.

Cacodæmõ Tyriaca. Deus utitur cacodæmone in noſtris tentationibus, ſicut medicus in Tyriacis, ſerpentibus & uiperis, id enim agit, ut proſit infirmo.

Artifices. Omnes artifices egent auxilio quum quippiam ſuæ artis in medium proferendum iudicant, utpote nautæ egent fabro &c. Deus nihilo.

Rebelles. Mare. Non immerito reluctantur beſtiæ hominibus, quum ipſi Deo ſuo rebelles ſint, cui ſol, luna, ſtellæ obediunt, mare non tranſit fines ſuos, cum tamen habeat legem, ut homines, in tabulis ſcriptam. Sed ſicut equus freno retrahitur: Ita mare ne abundet.

Magnes lapis. Theodoritus Cyrenenſis Epiſco. De curatione infidelium Græcorũ Ser. 5. De natura hominis lapidis quem magnetẽ uocant, eam eſſe uim conſtat, ut omnem aliam materiam quietã eſſe, immotamq; dimittat, ferrum uerò duntaxat ad ſeſe trahat,

hat, nonnunquàm uerò alte à ſe ſublatũ quaſi oſtentet, tametſi nullis idipſum rebus ab inferiori loco ſuffulciatur, nec ſuperne aliquo nexu uiſibili colligetur, ſed eius lapidis incubante uirtute, occulta nobis ratione ſuſpenſum ſit. Tale uerò quippiam & in diuinis ſcripturis, & in uerbis quæ de Deo fiunt, ſolet contingere, ut facile is cognoſcet, qui diligenter aduertet. Plurimi enim, imò, ut ita dicam, cuncti ferè mortales aurem illis accommodant, ſoli uerò capiuntur, qui alumni ſunt fidei, cum tamen ab inferiori loco nullius terrenæ felicitatis ſolatio teneantur, neque quicquàm appareat unde à ſuperiori loco uincti dependeant, ſed ad occultas duntaxat rerum ſpes, mentem, animumq; accommodent. Scripturis ſoli fidei alumni capiuntur.

Sermo. 6. Ideo Deus Pharaoni uarias pœnas intulit, non ut illum meliorem efficeret (nouit eius duriſſimam mentem non poſſe conuerti) ſed ut ea quæ olim de ipſo prædicanda erant, perutilia cunctis exempla fierent. Sicut enim ciuitates, iuſtitiæ miniſtros & carnifices alunt, per quos & parricidas, & latrones pœna afficiunt, non laudantes quidem quæ ſibi carnifices peragenda munia deſumpſerunt, ſed ad neceſſarios tamen uſus eorum miniſteria tolerantes: Ita & mundi huius præſul ac Deus patitur Tyrannos eſſe, ceu quoſdam carnifices, ut per eos ab impijs hominibus pœnas exigat: mox eos Tyrannos ſupplicio traditurus, ita puniuit filios Iſraël per Aſſyrios. Pharao. Carnifices. Parricidæ. Tyranni. Aſſyrij.

Decebat Deum hominem liberare, propter quem lunam, ſolem, ſtellas & terram creauit, potuit loqui de cœlo ut omnes audirent, ſed maluit flere in præſepio, non angelum miſit. Atqui medicos illos maxime laudare ſoletis, non quidem qui nos miniſtris ſuis curandos ægros committunt, ſed qui pal- Medici maxime laudabiles.

lium deponũt linteolumq́; ſuccincti, ſuis ipſi manibus ferrum accipiunt, ulcusq́;, ſi ſit opus, incidunt, neque fœtorem ulceris auerſantur, imò autem profluentem ſaniem excipiunt, atque unguenta compingunt. Neque uerò illos etiam reges admirari & laudibus ornare ſoliti eſtis, qui regalibus in thalamis enutriti molliter, omni deliciarum genere perfrui ſolent, ſed quibus graue non eſt pro ſubditis hominibus caput periculis obiectare, quiq́; armis obtecti, in prima acie cum hoſte fortiter pugnant.

Spectatiſſimi reges.

Vinum. Phialæ.

Sermone 8. Sicut ſi quis odoris, ſaporisq́; uinum ſuauiſſimum conuiuis ſuis apponat in phialis poculisq́; minus eleganter affabreq́; inſculptis, nihilo ſecius qui ſitientes accumbunt, uino ſe imbuunt, neque poculorum materiam artificiúmue inſpiciunt, ſed uinum laudant, quod cum magna ſitis uoluptate exhauriunt: Itidem agant & auditores.

Græci elegantiarum ſtudioſiſſ.

Sermo. 9. de legibus. Vos quidem uiri Græci elegantes compoſitosq́; ſermones audire percupitis, quærẽtes his quàm maxime permulceri. Vbi uerò tales non inueniatis, riſu effuſo eos contemnitis, ac maledictis inceſſitis, quinetiã obſtructis auribus, quæ dicuntur, audire nõ uultis. Contra uerò animaduertere uos oportuit, ita uſu euenire, ut ea quæ ſunt quàm maxime pretioſa, cuncta ferè uili materia integantur. Videre ſiquidem eſt pretioſum unionem, quales ampli ac magnifici uiri apud ſe eſſe deſyderant, aſpernabili admodum teſtæ innaſci, eademq́; nutriri, augeſcere, occultari. Qui uerò cum ſibi coëmunt, auri plurimum perſoluentes, miſſam faciunt teſtam. Præterea uerò pellucentes gemmas, ornandisq́; regijs capitibus deſtinatas, aliud genus lapidis extrinſecus circumueſtit, deſpicabilis ille quidem atque inutilis. Qui ergo eas gemmas

Precioſa uili materia integi.

Gemmæ.

gemmas expoliunt, ad ornatumq́; concinnant, ſuperfluam illam teſtam nihiliq́; pendendã circumputantes abradentesq́;, nitorem lucentium lapillorum detegunt & expediunt. Aurum quoq; quod paſsim à multitudine peramatur, iam purgatum à fecibus, non in loculis aureis circumfertur, ſed in uili corio: Ita erat eruditio in Apoſtolis. & quæ ſequuntur. Aurum. Apoſtolica eruditio.

Sed hi perſimiles illis fuerunt, qui flammam quidem extinguere petunt, oleum pro aqua inſtillantes, ardentiorem illam efficiunt, & ſicut ignis rubum ardebat, ſed non conſumpſit. Quin potius ſicut lignatoribus ſyluam cædentibus multò plures pullulant propagines ab radicibus, quàm ſint rami qui inciduntur: Ita tunc quoque pijs compluribus interfectis, multò plures quotidie ad doctrinã euangelicam accedebant. Oleum pro aqua inſtillantes. Lignatores. Doctrina euangelica.

Sermone 10. Sicut qui tyrannidem cupiunt, regnum inuadunt, ac regiam ſibi quidem ſpeciem apparatumq́; circumponunt, purpuram, coronam, ſellam, currum, mores tamen qui regibus conueniunt imitari nolunt, ideo ſæpe expelluntur: Ita diabolus in oraculis edendis per ſtatuas paſſus eſt poſt CHRISTI aduentum. Tyrannidẽ affectantes. Statuæ.

Sicut enim in regiam militaremq́; uiam reliqui calles à pagis agrisq́; proueniunt: Ita hunc prophetæ (qui etiam uiæ ſunt) hunc CHRISTVM uiam eſſe credẽtibus oſtenderunt. Via regia militarisq́;. Prophetæ.

Sicut enim optimorum pictorum artem facilius explorare quis poterit, qui ueræ atque archetypæ rei pictam imaginem conferat: Ita nos decet philoſophorum & prophetarum dicta conferre & tunc diſcernere. Pictorũ ars. Archetypõ.

Turpe eſſet ſi ludorum præfecti athletis dona non darent quæ promiſerunt, etiam operarios conductos mercedem ferentes dimittimus. Et quiſquàm à CHRISTO patre fami- Athletæ.

lias in uineam uocatus illi non donatus abibit?

Arbores. Sermo. 12. Sicut arbores ſuis radicibus innituntur, & ab eis alimenta percipiunt, et iterum rami, folia et fructus ornãt

Fides. radicẽ, & radix inutilis eſſet, niſi hæc adeſſent: Ita fides ſem-

Opera. per ornãda eſt operibus. Sicut corpus indiget ſenſibus et mẽbris, ſcilicet pedibus, manibus, etc. trũcus abſq; his poßit uiuere, ſed nõ ornate: ſic fides operibus. sicut q picturã uel ſutoriã

Pictura. Sutoria. Exercitatio. artẽ perdiſcunt, non ſolũ ut earum rationẽ teneant, dant operã, ſed ut multò magis manibus ſuis eas exerceãt: Sic moralis philoſophia, hoc eſt euangelica doctrina, nõ tantũ diſcẽda eſt ut eam ſciamus, ſed uerbis, moribus, & uita exprimamus.

Nomenclator. Poëtæ. Seneca lib. De beneficijs 1. Cap. 5. Quemadmodum nomenclatori memoriæ loco audacia eſt, & cuicunque nomen non poteſt reddere, imponit: Ita poëtæ non putant ad rem pertinere uerum dicere, ſed aut neceßitate coacti, aut decore corrupti, id quenque uocari iubent, quod bel le facit ad uerſum.

Grati. Ingrati. Cap. 10. Quemadmodum autem curandum, ut in eos potißimum beneficia conferamus, qui grate reſponſuri erunt: Ita quædam etiam, ſi de illis malè ſperabitur, faciemus tribuemusq;, non ſolum ſi iudicabimus ingratos fore, ſed ſi ſciemus fuiſſe, tanquàm ſi filios alicui reſtituerẽ potero, magno periculo liberatos, ſine ullo meo incommodo, non dubitabo.

Meretrix. Cap. 14. Quemadmodum meretrix ita inter multos ſe diuidit, ut nemo non aliquod ſignum familiaris animi ferat: Ita qui beneficia ſua amabilia uult eſſe, excogitat, quomodo & multi obligentur, & tamen ſinguli habeant aliquid, quo ſe cæteris præferant.

De beneficijs libro 2. cap. 2. Quemadmodum in ægris oportunitas cibi ſalutaris eſt, & aqua tempeſtiue data, remedij locum obtinuit: Ita quamuis leue & uulgare beneficium ſit, ſi præſto fuerit, ſi proximam quamque horam non perdidit, multum ſibi adijcit, gratiamq́; precioſi, licet lenti & diu cogitati muneris uincit. Tempeſtiua beneuolentia.

Cap. 5. Quemadmodum acerbiſſima crudelitas eſt quæ trahit pœnam, & miſericordiæ genus eſt, cito occidere, quia tormentum ultimum finem ſui ſecum affert, quod antecedit tempus, maxima uenturi ſupplicij pars eſt: Ita maior eſt muneris gratia, quo minus diu pependit. Eſt enim bonarum etiã rerum ſolicita expectatio. Crudelitas. Miſericordia.

Cap. 6. Sicut in telis eadem ferri uis eſt, ſed in infinitum intereſt, utrum excuſſo lacerto excutiantur, an remiſſa manu effluant. Gladius idem & ſtringit & transforat, quàm preſſo articulo uenerit, refert: Idem eſt quod datur, ſed intereſt, quomodo detur. Tela. Gladius.

Capite 14. Quemadmodum pulcherrimum opus eſt, etiam inuitos nolentesq́; ſeruare: Ita rogantibus peſtifera largiri, blandum & affabile odium eſt. Odium.

Capite 27. Non patitur auiditas quenquam eſſe gratum. Nunquàm enim improbæ ſpei, quod datur ſatis eſt. Et maiora cupimus, quò maiora uenerunt, ut flammæ infinito acrior uis eſt, quò ex maiore incendio emicuit. Aequè ambitio non patitur quenquam in ea menſura honorum conquieſcere, quæ quondam eius fuit impudens uotum. Auiditas. Flamma. Ambitio.

Libro 3. de beneficijs capite 2. Quemadmodum quæ in uſu ſunt, & manum quotidie tactumq́; patiuntur, num-

Situs. quàm periculum ſitus adeunt: Illa quæ ad oculos non reuocantur, ſed extra conuerſationem ut ſuperuacua, iacuerunt, ſordes ipſa colligunt uetuſtate: Ita quicquid frequens cogitatio exercet, ac renouat, memoriæ nunquàm ſubducitur, quæ nihil perdit, niſi ad quod ſæpe non reſpexit.

Cogitatio. Memoria.

Mundi officium. Libro 4. de beneficijs capite 13. Quomodo mundi officium eſt circumagere rerum ordinem, quomodo ſolis, loca mutare, ex quibus oriatur, in quæ cadat, & hæc ſalutaria nobis facere ſine præmio: Ita uiri officium eſt inter alia, & beneficium dare.

Amor ſui. Cap. 17. Quemadmodum nemo in amorem ſui cohortandus eſt, quem cum naſcitur trahit: Ita ne ad hoc quidem ut honeſta per ſe petat.

Aues. Cap. 20. Vt aues quæ laceratione corporum aluntur, la pſa morbo pecora, & caſura è proximo ſpeculantur: Ita hic imminet morti, & circa cadauera uolat. Gratus animus ipſa uirtute propoſiti ſui capitur.

Diſertus. Fortis. Gratus. Capite 21. Quomodo eſt diſertus etiam qui tacet, fortis etiam qui compreſsis manibus, uel etiam alligatis, gubernator etiam qui in ſicco eſt, quia conſummatæ ſcientiæ nihil deeſt, etiam ſi quid obſtat quò minus ſe utatur: Ita gratus eſt etiam qui uult tantum, nec habet huius uoluntatis ſuæ ullum alium quàm ſe teſtem.

Lynceus. Stultus. Capite 27. Quomodo homo omnes ſenſus habet, nec ideo tamen omnes homines aciem habent Lynceo ſimilem: Sic qui ſtultus eſt, tam acria & concitata habet omnia, quàm quidam quædam. Omnia in omnibus uitia ſunt, ſed non omnia in ſingulis extant.

Quomodo malè filiæ conſulit, qui illam contumelioſa

lioſo & ſæpe repudiato collocauit: quomodo malus paterfamiliâs habebitur, qui negociorum geſtorum damnato, patrimonij ſui curam mandauerit: quomodo dementiſsime teſtabitur, qui tutorem filio reliquerit, pupillorum ſpoliatorem: Sic peſsime beneficia dare dicetur, quicunque ingratos eligit, in quos peritura conferat. Ingrati.

Capite 30. Hæc debemus uirtutibus, ut non præſentes ſolum illas, ſed etiam ablatas è conſpectu colamus. Quomodo illæ id egerunt, ut non in unam ætatem prodeſſent, ſed beneficia ſua etiam poſt ipſas relinquerent: Ita & nos non una ætate grati ſumus. Virtutes.

Libro quinto de beneficijs capite 1.

Vt gloria fugientes magis ac magis ſequitur: Ita fructus beneficiorum gratius reſpondet illis, per quos etiam eſſe ingratis licet. Gloria.

Capite 8. Vt in orbe ac pila, nihil eſt imum, nihil ſummum, nihil extremum, nihil primum, quia motu ordo mutatur, & quæ ſequebantur, præcedunt: & quæ occidebant, oriuntur, omnia quomodocunque ierint, in idem reuertuntur: Ita in homine exiſtima fieri, cum illum in multa mutaueris, unus eſt. Orbis. Pila.

Cap. 12. Quemadmodum quædam in oblectamentũ ac iocum ſic alligantur, ut eorum ſolutio imperito difficilis ſit: quæ ille, qui implicuit, ſine ullo negocio ſeparat, quia commiſſuras eorum & moras nouit, nihilominus illa habent aliquam uoluptatem, tentant enim acumen animorum, & intentionem excitant: Ita hæc quæ uidentur callida, & inſidioſa, ſecuritatem, torporem ac ſegnitiem, ingenijs auferunt, quibus mo- Callida. Inſidioſa.

 do cam-

de campus in quo uagentur, ſternendus eſt, modò recti aliquid & confragoſi obijciendum, per quod crepant, & ſollicitè ueſtigium faciant.

Stomachus — Quemadmodum ſtomachus morbo uitiatus, & colligens bilem, quoſcunque accepit cibos, mutat, & omne alimentum in cauſam doloris trahit: Ita animus cæcus quicquid illi commiſeris, ad onus ſuum & perniciem & occaſionem miſeriæ facit. (Animus cæcus.)

Fœnerator — Cap. 21. Quomodo fœnerator quoſdam debitores non appellat, quos ſcit decoxiſſe, & in quorum pudorem nihil ſupereſt, niſi quòd pereat: Sic ego quoſdam ingratos palam ac pertinaciter prætεribo, nec ab ullo beneficium repetam, niſi à quo non ablaturus ero, ſed recepturus. (Ingrati.)

Libro 6. de beneficijs cap. 1. Quomodo aliud eſt munus, aliud ipſa donatio, aliud qui nauigat, aliud ipſa nauigatio. Et quamuis æger non ſit ſine morbo, non tamen idem eſt æger & morbus: Ita aliud eſt beneficium ipſum, aliud quod ad unumquenque noſtrum beneficio peruenit. (Beneficium)

Fortuita. — Cap. 8. Quomodo multos fortuita ſanant, & in flumen alicui cecidiſſe frigore magno, cauſa ſanitatis fuit, quomodo quorundam flagellis quartana diſcuſſa eſt, & metus repentinus animum in aliam curam auertendo ſuſpectas horas fefellit, nec ideo quicquàm horum etiam ſi ſaluti fuit, ſalutare eſt: Sic quædam nobis proſunt, dum uolunt, imò, quia nolunt, non tamen ideo illis beneficium debemus. (Quartana)

Cap. 11. Quemadmodum ei qui uoluit mihi pecuniam credere & non credidit, nihil debeo: Ita ei qui uoluit mihi beneficium

neficium dare; ſed non potuit, amicus quidem ero, ſed non obligatus.

Capite 34. Quemadmodum te et in dubijs & in adverſis, & in lætis ſapienter geris, & dubia prudenter tractas, adverſa fortiter, læta moderate: Ita in omnia utilem te amico exhibere potes, adverſa eius ſi nec deſerueris, nec optaueris.

Quemadmodum qui optat diuitias alicui in hoc, ut illarũ partem ipſe ferat, quamuis pro illo uideatur optare, ſibi proſpicit: Sic qui optat amico aliquam neceßitatem, quam adiutorio ſuo fideq́; diſcutiat, quod eſt ingrati, ſe illi præfert, & tãti exiſtimat illum miſerum eſſe, ut ipſe gratus ſit, & ob hoc ipſum ingratus eſt. Ingratus.

Capite 37. Quemadmodum illi ſeruauerunt bonorum ciuium officium, qui reddi ſibi penates noluerunt clade communi, quia ſatius erat duos iniquo malo affici, quàm omnes publico: Ita nõ ſeruat hominis grati affectum, qui bene de ſe merentem difficultatibus uult opprimi, quas ipſe ſubmoueat, qui etiam ſi bene cogitat, male precatur. Penates.

Libro 7. de beneficijs. Cap. 1. Quemadmodum magnus luctator eſt, non qui omnes numeros, nexusq́; perdidicit, quorum uſus ſub aduerſario rarus eſt, ſed qui in uno ſe aut altero bene & diligenter exercuit, & eorum occaſiones intentus ſpectat: Nec enim refert q̃ multa ſciat, ſi ſcit quantum uictoriæ ſatis eſt: Sic in hoc ſtudio multa delectant, pauca uincũt. Luctator.

Cap. 5. Quemadmodum dij immortales inermes regũt, & ex illis rerũ ſuarum ex ædito, tranquilloq́; tutela eſt: Ita ſapiens officia ſua, q̃uis latißime pateant, ſine tumultu obit. Sapiens.

Cap. 31. More optimorum parentum, qui maledictis ſuo Parentes.

rum infantium arrident, non ceſſant dij beneficia congerere; de beneficiorum autore dubitātibus, ſed æquali tenore bona ſua per gentes populosq́; diſtribuunt, unā potentiam ſortiti, prodeſſe. Spargunt oportunis imbribus terras, maria flatu mouent, ſyderū curſu notant tempora, hyemesq́; æſtatesq́; interuentu lenioris ſpiritus molliūt, errorem labentium animarum placidi ac propitij ferunt. Imitemur illos. Demus etiam ſi multa in irritum data ſint. Demus nihilominus alijs, demus ipſis, apud quos iactura facta eſt.

Malis & ingratis etiā dandum.

Peregrini. Lib. Epiſt. 1. Epiſt. 2. In peregrinatione uitam agentib. hoc euenit, ut multa hoſpitia habeant, nullas amicitias: Idem accidat neceſſe eſt ijs qui nullius ſe ingenio familiariter applicant, ſed omnia curſim & properanter tranſmittunt. Nō

Cibus. prodeſt cibus, nec corpori accedit, qui ſtatim ſumptus emittitur. Nihil æque ſanitatem impedit, quàm remediorum crebra mutatio, non uenit uulnus ad cicatricem, in quo crebra medicamenta tentantur. Non conualeſcit planta, quæ ſæpius transfertur, nihil tam utile eſt, quod in tranſitu proſit. Diſtrahit animum librorum multitudo.

Delicatæ res. Epiſt. 5. Quemadmodū delicatas res deſiderare luxuriæ eſt: Ita uſitatas & nō magno parabiles fugere, demētiæ eſt.

Catena. Quemadmodum eadem catena, & cuſtodem & militem copulat: Sic iſta quæ tā diſſimilia ſunt, pariter incedunt. Spem metus ſequitur.

Aegri. Epi. 7. Quod ægris euenit, quos longa imbecillitas uſq́; adeò affecit, ut nunquam ſine offenſa proferantur: Hoc accidit nobis, quorum animi ex longo morbo inficiuntur. Inimica eſt multorum conuerſatio. Epiſt. 9.

Oculorum Si quis oculum caſu excuſſerit, reliquiæ illi ſuæ ſatisfaciant,

ent, & erit in minuto corpore & amputato tam lætus, q̃ in integro fuit. Sed quæ ſibi deſunt num deſiderat? Non deeſſe mauult? Ita ſapiens ſe contentus eſt, non ut uelit eſſe ſine amico, ſed ut poſsit: & hoc quod dico poſsit tale eſt, amiſſum æquo animo fert ſine amico quidem nunquam erit, in ſua poteſtate habet q̃ cito reparet, Quomodo ſi perdiderit Phidias ſtatuam, protinus alteram faciet: Sic hic faciendarum amicitiarũ artifex ſubſtituet & alium in locum amiſsi. casu excutiens. Phidias.

Quomodo ſolitudo in odio eſt: Sic in dulcedine appetitio ſocietatis: Quomodo hominẽ homini natura cõciliat: ſic ineſt huic quoq; rei ſtimulus, qui nos amicitiarũ appetẽtes faciat. Solitudo.

Li. epi. 2. epi. 14. Quemadmodũ plus agit tortor, quò plura inſtrumẽta doloris expoſuit (Specie enim uincũtur, qui patientia reſtitiſſent) Ita ex his, quæ animos noſtros ſubigũt & domant, plus proficiunt, quæ habent quod oſtendant. Tortor.

Epiſt. 17. Quemadmodum nihil differt, utrum ægrum in ligneo lecto aut in aureo colloces, quocunq; illum tranſtuleris, morbum ſuum ſecum transferet: Sic nihil refert, utrum animus æger in diuitijs, aut in paupertate ponatur, malum ſuum illum ſequitur. Animus æger.

Epiſt. 18. In omnes perſonas hic exardeſcit affectus, tam ex amore naſcitur quàm ex odio, non minus inter ſeria, quàm inter luſus & iocos. Nec intereſt ex quàm magna cauſa naſcatur, ſed in qualem perueniat animum: Sic ignis non refert q̃ magnus, ſed quò incidat. Nam etiam maximum ſolida non receperunt, rurſus arida & corripi facilia, ſcintillam quoq; fouent uſq; in incendium. Affectus.

Epiſtola 23. Leuium metallorum fructus in ſummo eſt, illa opulentiſsima ſunt, quorum in alto latet uena aſsidue plenius Metalla.

pleniuſ reſponſura fodienti. Hæc quibus delectatur uulgus, tenuem habent ac perfunctoriam uoluptatem, & quodcunq; inuenticium gaudium eſt, fundamento caret. Hoc de quo loquor, ad quod te conor perducere, ſolidum eſt, & quod plus pateat introrſus.

clepſydra. *Epiſt. 24. Quemadmodum clepſydra non extremum ſtillicidium exhaurit, ſed quicquid ante defluxit: Sic ultima hora qua eſſe deſinimus, non ſola mortem facit, ſed ſola conſummat.*

Scelera. Voluptatū pœnitētia. *Epiſt. 27. Quemadmodum ſcelera etiam ſi non ſint deprehenſa cum fierent, ſolicitudo nō cum ipſis abijt: Ita improbarum uoluptatum etiam poſt ipſas pœnitentia eſt.*

Pondus. Onera. *Epiſt. 28. Vadis huc & illuc, ut excutias inſidens pondus quod ipſa iactatione incommodius fit: Sicut in naui onera immota minus urgent, inæqualiter conuoluta citius eam partem in quam incubuere, demergunt.*

Loca grauia. *Vt loca grauia, etiam firmiſſimam ualetudinem tentant: Ita bonæ quoq; menti, necdum adhuc perfectæ, & conualeſcenti ſunt aliqua parum ſalubria.*

Sentina. Senile corpus. *Epiſt. 30. Quemadmodum in naue quæ ſentinam trahit, uni rimæ aut alteri obſiſtitur, ubi plurimis locis laxari cœpit & cedere, ſuccurri non poteſt nauigio dehiſcenti: Ita in ſenili corpore aliquatenus imbecillitas ſuſtineri & fulciri poteſt, ubi tanquam in putri ædificio omnis iunctura dilabitur; & dum alia excipitur, alia deſcinditur, circumſpiciendum eſt quomodo exeas.*

Mixtura lucis. *Epiſt. 31. Quemadmodum ſine mixtura lucis nihil ſplendidum eſt, nihil atrum, niſi quod tenebras habet, aut aliquid in ſe traxit obſcuri: quemadmodum ſine adiutorio ignis, nihil*

calidum

calidum eſt, nihil ſine aëre frigidũ: Ita honeſta & turpia uirtutis malicıæ ſocietas efficit.

Epiſt. 34. Si agricolam arbor ad fructum producta delectat, ſi paſtor ex fœtu gregis ſui capit uoluptatem, ſi alumnũ ſuum nemo aliter intuetur, quàm ut adoleſcentiam illius ſuã iudicet, quid euenire credis his, qui ingenia educauerunt, & quæ tenera formauerunt, adulta ſubito uident? Agricola.

Epiſt. 39. Quemadmodum flamma ſurgit in rectum, iacere ac deprimi non poteſt, non magis quàm quieſcere: Ita noſter animus in motu eſt, eo mobilior ac actuoſior, quo uehementior fuit. Flamma.

Magni animi eſt magna contemnere, ac mediocria malle, quàm nimia. Illa enim utilia uitaliáq; ſunt, ac hæc eo quo ſuperfluunt nocent. Sic ſegetem nimia ſternit ubertas, ſic rami onere franguntur, ſic ad maturitatem non peruenit nimia fœcunditas. Idem animis quoq; euenit, quos immoderata felicitas rumpit, qua non tantum in aliorum iniuriã, ſed etiam in ſuam uertuntur. Nimia fœcunditas.

Epiſt. 40. Si imagines nobis amicorum abſentium iucundæ ſunt, quæ memoriam renouant, & deſiderium abſentiæ, falſo atq; inani ſolatio leuant: quantò iucundiores ſunt literæ, quæ uera amici abſentis ueſtigia, ueras notas afferunt? Imagines.

Quemadmodum per procliue currentium, non ubi uiſum eſt gradus ſiſtitur, ſed incitato corporis pondere ſe rapit, ac longius quàm uoluit effertur: Sic iſta dicendi celeritas, nec in ſua poteſtate eſt, nec ſatis decora philoſophiæ, quæ ponere debet uerba non proijcere, & pedetentim procedere. Per procliue currentes.

Quemadmodum enim iudex ſubſequi poterit, aliquando etiam imperitus ac rudis: tum quoq; cum illum aut oſtentatio abſtu- Iudex.

abſtulerit, aut affectus impetus ſui, tantum feſtinet atq; ingerat, quantum aures pati poſſunt.

Radij ſolis. *Epiſt. 41. Quemadmodum radij ſolis contingunt quidẽ terrã, ſed ibi ſunt unde mittuntur: Sic animus magnus & ſacer, & in hoc demiſſus ut propius diuina noſcemus, conuerſatur quidem nobiſcum, ſed hæret origini ſuæ.*

Equum empturus. *Epiſt. 47. Quemadmodum ſtultus eſt qui equum empturus, non ipſum inſpicit, ſed ſtratum eius ac frena: Sic ſtultiſſimus eſt qui hominem aut ex ueſte, aut ex conditione, quæ ueſtis modo nobis circundata eſt, æſtimat.*

Virtutes. *Epiſt. 51. Quemadmodum uirtutes retentæ exire non poſſunt, faciliſq; earum tutela eſt: Ita initium ad illas eundi arduum, quia hoc primum imbecillæ mentis atq; ægræ eſt formidare inexperta.*

Veſtis. Color. *Epiſt. 52. Quemadmodum aliqua ueſtis ſapienti ac probo uiro magis cõuenit quàm alia, nec ullum colorem ille odit, ſed aliquem putat parum aptum eſſe frugalitatem profeſſo: Sic regio quoq; eſt, quam ſapiens uir, aut ad ſapientiam tendens declinet, tanquam alienam bonis moribus.*

Flamma. Aër. *Epi. 55. Queadmodũ flãma non poteſt opprimi, nam circa id diffugit quo urgetur: quemadmodũ aër uerbere aut ictu nõ læditur, nec ſcinditur quidem, ſed circa id cui ceſſit refunditur: Sic animus qui ex tenuiſſimo conſtat, deprehendi non poteſt, nec intra corpus affligi, ſed beneficio ſubtilitatis ſuæ pro ipſa quibus premitur erumpit.*

Fulmen. Animus. *Quomodo fulmini, etiam cum latiſſime percuſſit ac fulſit, per exiguum foramen eſt reditus: Sic animo qui adhuc tenuior eſt igne, per omne corpus fuga eſt.*

Cælator. *Epiſt. 59. Quemadmodũ cælator oculos diu intentos, ac fatiga-*

fatigatos remittit atq; reuocat, & (ut dici ſolet) paſcit: Sic nos animum aliquando debemus relaxare, & quibuſdam oblectamentis reficere, ſed ipſa oblectamenta opera ſint, ex his quoq; ſi obſeruaueris ſumes quod poßit fieri ſalutare. *Laxandus animus.*

Epiſt. 66. Quemadmodum artifices ex alicuius rei ſubtilioris intentione quæ oculos defatigat, ſi malignum & non præclarum lumen habent, in publicum prodeunt, & in aliqua regione ad populi ocium dedicata oculos libera luce delectãt: Sic animus in hoc triſti & obſcuro domicilio cluſus, quoties poteſt apertum petit, & in rerum naturæ contemplatione requieſcit. *Artifices.*

Epi. 67. Quemadmodum ſerenitas cœli non recipit maiorem adhuc claritatem, in ſyncerißimum nitorem repurgata: Sic hominis corpus animumq; curãtis, & bonũ ſuum ex utroque nectentis, perfectus eſt ſtatus, & ſummum uoti ſui inuenit, ſi nec æſtus animo eſt, nec dolor corpori. *Perfectus ſtatus.*

Epi. 69. Hi quorum pedes dolor repetit, aut uino aut balneo abſtinent, in cætera negligentes, huic, à quo ſæpe infeſtãtur, occurrunt: Sic in animo noſtro ſunt quaſi cauſariæ partes, quibus adhibenda curatio eſt. *Pedum dolor.*

Epi. 70. Quemadmodũ ei qui amorem exuere conatur, euitanda eſt omnis admonitio dilecti corporis, nihil enim facilius quàm amor recrudeſcit: Ita qui deponere uult deſideria rerum omniũ, quarum cupiditate flagrauit, & oculos & aures ab his quæ reliquit auertat. *Amor. Vitanda occaſio peccandi.*

Epiſt. 71. Quemadmodum nauim eligam nauigaturus, & domum habitaturus: Ita mortem utiq; qua ſum exiturus è uita meliorem. *Nauis.*

Epi. 72. Luxurioſo frugalitas pœna eſt, pigro ſupplicij *Frugalitas*

loco

Labor. loco labor eſt delicatus miſeretur induſtrij, deſidioſo ſtudere torqueri eſt: Eodē modo ad quæ omnes imbecilles ſumus, dura atq; intoleranda credimus, obliti quā multis tormentū ſit uino carere, aut prima luce excitari.

Lana. Quemadmodum lana quoſdam colores ſemel ducit, quoſdam niſi ſæpius macerata & recocta, non perbibit: ſic alias diſciplinas ingenia cum accepere, protinus præſtant, hæc niſi alte deſcendit, & diu ſedit, animum non colorauit, ſed infecit, nihil ex his quæ promiſerat præſtat.

Præceptores. Epiſt. 74. Quemadmodū præceptores ſuos ueneratur ac ſuſpicit, quorū beneficio illis in uijs exit: Sic & his ſub quorum tutela poſitus exercet iſtas bonas.

Neptunus. Quemadmodum Neptuno plus debere ſe iudicat ex his qui eadem tranquillitate uſi ſunt, qui plura & precioſiora illo mari uexit, animoſus à mercatore quàm à uectore ſoluitur uotum, & ex ipſis mercatoribus effuſius gratus eſt, qui odores & purpuras & auro penſanda portabat, quàm qui uiliſsima quæque & ſaburræ loco futura congeſſerat: Sic huius pacis beneficium ad omnes pertinens altius ad eos peruenit, qui illa bene utuntur.

Sapientes duo. Quemadmodum ex duobus ſapientibus qui ſenior deceſſit, non eſt beatior eo, cuius intra paucos annos terminata uirtus eſt: Sic Deus non uincit ſapientem felicitate, etiamſi uincit ætate.

Semina diuina. Semina in corporibus humanis diuina diſperſa ſunt, quæ ſi bonus cultor excipit, ſimilia origini prodeunt, & paria his ex quibus orta ſunt ſurgunt: Si malus non aliter quā humus ſterilis ac paluſtris necat, ac deinde creat purgamenta pro frugibus.

Epiſt.

Epiſt.75.Omnium animos mala aliena ac repentina ſo-licitant: quemadmodum aues etiam inanis fundæ ſonus terri tat: Ita nos non ad ictum tantũ exagitamur,ſed ad crepitũ. Fulgur è ui tro metuẽs

Epiſt.76.Affectus ſunt motus animi, improbabiles,ſubiti & concitati, qui frequentes neglectiq; fecêre morbum:Sicut diſtillatio,nec adhuc in mortem adducta tuſſim facit aſſidua & uetus phthyſim. Affectus. Diſtillatio.

Epiſt.77.Nauis pretioſa dicitur,non quæ precioſis coloribus picta eſt,nec cui argenteum roſtrum eſt,nec cuius tutela ebore cælata eſt, nec quæ fiſcis ac opibus regis preſſa eſt, ſed ſtabilis & firma, & iuncturis aquam excludentibus ſpiſſa, ad ferendum incurſum maris ſolida, gubernaculo parens, uelox, & non ſentiens uentum. Gladium bonum dices non cui deauratus eſt baltheus, nec cui uagina gemmis diſtinguitur, ſed cui ad ſecandum ſubtilis acies, & mucro munimentum omne rupturus:Regula non quàm formoſa, ſed quàm recta ſit quæritur: Eo quodque laudatur cui comparatur, quódque illi proprium eſt. Ergo in homine nihil ad rem pertinet quantum aret, quantum fœneret, à quàm multis ſalutetur,quàm precioſo incumbat lecto, quàm perlucido poculo bibat, ſed quàm bonus ſit. Bonus autem eſt ſi ratio explicita & recta eſt,& ad naturæ ſuæ uoluntatem accommodata. Nauis precioſa. Gladius bonus.

Epiſt.78.Quemadmodum cœna peracta reliquiæ circunſtantibus diuiduntur:Sic peracta uita aliquid porrigi his qui totius uitæ miniſtri fuiſſent. Cœna. Reliquiæ.

Epiſt.79. Quemadmodum pernicioſior eſt hoſtis fugientibus:ſic omne fortuitum incommodum magis inſtat cedenti & auerſo. Hoſtis.

Vmbra. Epiſt.80. Quemadmodum aliquando umbra antecedit, aliquando ſequitur, uel à tergo eſt: Ita gloria aliquando ante nos eſt, uiſendamq; ſe præbet, aliquando in auerſo eſt, maiorq; quo ſerior, ubi inuidia ſeceſſit.

Reus. Epiſt.82. Quemadmodum reus ſententijs parib. abſoluitur, & ſemper quicquid dubiũ eſt, humanitas inclinat in melius: Sic animus ſapientis, ubi paria maleficijs merita ſunt, deſinet quidem debere, ſed non deſinet uelle debere: & hoc facit quod qui poſt tabulas, accepto quidem præſtauerant uſuram, uel hi remittunt, uel tabulas nouas ſoluunt.

Muſtum. Epi.84. Quemadmodum muſto dolia ipſa rumpuntur, & omne quod in imo iacet in ſummam partem uis caloris eiectat: ſic uino exæſtuãte, quicquid in imo iacet abditum, effertur & prodit in medium.

Diutini morbi. Quẽadmodum difficiles faciunt oculos diutini morbi etiam ad minimã radij ſolis offenſionem: Ita ebrietates continuæ efferant animos. Epiſt.85.

Alimenta. Alimẽta quæ accepimus quandiu in ſua qualitate perdurãt, & ſolida innatant ſtomacho, onera ſunt. At quum ex eo quod erãt mutata ſunt, tunc demum in uires & ſanguinẽ trãſeunt: Idẽ in his quib. aluntur ingenia præſtem, ut quæcunq; hauſimus, nõ patiamur integra eſſe, nec aliena ſint, ſed concoquamus illa: alioquin in memoriam ibunt, non in ingenium.

Suffuſio. Epi.86. Quomodo oculos maior & perfecta ſuffuſio excæcat: ſic modica turbat.

Ratio. Affectus. Quemadmodum rationi nullum animal obtemperat, non ferum & domeſticum & mite, natura enim illorum eſt ſurda ſuadenti: ſic non ſequuntur, non audiunt affectus quantulicunq; ſint.

Quemad-

Quemadmodum ſummum adiectionem non recipit (quid enim ſupra ſummum erit) Ita ne beata quidem uita, quæ ſine ſummo bono non eſt. Beata uita

Non ex ebore tantũ Phidias ſciebat facere ſimulachra, ſciebat ex ære: ſi marmor illi, ſi adhuc uiliorem materiã obtuliſſes, feciſſet quale ex illa optimũ fieri poſſet: Sic ſapiens uirtutem ſi licebit in diuitijs explicabit, ſi minus in paupertate: ſi poterit in patria, ſi minus in exilio, ſi poterit imperator, ſi minus miles, ſi poterit integer, ſi minus debilis, quamcunq; fortunam acceperit, aliquid ex illa memorabile efficiet. Phidias.

Epiſt. 88. *Si aurum ex urna ſuſtuleris, quia illic & uipera eſt, non ideo mihi urna aurum dat, quia uiperam habet, ſed aurum dat cum & uiperam habeat.* Eodem modo ex ſacrilegio lucrũ fit non quia turpe & ſceleratum eſt ſacrilegium, ſed quia lucrum habet: quemadmodum in illa urna uipera malũ eſt, non aurum quod cum uipera iacet: ſic in ſacrilegio malum eſt ſcelus non lucrum. Aurum. Vipera.

Epi. 89. *Quemadmodũ prima illa (ut antiqui uocabãt) literatura, per quam pueris elementa traduntur, non docet liberales artes, ſed mox percipiendis locum parat: Sic liberales artes non perducunt animum ad uirtutem, ſed expediũt.* Prima literatura.

Quemadmodum eſt aliqua pars philoſophiæ naturalis, eſt aliqua moralis, eſt aliqua rationalis Sic & hic quoq; liberalium artium turba locum ſibi in philoſophia uendicat. Partes philoſophiæ.

Epiſt. 90. *Quomodo multum inter auaritiam & pecuniã intereſt, cum illa cupiat hæc concupiſcatur: Sic inter philoſophiam & ſapientiam.* Epiſt. 91. Philoſophia.

Quemadmodum aũt omnibus indoles fortior fuit, & ad labores paratior: Ita non erant ingenia omnibus conſummata. Indoles.

Incõmoda. Commoda. Epiſt.95. Quemadmodum incommodorũ onere uſq; ad miſerum non deprimitur: Sic commodorum inopia non deducitur à beatiſsimo.

Sol. Lux. Solis uis & lux integra eſt etiam inter oppoſita: & quãuis aliquid interiaceat, quod nos prohibeat eius aſpectu, in opere eſt, curſu ſuo fertur. Quoties inter nubila luxit, non eſt ſereno minor, nec tardior quidem: quoniam multum intereſt utrum aliquid obſtet tantum, an impediat. Eodem modo uirtuti oppoſita nihil detrahunt. Non eſt minor ſed minus fulget, nobis forſitan non æque apparet ac nitet, ſibi eadem eſt, & more ſolis obſcuri, in occulto uim ſuam exercet.

Corporum habitus. Quemadmodum corporum noſtrorum habitus erigitur, & ſpectat in cœlum: Ita animus, cui in quantũ uult, licet porrigi, in hoc à natura rerũ formatus eſt, ut paria dijs uelit, & ſic utatur ſuis uiribus, ac ſe in ſpacium ſuum extendat.

Capilli detonſi. Vt ex barba capillos detonſos negligimus: Ita ille diuinus animus egreſſurus hominem, quo receptaculum ſuum conferatur, ignis illud exurat, an feræ diſtrahant, an terra contegat, non magis ad ſe iudicat pertinere, quàm ſecundas ad æditum infantem.

Corporis habitus. Quemadmodum in minore corporis habitu poteſt homo eſſe perfectus: Sic & in minori temporis modo poteſt eſſe uita perfecta.

Iaculari diſcens. Ad omnem uitam inſtructus. Epiſt.95. Quemadmodum qui iaculari diſcit, deſtinatũ locum captat, & manum format, ad dirigenda quæ mittit, cum hãc uim ex diſciplina & exercitatione percepit, quocunq; illa uult utitur. Didicit enim non hoc aut illud ferire, ſed quodcunq; uoluerit: Sic qui ſe ad totam uitam inſtruxit, non

non deſiderat particulatim admoneri, doctus in totum, non quomodo cum uxore ac liberis uiuat. Si quid oculis oppoſitũ moratur aciem, remouendum eſt: illo quidem non abiecto operam perdidit, qui præcepit: Sic ambulabis, illo manũ porrigens: Eodem modo ubi aliqua res obcæcat animum, & ad officiorum ordinem inſpiciendum impedit, nihil agit qui præcipit, ſic uiues cum patre, ſic cum uxore. Oculis oppoſitum.

Minuta quædam (ut ait Phædon) animalia cum mordent non ſentiuntur, adeo tenuis illis & fallens in periculum uis eſt: timor indicat morſum, & in ipſo tremore, nullum uulnus apparet: Idem tibi in conuerſatione uirorum ſapientium eueniet, non deprehendes quemadmodum aut quando tibi proſit, profuiſſe deprehendes. Minuta animalia. Conuerſatio ſapientum.

Epi. 96. Quemadmodũ primum militiæ uinculum eſt religio, & ſignorum amor, & deſerendi nefas: tũc deinde facile cætera exiguntur mandanturq́; ad iuſiurandũ adactis: Ita in his quos uelis ad beatam uitã perducere, prima fundamenta iacienda ſunt, & inſinuanda uirtus. Militiæ uincula.

Nihil ergo proderit dare præcepta niſi prius amoueris obſtantia præceptis: non magis quàm proderit arma in conſpectu poſuiſſe, propiusq́; admouiſſe, niſi uſuræ manus expediuntur, ut ad præcepta quæ damus poſſit animus ſoluendus ire. Præcepta.

Quemadmodum folia uirere per ſe non poſſunt, tantum deſiderãt cui inhæreant, ex quo trahant ſuccum: Sic iſta præcepta ſi ſola ſunt, marcent, infigi uolunt ſectæ. Folia.

Epiſt. 100. Obliuiſci quidem ſuorum, ac memoriam cum corporib. efferre, & effuſiſſime flere, meminiſſe parciſſime, inhumani eſt animi: Sic aues, ſic feræ ſuos diligunt quarum Obliuio.

concitatus eſt amor, & pene rapidus, ſed cum amiſsis totus extinguitur.

Excitans. Epi. 105. *Quomodo moleſtus eſt iucundum ſomnum uidẽti qui excitat, aufert enim uoluptatem etiam ſi falſam, effectũ tamen ueri habentẽ: Sic epiſtola tua mihi fecit iniuriã, reuocauit enim me cogitationi aptæ traditum, & iterũ ſi licuiſſet ulterius iuuabat de æternitate animarum quærere.*

Vterus matris. *Quemadmodũ nouem menſib. nos tenet maternus uterus, & præparat non ſibi ſed illi loco, in quem uidemur emitti, iã idonei ſpiritum trahere, & in aperto durare. Sic per hoc ſpatium quod ab infantia patet in ſenectutem, in alium naturæ ſumimur partum.*

Epiſto. 105.

Frondes. *Quemadmodum frondium iactura facilis eſt quia renaſcũtur, ſic iſtorũ quos amas, quosq́; oblectamenta uitæ putas eſſe, damnum, quia reparantur, etiam ſi non renaſcuntur.*

Magnanimes. Gloriosus & excelſus ſpiritus. *Magnanimes nos natura produxit, & ut quibuſdam animalib. ferrum dedit, quibuſdam ſubdolum, quibuſdam pauidũ: Ita nobis glorioſum & excelſum ſpiritum, quærentẽ ubi honeſtiſsime, non ubi tutiſsime uiuat, ſimillimum mundo, quem quantum mortalibus paſsibus licet, ſequitur æmulaturq́;.*

Vnguentaria taberna. Epiſt. 109. *Qui in ſolem uenit, licet non in hoc uenerit, colorabitur. Qui in unguentaria taberna reſederunt, & paulò diutius commorati ſunt, odorem ſecum loci ferunt: Et qui apud philoſophum fuerunt, traxerint aliquid neceſſe eſt, quod prodeſſet etiam negligentibus.*

Spiritus. *Quemadmodum ſpiritus noſter clariorem ſonum reddit, cum illum tuba per longi canalis anguſtias tractum, patenti ore nouiſsime exitu effudit: Sic ſenſus noſtros clariores carmi-*

minis arcta neceſsitas efficit.

Quemadmodum ex amphora primum quod eſt ſynceriſſimum effluit, grauiſsimum quodq; turbidumq́; ſubſidit: Sic in ætate noſtra, quod eſt optimum primum eſt. Amphora.

Epiſt. 115. Quemadmodum uniuſcuiuſque actio dicenti ſimilis eſt: Sic genus dicendi aliquando imitatur publicos mores. Actio.

Quomodo conuiuiorum luxuria, quomodo ueſtium, ægræ ciuitatis indicia ſunt: Sic orationis licentia (ſi modo frequens eſt) oſtendit animos quoque, à quibus uerba exeunt, procidiſſe. Conuiuia.

Quomodo in uino non ante lingua titubat, quàm mens ceſſit oneri & inclinata uel prodita eſt: Ita iſta oratio quid aliud q̃ ebrietas eſt? nulli moleſta eſt, niſi animus labatur. Ideo ille curetur, ab illo ſenſus, ab illo uerba exeunt, ab illo nobis eſt habitus, uultus, inceſſus. Illo ſano ac ualente, oratio quoq; robuſta, fortis, uirilis eſt. Vinum.

Epiſt. 116. Quēadmodum uiſus oculorum quibuſdám medicamentis acui ſolet & repurgari: Sic & nos, ſi aciem animi liberare impedimentis uoluerimus, poterimus perſpicere uirtutem, etiam obrutam corpore, etiam paupertate oppoſita, & humilitate & infamia obiacentibus. Viſus oculorum.

Epi. 122. Artifex inſtrumēta ſua tractat ex facili. Rector nauis ſcit gubernaculum flectere: Pictor colores quos ad reddendā ſimilitudinem multos uarioſq́; ante ſe poſuit, celerrime denotat, & inter ceram opusq́; facili uultu ac manu commeat: Sic animal in omnem uſum ſui mobile. Artifex.

Agilitas ſpontaneus motus eſt. Adeo autem non adigit illa ad hoc doloris timor, ut in naturalem motum Agilitas.

etiam dolore prohibente nitantur: Sic infans qui ſtare medi tatur,& ferre ſe aſſueſcit, ſimul tentare uires ſuas cœpit, cadit,& cum fletu toties reſurgit, donec ſe per dolorem ad id quod natura poſcit exercuit.

Animalia. Infantes. Sicut infantibus: ſic quoq; animalibus principalis partis ſuæ ſenſus eſt non ſatis dilucidus, non expreſſus.

Herba. Nam & illa herba quæ in ſegetem frugemq́; uentura eſt, aliam conſtitutionem habet tenera & uix eminens ſulco, aliã cum conualuit & molli quidem culmo, ſed qui ferat onus ſuum, conſtitit: aliam cum flaueſcit, & ad aream ſpectat, & ſpica eius induruit, in quam conſtitutionem quum uenit, eam tuetur, in eam componitur. Alia ætas eſt, infantis, pueri adoleſcentis, ſenis.

Aues. Ep. 125. Aues quæ conuiuijs comparantur, ut immotæ facile pingueſcant, in obſcuro continentur: Ita ſine ulla exercitatione iacentibus, tumor pigrum corpus inuadit, & ſuperbã umbram iners ſagina ſuccreſcit.

Sympho- nia. Adulatorũ ſermo. Ep. 129. Quemadmodũ qui audierũt ſymphoniam ferũt ſecum in auribus modulationem, illa ad dulcedinem cantumq́; cogitationes impedit, nec ad ſeria patitur intendi: Sic adulatorum & praua laudãtium ſermo diutius hæret q̃ auditur, nec facile eſt animo dulcem ſonum excutere, proſequitur & durat, & ex interuallo recurrit.

Scientia. Epiſt. 125. Quemadmodum omnis ſcientia atq; ars aliquid debet habere manifeſtum ſenſuq́; comprehẽſum, ex quo oriatur & creſcat: Sic beata uita fundamentum & initium à manifeſtis ducit, & eo quod ſub ſenſum cadit.

Quemadmodum omnis natura bonum ſuum niſi conſummata non profert: Ita hominis bonum non eſt in homine, niſi cum in illo ratio perfecta eſt.

Seneca lib. de diuina prouidentia. Quemadmodum tot amnes, tantum ſuperne deiectorum imbrium, tanta mediterraneorum fontium uis non mutat ſaporem maris neque remittunt quidem: Ita aduerſarium impetus rerum uiri fortes non uertit animum. Amnes. Fontes. Aduerſa res.

Solidiſsima pars eſt corporis, quam frequens uſus agitauit. Praebendi fortunae ſumus, ut contra illam ab ipſa duremur. Paulatim nos ſibi pares faciat. Contemptum periculorum aßiduitas periclitandi dabit. Sic ſunt nautica corpora ferendo mari dura: Agricolis manus tritae. Ad excutienda tela militares lacerti ualent, agilia ſunt membra curſoribus. Fortuna. Nautae. Agricolae.

Non eſt arbor ſolida nec fortis, niſi in quam frequens ictus incurſat: ipſa enim uexatione conſtringitur, & radices certius figit. Fragiles ſunt quae in aprica ualle creuerunt. Pro ipſis ergo bonis uiris eſt, ut eſſe interriti poſſint, multum inter formidoloſa uerſari, et aequo animo ferre quae non ſunt mala, niſi male ſuſtinenti. Arbor ſolida. Boni uiri.

Seneca lib. de Ira. Vt furentium certa indicia ſunt, audax & minax uultus, triſtis frons, torua facies, citatus gradus, inquietae manus, color uerſus, crebra & uehementius acta ſuſpiria: Ita iraſcentium eadem ſigna ſunt. Flagrant & micant oculi, multus ore toto rubor, exaeſtuante ab imis praecordijs ſanguine, labia quatiuntur, dẽtes comprimuntur, horrent ac ſubriguntur capilli, ſpiritus coactus ac ſtridens, articulorum ſeipſos torquentium ſonus, gemitus, mugitusq́ue, & parum explanatis uocibus ſermo praeruptus, & comploſae ſaepius manus, & pulſata humus pedibus, & totum concitum corpus, magnasq́ue irae minas agens foeda uiſu & horrendà Furentis. Iraſcentis. Ira furor breuis eſt, animum rege.

facies deprauantium ſe, atque intumeſcentium.

Haſtilia. *Quemadmodũ quædam haſtilia detorta, ut corrigamus, adurimus, & adactis cuneis non ut frangamus, ſed ut explicemus elidimus: Sic ingenia uitio praua, dolore corporis animíq́; corrigimus: Nempe medicus primo in leuibus uitijs tentat, non multum ex quotidiana conſuetudine inflectere, & cibis, potionibus, exercitationibus ordinem ponere, ac ualetudinem tantum mutata uitæ diſpoſitione firmare: proximum eſt, ut modus proficiat: ſi modus & ordo non proficit, ſubducit aliqua & circumcidit: ſi ne adhuc quidem reſpondet, interdicit cibis & abſtinentia corpus exonerat. Si fruſtra molliora ceſſerunt, ferit uenam, membrísq́; ſi adhærentia nocent, & morbum diffundunt, manus affert, nec illi dura uioletur curatio, cuius eſt ſalutaris effectus: Ita legum præſidem ciuitatísq́; rectorem decet, quàmdiu poteſt uerbis & his mollibus ingenia curare, ut facienda ſuadeat, cupiditatemq́; honeſti et æqui conciliet animus, faciatq́; uitiorum odium, pretium uirtutis, tranſeat deinde ad triſtiorem orationem, qua moneat adhuc & exprobret: nouiſſime ad pœnas & has adhuc leues, & reuocabiles decurrat. Vltima ſupplicia ſceleribus ultimis ponat ut nemo pereat, niſi quem perire, etiam pereuntis interſit.*

Ingenia. Medicus. Ciuitatis rector. Clementia

Vt in præceps data corpora. *Vt in præceps datis corporibus nullum ſui arbitrium eſt, nec reſiſtere morariue deiecta potuerunt, ſed conſilium omne & pœnitentiam irreuocabilis præcipitatio abſcidit, & non licet eodem peruenire, quo non ire licuiſſet: Ita animus ſi in iram, amorem, aliosq́; ſe proiecit affectus, non permittitur reprimere impetum, rapiat illum oportet, & ad imum agat ſuum pondus, etiam uitiorum natura procliuus.*

Affectus.

Dein-

Deinde non ideo uitia in uſum recipienda ſunt, quia aliquando aliquid boni effecerunt. Nam et febres quædam genera ualetudinis leuant, nec ideo non ex toto illis caruiſſe melius eſt. Abominandum remedij genus eſt, ſanitatem debere morbo. Simili modo ira etiam ſi aliquando ut uenenum, & præcipitatio, et naufragiũ, ex inopinato profuit, nõ ideo ſalutaris iudicanda eſt: ſæpe enim ſaluti fuere peſtifera. Vitia. Febres. Ira.

Vt exhulcerata & ægra corpora, quæ ad tactus leuiſsimos gemunt: Ita ira muliebre maxime & puerile uitium eſt. Exhulcerata & ægra corpora

Placidus itaque ſapiens, & æquus erroribus, non hoſtis ſed correptor peccantium, hoc quotidie procedit animo. Multi mihi occurrent uino dediti, multi libidinoſi, multi ingrati, multi auari, multi furijs ambitionis agitati. Omnia iſta tam propitius aſpiciet, quàm ægros ſuos medicus. Nunquid ille, cuius nauigium multum, undique laxatis compagibus, aquam trahit, nautis ipſiq; nauigio iraſcitur? Occurrit potius, & aliam excludit undam, deinde aliam egerit, manifeſta foramina præcludit, latentibus & ex occulto ſentinam ducentibus labore continuo reſiſtit, nec ideo intermittit, quia quantum exhauſtum eſt, ſubnaſcitur. Lento adiutorio opus eſt contra mala continua & fœcunda, non ut deſinant, ſed ne uincant. Sapiens Medicus Nauigium Sentina

Lib. 2. de ira. cap. 18. Vt in corporum cura, alia de tuenda ualetudine, alia de reſtituenda præcepta ſunt: Ita aliter iram debemus repellere, aliter compeſcere, ut uincamus. Corporum cura.

Cap. 51. Semper futurum aliquid, quod te offendat exiſtima. Gubernator nunq̃ ita totos ſinus explicuit ſecurus, ut non expedite ad contrahendum armamenta diſponeret. Timor. Gubernator.

Vt

Membra. *Vt omnia inter ſe membra conſentiunt, quia ſingula ſeruari totius intereſt: Ita homines ſingulis parcent, quia ad cœtum geniti ſumus.*

Nobilis. *Ille magnus & nobilis eſt, qui more magnæ feræ latratus minutorum canum ſecurus obaudit.*

Repunges. Murcs. Formicæ. *Cap.34. Puſilli hominis eſt et miſeri repetere mordentē, ut mures, & formicæ, ad quas ſi manum admoueris, ora conuertunt. Imbecilla ſe lædi putant, ſi tanguntur.*

Infera mōſtra. *Cap.35. Quales ſunt hoſtium uel ferarum cæde madentium, aut ad cædem euntium aſpectus, qualia poëtæ inferna monſtra finxere, ſuccincta ſerpentibus, & igneo flatu, quales ad bella excitanda, diſcordiamq́; in populos diuidendam,* Furiæ. *pacemq́; lacerandam deterrimæ inferi exeunt furiæ: talē nobis* Iræ notatio. *iram figuremus, flamma lumina ardentia, ſibilo mugituq́; & gemitu & ſtridore, & ſi qua his inuiſior uox eſt, perſtrepentem, tela manu utraq; quatientem, neq; illi tegere ſe, cura eſt: toruam, cruentamq́; & cicatricoſam, & uerberibus ſuis liuidam: inceſſu ueſano effuſam, multa caligine incurſitantem, uaſtantem, fugantemq́;: & ocium odio laborantem, ſui maxime: ſi aliter nocere non poßit, terras, maria, cœlum ruere cupientem, infeſtam pariter, inuiſamq́;.*

Ira. *Libro 3. de ira capite 1. Cætera uitia impellunt animos, ira præcipitat. Cæteris etiam ſi reſiſtere contra ſuos affe-* Affectus. *ctus non licet, at certe affectibus ipſis licet ſtare: hæc non* Fulmina. *ſecus quàm fulmina procellæq́;, & ſi qua alia irrationabi-* Procellæ. *lia ſunt, quia non eunt, ſed cadunt, uim ſuam magis ac magis tendit.*

Peſtilentia. *Cap.5. Quemadmodum aduerſus peſtilentiam nihil poteſt firmitas corporis, & diligens ualetudinis cura, promi-*

ſcue

ſicue enim imbecilla robuſtáq; inuadit: Ita ab ira tam inquie tis moribus periculum eſt quàm compoſitis & remiſsis, quibus eo turpior ac periculoſior eſt, quo plus in illis mutat.

Vt tela à duro reſiliunt, cum dolore cædentis ſolida feriuntur: Ita nulla magnum animum iniuria ad ſenſum ſui adducit, fragilior eo quod petit. Tela.

Cap. 6. Pars ſuperior mundi & ordinatior, & propinqua ſyderibus nec in nubem cogitur, nec in tempeſtatem impellitur, nec uerſatur in turbinē, omni tumultu caret, inferiora fulminantur. Eodē modo ſublimis animus, quietus ſemper & in ſtatione tranquilla collocatus, intra ſe premens, quibus ira contrahitur, modeſtus & uenerabilis eſt & diſpoſitus, quorum nihil inuenies in irato. Sublimis animus.

Quemadmodum per frequentia urbis loca properanti in multos incurſitandum eſt, & alicubi labi neceſſe eſt, alicubi retineri, alicubi reſpergi: Ita in hoc uitæ actu diſsipato & uago, multa impedimenta, multæ querelæ incidunt.

Cap. 7. Vt quædam in contactos è corpore uitia tranſiliunt: Ita animus mala ſua proximis tradit. Ebrioſus conuictores in amorem uini traxit: Impudicorum cœtus fortem, & ſi liceat uirum, emollit. Auaritia in proximos uirus ſuum tranſtulit. Eadem ex diuerſo ratio uirtutum eſt, ut omne quod ſecum habent mitigent. Vitia. Virtutes.

Capite 9. Confuſis oculis proſunt uirentia, & quibuſdam coloribus infirma acies acquieſcit, quorundam ſplendore præſtringitur: Sic mentes ægras ſtudia læta permulcent. Virentia.

Cap 10. Vt hulcera ad leuem tactum, deinde etiam ad ſuſpicionem tactus condoleſcunt: Ita animus affectus, mini- Hulcera.

mis

mis offenditur, adeo ut quoſdam ſalutatio, epiſtola, oratio, et interrogatio ad litem euocent.

Procellæ. *Quemadmodũ tempeſtatis ac pluuiæ ante ipſas notæ ueniunt: Ita iræ, amoris omniumq; iſtarum procellarũ animos uexantium ſunt quædam prænuncia. Quæ comitiali uitio ſolẽt*
Comitialis morbus. *corripi, iam aduentare ualetudinem intelligunt, ſi calor ſumma deſeruit, & incertum lumen neruorumq; trepidatio eſt, ſi memoria ſublabitur caputq; uerſatur. Solitis itaq; remedijs incipientem caſum occupant, & odore guſtuq; quicquid eſt, quod alienat animos repellitur, aut fomentis contra frigus rigoremq; pugnatur: aut ſi parum medicina profecit uitauerunt turbam & ſine teſte reciderunt.*

Indignatio Capi. 16. *Omnis enim indignatio in tormentum ſuum proficit, & imperia grauiora ſentit, quo contumacius patitur:* Fera. Aues. *Sic laqueos fera dum iactat aſtringit, ſic aues uiſcum dum trepidantes excutiunt, plumis omnibus illinunt.*

Magnitudo Capite 25. *Proprium eſt magnitudinis ueræ, non ſe* Fera. *ſentire percuſſum: Sic immanis fera ad latratum canum lenta reſpexit: Sic irritus ingenti ſcopulo fluctus aſſultat. Qui non iraſcitur inconcuſſus, in iniuria perſtitit, qui iraſcitur motus eſt.*

Seneca lib. 1. de clementia cap. 2. Sicut medicinæ apud clementia. *ægros uſus, etiam apud ſanos horror eſt: Ita clementiam quis pœna digni inuocent, etiam innocentes colunt.*

Corpus. Capite 3. *Quemadmodum totum corpus animo deſeruit,* Animus. *& cum hoc tanto maius tantoq; ſpecioſius ſit, ille in occulto maneat tenuis, & in qua ſede latitet incertus, tamen manus, pedes, oculi, negocium illi gerunt, illum hæc cutis munit, illius iuſſu iacemus, aut inquieti diſcurrimus,*

cum

cum ille imperauit, ſiue auarus dominus eſt, mare lucri cauſa ſcrutamur, ſiue ambitioſus, iamdudum dexteram flammis obiecimus, aut uoluntarie ſubſiluimus: Sic hæc immenſa multitudo, unius animæ circundata, illius ſpiritu regitur, illius ratione flectitur, preſſura ſe ac fractura uiribus ſuis, niſi conſilio ſuſtineretur.

Cap. 8. Vt fulmina paucorum periculo cadunt, omnium metu: ſic animaduerſiones magnarum poteſtatum terrent latius quàm nocent, non ſine cauſa. Fulmina. Animaduerſiones.

Cap. 18. Quemadmodum domini crudeles tota ciuitate commonſtrantur, inuiſiq; & deteſtabiles ſunt: Ita regum & iniuria latius patet infamia, atque odium ſeculis traditur. Crudeles. Reges.

Capite 20. Quemadmodum non eſt magni animi, qui de alieno liberalis eſt, ſed ille, qui quod alteri donat ſibi detrahit: Ita clementem uocabo, non in alieno dolore facilem, ſed eum qui cum ſuis ſtimulis exagitetur, non proſilit, qui intelligit magni animi eſſe iniurias in ſumma potentia pati, nec quicquàm eſſe glorioſius principe impune læſo. Liberalis. Clemens.

Cap. 25 Serpentes paruulæ fallunt, nec publice conſequuntur: ubi aliqua ſolitam menſuram tranſit, & in monſtrum excreuit, ubi fontes potu infecit, & ſi afflauit, deurit, obteritq; quacunq; inceſſit, baliſtis petitur. Poſſunt uerba dare, & euadere puſilla mala, ingentibus obuiam itur. Sic unus æger, nec domum quidem perturbat, at ubi crebris mortibus peſtilētiam eſſe apparuit, conclamatio ciuitatis, ac fuga eſt, & dijs ipſis manus intendūtur. Sub uno aliquo tecto flamma apparuit, familia unicuique aquam ingerunt. At incendium uaſtum, & multas iam domos depaſtum, parte urbis obruitur. Serpentes. Peſtilentia.

Religio. Lib.2.cap.5. Quemadmodum religio Deos colit, ſuper-
Superſtitio ſtitio uiolat: Ita clementiã manſuetudinemq́; omnes boni præ
Miſericordia. ſtabunt, miſericordiam autem uitabunt. Eſt enim uitium puſil
li animi, ad ſpeciem aliorum malorum ſuccidentis.

Cap.7. Sapiens multa remittet, multos parum ſani, ſed
Agricolæ. ſanabilis ingenij ſeruabit. Agricolas bonos imitabitur, qui
Arbores. non tantum rectas bonasq́; arbores colunt, ſed illas quoque
quas aliqua deprauauit cauſa, adminicula quibus reguntur
adminiſtrant. Alias circumcidunt, ne proceritatem rami pre
mant. Quaſdam infirmas uitio loci nutriunt. Quibuſdam
aliena umbra laborantibus, cœlum aperiunt. Secundum hæc
Sapiẽs perfectus. uidebit perfectus ſapiens, quod ingenium qua ratione tra-
ctandum ſit, donec in rectum praua flectantur.

Seneca lib. de beata uita cap.1. Quandoquidem non ea-
dem hic, quæ in cæteris peregrinationibus conditio eſt. In il-
Limes. lis comprehenſus aliquis limes, & interrogati incolæ non pa
tiuntur errare. At hic triſtiſsima quæq; uia & celeberrima
maxime decipit.

Exercitus. Cap.4. Quemadmodum idem exercitus modo latius pã
ditur, modo in anguſtum coartatur, & aut in cornua, ſinuata
media parte, aut recta fronte explicatur, uis illi, utcunque or
dinatus eſt, eadem eſt, & uoluntas pro eiſdem partibus ſtan
di: Ita deſideratio ſummi boni aliâs diffundi poteſt & porri
Summum bonum. gi, aliâs colligi & in ſe cogi. Idem utiq; erit ſi dixero. Sum-
mum bonum eſt animus fortuita deſpiciens, uirtute lætus: aut
cuncta uis animi, perita rerum, placida in actu, cum humani-
tate multa, & conuerſantium cura.

Aruum. Cap.9. Sicut in aruo quod ſegeti proſciſſum eſt aliqui flo
Flores. res internaſcuntur, non tamen huic herbæ q̃uis delectet ocu-
los,

los, tantum operis inſumptum eſt, aliud fuit ſerenti propoſitum, hoc ſuperuenit: Sic uoluptas non eſt merces, nec cauſa uirtutis, ſed acceßio. Nec quia delectat placet, ſed quia placet delectat. Voluptas.

Capite 14. Sicut deprehenſi mari Syrtico, modo in ſicco relinquuntur, modo torrente unda fluctuantur. Euenit autem hoc nimia intemperantia & amore cæco rei. Nam mala pro bonis petenti periculoſum eſt aſſequi. Vt feras cum labore periculoq; uenamur, & captarum quoque ſolicita poſſeßio eſt, ſæpe enim laniant dominos: Ita habentis magnæ uoluptates in magnum malum euaſere, captæq; cepere. Quæ quo plures maioresq;, eo ille minor, ac plurium ſeruus eſt, quem felicem uulgus appellat. Mare Syrticum. Feras uenari. Voluptates Felix.

Quemadmodũ qui beſtiarum cubicula indagat, & laqueo captare feras magno æſtimat, & magnis canibus circundare ſaltus ut illarum ueſtigia premat, potiora deſerit, multisq; officijs renunciat: Ita qui ſectatur uoluptatem, omnia poſtponit, & primam libertatem negligit, ac pro uentre dependit, nec uoluptates ſibi emit, ſed ſe uoluptatibus uendit. Venator. Voluptatẽ ſectans.

Cap. 15. Vt bonus miles feret uulnera, enumerabit cicatrices, & tranſuerberatus telis, moriens amabit eum, pro quo cadet, Imperatorem. Habebit in animo illud uetus, Deum ſequere. Quiſquis autem cogitur, queritur, & plorat, & gemit, imperata facere ui cogitur, & inuitus rapitur ad iuſſa nihilominus. Quæ autem dementia eſt potius trahi quàm ſequi? Miles. Deũ ſequor Coactus.

Cap. 23. Quemadmodum qui pedibus ſuis poterit iter conficere, aſcendere tamen uehiculum malet: Sic pauper ſi poterit eſſe diues uolet, & habebit utiq; opes, ſed tanq̃ leues & auolaturas, nec ulli alij, nec ſibi graues eſſe patietur. Pauper.

Corpus. Cap. 25. Quemadmodum corpus in procliui retineri
Virtutes. debet, in ardua impelli: Ita quædam uirtutes in procliui ſunt, quæ cliuum ſubeunt.

Diuitiæ. Cap. 26. Ocioſi diuitijs luditis, nec prouidetis illarum pe
Barbari. riculum: Sicut barbari plerunque incluſi & ignari machinarum, ſegnes laborem obſidentium ſpectant, nec quo illa pertingant, quæ ex longinquo inſtruuntur. Idem uobis euenit. Marcetis in ueſtris rebus, nec cogitatis quot caſus undique immineant, iam iamq́; precioſa ſpolia laturi.

Res humanæ. Cap. 28. Non eo loco res humanæ ſunt, etiam ſi ſtatum ueſtrum parum noſtis, et uobis tantum ocij ſuperſit, ut in probra meliorum agitare linguam uacet. Hæc uos non intelligitis, & alienum fortunæ ueſtræ uultum geritis: Sicut pluri-
Circus. theatrum. mi quibus in circo aut in theatro deſidentibus, iam funeſta domus eſt, nec annunciatum malum.

Cap. 30. Nec illum erit admiſſura reſpub. ſi ualetudo
Nauis quaſſa. illum impediet, quomodo nauem quaſſam non deduceret in mare, quomodo nomen in militiam non daret debilis: ſic ad
Nomē dare uitam quam inhabilem ſciet non accedet.

Cap. 32. Quomodo res appetere ſine ullo uirtutũ amore, & ſine cultu ingenij, ac nudas edere operas minime probabile eſt (miſceri enim inter ſe iſta, & conferri debent) ſic imper
Languidũ bonum. fectum ac languidum bonum eſt, in ocium ſine actu proiecta uirtus, nunquam id quod didicit oſtendens.

Vlcera. Seneca li. 1. de Tranquillitate uitæ cap. 2. Vt ulcera quædam nocitura manus appetunt, & tactu gaudent, & fœdam corporum ſcabiem delectat, quicquid exaſperat: non aliter
Voluptates dixerim his mentibus, in quas uoluptates uelut mala ulcera erumpunt, uoluptati eſſe laborem uexationemq́;.

Cap. 3. Vt quidam ſole & exercitatione curam corporis educunt, Athletisq; utiliſsimum eſt, lacertos ſuos, roburq; cui ſe uendicauerunt, maiore temporis parte nutrire: Ita nobis animum ad rerum ciuilium tutamen parantibus, in opere eſſe longe pulcherrimum eſt. Athletæ.

Vt leonum animaliumq; impetus, caueis coërcetur: ſic hominum quorum maxime in ſeductu orationes ſunt, ita tamen delituerint, ut ubicunque ocium ſuum abſconderit, prodeſſe uelit ſingulis & uniuerſis, ingenio, uoce, conſilio. Impetus.

Cap. 5. Vt ſalutaria, quæ citra guſtum tactumq; odore proficiunt: Ita uirtus utilitatem etiam ex longinquo et latens fundit, ſiue potitur & fruitur ſuo iure, ſiue precarios habet acceſſus, cogiturq; uela contrahere, ſiue ocioſa mutaq; eſt, & anguſto circumſcripta, ſiue adaperta, in quocunq; habitu eſt proſit. Salutaria. Virtus.

Cap. 7. Vt in peſtilentia cauendum eſt, ne corruptis iam corporibus, et morbo flagrãtibus aßideamus, quia pericula trahemus, afflatuq; ipſo in proximo laborabimus: Ita in amicorum legendis ingenijs dabimus operam, ut quàmminime inquinatos aſſumamus. Peſtilentia.

Cap. 15. Vt fertilibus agris non eſt imperandum, cito enim exhauriet illos nunquàm intermiſſa fœcunditas: Ita animorum impetus aßiduus labor frangit. Fertiles agri.

Seneca lib. 2. ad Serenum cap. 1. Tantum inter Stoicos Serene et cæteros ſapientiam profeſſos intereſſe, q̃tum inter fœminas et mares, non immerito dixerim, cũ utraq; turba ad uitæ ſocietatẽ tantundem conferat, ſed altera pars ad obſequendum, altera imperio nata ſit. Cæteri ſapientes ut molliter & blande, ut fere domeſtici et familiares medici ægris corporibus, non qua optimum, & celerrimum eſt: medentur, ſed qua Stoicos. Sapientes.

licet: Stoici uirilem ingreſſi uiam, non ut amœna ineuntibus uideatur curæ habent, ſed ut quàmprimum nos eripiant, & in illum æditum uerticem educant, qui adeo extra omnem teli iactum ſurrexit, ut ſupra fortunam emineat.

Cap. 3. Quomodo quorundã lapidum inexpugnabilis ferro duricia eſt, nec ſecari adamas, aut cædi uel teri poteſt, ſed incurrentia ultro retundit: quemadmodum quædam nõ poſſunt igne conſumi, ſed flamma circumfuſa, rigorem ſuũ habitumq; conſeruant: quemadmodũ proiecti in altum ſcopuli mare frangunt, nec ipſi ulla ſæuitiæ ueſtigia tot uerberati procellis oſtentant: Ita ſapientis animus ſolidus eſt, & id roboris collegit, ut tam ſit ab iniuria quàm illa quæ retuli.

Adamas. Scopuli. Sapientis animus.

Cap. 4. Vt cœleſtia humanas manus effugiunt, & ab his qui templa diruunt, aut ſimulachra conflant, nihil diuinitati nocetur: Ita quicquid fit in ſapiente proterue, petulanter, ſuperbe, fruſtra tentatur.

Templa. Simulachra.

Cap. 7. Vt intentam manum deijcere aliquis caſus poteſt, & emiſſa tela declinare: Ita iniurias qualeſcunque poteſt aliqua res depellere, & in medio intercipere.

Iniuriæ.

Cap. 11. Nam & pueri os parentum feriunt, & crines matris turbauit lacerauitq; infans, & ſputo aſperſit, aut nudauit in conſpectu ſuorum tegenda, & uerbis obſcœnioribus non pepercit, & nihil horum cõtumeliam dicimus. Quare? quia fecit, contemnere non poteſt. Eadem cauſa eſt cur nos mancipiorum noſtrorũ urbanitas in dominos cõtumelioſa delectet, quorum audacia ita demum ſibi in conuiuijs ius facit, ſi cœpit à domino. Vt quiſq; contẽptiſſimus, et ut maxime ludibrio eſt, ita ſolutiſſimæ linguæ eſt. Pueros quidẽ in hoc mercãtur procaces, & eorũ impudentiam acuunt, et ſub magiſtro habent, qui

Pueri. Infans. Vrbanitas.

quì probra meditate effundũt. Nec has contumelias uocamus ſed argutias. Quanta autem dementia eſt hiſdem modo delectari, modo offendi, et rem ab amico dictã, maledictum uocare, à ſeruo ioculare conuiciũ? Quem animũ nos aduerſus pueros habebimus, hunc ſapiens aduerſus omnes, quibus etiam poſt iuuentam canosq́; puerilitas eſt. An quicquàm illi profecerunt, quibus animi mala ſunt, auctiq́; in maius errores, qui à pueris magnitudine tantum formaq́; corporum differunt? Non immerito itaq; horum contumelias ſapiens ut iocos accipit, et aliquando illos tanquàm pueros, malo pœnaq́; admonet, & afficit, non quia accepit iniuriam, ſed quia fecerunt, ut deſinant facere. Sic enim & pecora uerbere domantur, nec iraſcimur illis cum ſeſſorem recuſauerint, ſed compeſcimus, ut dolor contumaciam uincat.

cõtumeliæ

Argutiæ.

Sapiens.

Pecora.

Cap. 13. Quis enim phrenetico medicus iraſcitur? quiſue febricitantis et frigida prohibiti, maledicta in malã partẽ accepit? Hunc affectũ aduerſus omnes habet ſapiẽs, quemadmodũ aduerſus ægros ſuos medicus, quorũ nec obſcœna ſi remedio egent contrectare, nec reliquias et effuſa intueri dedignatur, nec per furorẽ ſæuientiũ excipere cõuicia. Scit ſapiẽs omnes hos q togati, purpuratiq́; incedũt, ualẽtes coloratosq́; male ſanos eſſe, quos nõ aliter uidet q̃ ægros intẽperatos. Itaq; ne ſuccẽſet quidẽ, ſi qd in morbo petulãtius auſi ſunt aduerſus medentẽ. Quo animo honores eorũ nihilo æſtimat, eodẽ parũ honorifice facta. Quemadmodũ non placet ſibi, ſi illum medicus coluerit, nec contumeliã iudicabit, ſi illi honor plebis ultimæ ſalutanti mutuam ſalutationem non reddiderit, ſic nec ſe ſuſpiciet quidem, ſi illum multi diuites ſuſpexerint.

Phreneticus.

Febricitãs.

Sapiens.

Togati.

Purpurati.

Cap. 19. Non reſpicit quid homines turpe iudicent, aut

Sydera. miſerum, non it qua populus, ſed ut ſydera contrariũ mundo iter intendunt: Ita hic aduerſus opinionem omnium uadit.

Seneca li. de breuitate uitæ ad Pauli. Cap. 1. Sicut amplæ Opes. et regiæ opes ubi ad malũ dominum peruenerunt, momento diſſipantur. At q̃uis modicæ ſi bono cuſtodi traditæ ſunt, uſu Aetas. creſcunt: Ita ætas noſtra bene diſponenti multum patet.

Iter facientes. Vitæ iter. Cap. 9. Quẽmadmodũ quos aut ſermo, aut lectio, aut aliqua interior cogitatio iter facientes decipit, perueniſſe ante ſciunt, quàm appropinquaſſe: Ita hoc iter uitæ aſſiduum & citatiſſimum, quod dormientes uigilantesq́; eodem gradu facimus, occupatis non apparet niſi in fine.

Hilaritatẽ ſimulare. Adũbrata lætitia. Lib. ad Polybium de conſolatione cap. 24. Quod duces magni faciunt, rebus afflictis, ut hilaritatem de induſtria ſimulent, et aduerſas res adumbrata lætitia abſcondant, ne militum animi, ſi fractam ducis ſui mentem uiderint, & ipſi collabantur: Id nunc tibi quoque faciendum eſt, indue diſſimilem animo tuo uultum, & ſi potes, proijce omnem ex toto dolorem, ſin minus, introrſus abde, & contine ne appareat, & da operam ut fratres tui te imitentur, qui honeſtum putabunt quodcunque facientem uiderint animumq́; ex uultu tuo ſument, & ſolatium debes eſſe, & conſolator illorum.

Seneca lib. ad Martiam de conſolatione cap. 1. Quem- Vitia. admodum omnia uitia penitus inſidunt, niſi dum ſurgunt oppreſſa ſint: Ita quoq; triſtitia & miſeria, & in ſe ſæuitia ipſa nouiſſime acerbitate paſcuntur, & fit infelicis animi, praua uoluptas dolor.

Gubernator. Cap. 6. Simul uero cogita, non eſſe magni animi ſe rebus proſperis fortem gerere, ubi ſecũdo curſu uita procedit. Nec gubernatoris quidem artem, tranquillum mare, & obſequẽs

uentus

uentus oſtendit. Aduerſi aliquid incurrat oportet, quod animum probet. Agricola.

Cap. 16. Agricola euerſis arboribus, quas aut uentus radicitus euulſit, aut contortus repentino impetu turbo perfregit, ſobolem ex illis reſiduam fouet, & Turbo. amiſſarum ſemina ſtatim plantaſq; diſponit, & momento (nam ut in damna, ita ad incrementa rapidum ueloxq; tempus eſt) adoleſcunt amiſſis lætiora.

Cap. 23. Ignis quo clarior fulſit, citius extinguitur. Viuacior eſt qui cũ lenta difficiliq; materia commiſſus, fumoq; demerſus ex ſordido lucet, eadem enim detinet cauſa, quæ maligne alit: Sic ingenia quæ illuſtriora, breuiora ſunt. Nam ubi incremento locus non eſt, uicinus occaſus eſt. Ignis. Ingenia.

Cap. 24. Vt ignotarum urbium monſtratus hoſpiti gratus eſt: Ita ſciſcitanti cœleſtium cauſas, domeſticus interpres: & in profunda terrarum promittere aciem iuuat. Ignotæ urbes.

Seneca libro ad Albinam matrem cap. 3.

Quemadmodum tyrones leuiter ſaucij non uociferantur, at manus medicorum magis quàm ferrum horrent: at ueterani quamuis confoſſi patienter ac ſine gemitu uelut aliena corpora excoriari patiuntur: Ita tu nunc debes te fortiter præbere curationi. Tyrones. Veterani.

Cap. 11. Si deſiderabit aureis fulgentem uaſis ſupellectilem, & antiquis nominibus artificum argentum nobile, æs paucorum inſania precioſum, & ſeruorum turbam, quæ quãuis magnam domum anguſtet, iumentorũ corporum differta, & coacta pingueſcere, et nationum omniũ lapides, iſta cõgerantur licet nunq̃ explebunt inexplebilem animum, non magis q̃ ullus ſufficiet humor ad ſanandum eum, cuius deſyderium nõ eſt ex inopia, ſed ex æſtu ardentium uiſcerũ oritur, non enim Inexplebilis animus. Humor.

ſitis illa ſed morbus eſt. Non hoc in pecunia tantum aut ali-
Deſideriū. mentis euenit. Eadem natura eſt in omni deſiderio, quod mo
do non ex inopia ſed ex uitio naſcitur, quicquid enim illi con-
geſſeris, non finis erit cupiditatis, ſed gradus.

Lactantius de falſa religione libro 1. cap. 3. Sicut ne res
Res militaris. quidem militaris, niſi unum habeat ducem atque rectorem.
Quid ſi in uno exercitu tot fuerint imperatores, quot legio-
nes, quot cohortes, quot cunei, quot alæ, primum nec inſtrui
Acies. poteſt acies, unoquoq; periculū recuſante, nec regi facile, aut
temperari, quod ſuis proprijs conſilijs utantur omnes, quorū
Rerum naturæ imperium. diuerſitates plus noceant quàm proſint? Sic in hoc rerum na-
turæ imperio, niſi unus fuerit, ad quem totius ſumma cura re
feratur, uniuerſa ſoluentur & corruent.

Potentiſſimus rex. Quis dubitet potentiſſimum eſſe regem, qui totius orbis
habeat imperium? neq; immerito, cum illius ſint, quæ ubique
ſunt omnia, cum ad eum ſolum omnes undiq; copiæ congerā
tur. At ſi plures partiantur orbem, minus certe opum, minus
uirium ſinguli habebunt: cum intra præſcriptam portionem
Dij plures. ſe quiſq; contineat. Eodem modo dij, ſi plures ſint, minus ua-
lebunt, alijs tantundem in ſe habentibus.

Lib. de origine erroris 2. cap. 2. At enim præſentes non
niſi ad imagines ſuas adſunt. Ita plane quemadmodū uulgus
Mortuorū animæ. exiſtimat, mortuorum animas circa tumulos, & corporum
ſuorum reliquias oberrare. Sed poſtquàm Deus ille præſto
eſſe cœpit, iam ſimulachro eius opus non eſt. Quæro enim, ſi
Imago hominis. quis imaginem hominis peregre conſtituti contempletur ſæ-
pius, ut ex ea ſolatium capiat abſentis, num idem ſanus eſſe
uideatur, ſi eo reuerſo atq; præſente, in contemplanda ima-
gine perſeueret, eaq; potius quàm ipſius hominis aſpectu
frui

frui uelit? Minime profecto. Etenim hominis imago neceſſa
ria tum uidetur, cum procul abeſt, ſuperuacua futura, cum
præſto eſt. Dei autem cuius ſpiritus ac numen ubiq; diffuſum
abeſſe nunquam poteſt, ſemper utiq; imago ſuperuacua eſt. Dei imago

Cap. 6. Sicut enim domus in uſum habitandi facta per ſe Domus.
nihil ſentit, dominoq; ſubiecta eſt, qui eam fecit, aut incolit:
Ita mundus per ſe nihil ſentiens factori, Deo ſubiacet, qui
eum in uſum ſui fecit.

Cap. 8. Illibabilis eſt tanquam lux, & claritas ſolis: quia Sol.
ut ſol oculorum, ſic ſapientia lumen eſt cordis humani.

Cap. 9. Vt igitur faber, cum quid ædificaturus eſt, non Faber.
ipſe facit materiam, ſed ea utitur, quæ ſit parata, fictorq; itē
cæra: Sic iſti prouidentiæ diuinæ materiam præſto eſſe o-
portuit, non quam ipſe faceret, ſed quam haberet paratam.

An tu ſi educatus in domo fabre facta, & ornata, nullam Fabrica.
unquam fabricam uidiſſes, domum illam putaſſes non ab ho- Domus fa
mine eſſe ædificatam, quia quomodo ædificetur, ignorares? bre facta.
Idem profecto de domo quæreres quod nunc de mundo re-
quiris: quibus manibus, quibus ferramentis tanta eſſet opera
molitus: maxime ſi ſaxa ingētia, immenſa cæmenta, uaſtas co
lumnas, opus totum ſublime, & excelſum uideres, nonne hæc
tibi humanarū uirium modū uiderentur excedere? quia illa
non tam uiribus quàm ratione atq; artificio facta eſſe neſci-
res: quod ſi homo in quo nihil perfectum eſt, tamen plus effi-
cit ratione quàm uires eius exiguæ patiātur, quid eſt, cur in
credibile tibi eſſe uideatur, cum mūdus dicitur factus à Deo?
in quo, quia perfectus eſt, nec ſapientia poteſt habere termi
num, nec fortitudo menſuram.

Cap. 10. Sicut ſol, qui oritur die, licet ſit unus (unde ſolē Sol.

eſſe appellatum Cicero uult uideri, quod obſcuratis ſyderibus ſolus appareat) tamen quia uerũ, ac perfectæ plenitudinis lumen eſt, & calore potiſſimo & fulgore clariſſimo illuſtrat omnia: Ita in Deo, licet ſit unus, & maieſtas, & uirtus, et

Deus unus. claritudo perfecta eſt. Cap 15.

Ignis. Et ſicut ardere, ac uiuere non poteſt ignis, niſi aliqua pingui materia teneatur, in qua habet alimentum: ſic animæ ma

Iuſtitia. teria et cibus eſt ſola iuſtitia qua tenetur ad uitam.

Mundus. Apparitores. Cap. 17. Sic enim mundum regi à Deo dicimus, ut à rectore prouinciam. Cuius apparitores nemo ſocios eſſe in regẽda prouincia dixerit, quamuis illorum miniſterio res geratur. Et hi tamen poſſunt aliquid præter iuſſa rectoris, per ipſius ignorantiam, quæ eſt conditionis humanæ. Ille autem

Præſes mũdi. præſes mundi, & rector uniuerſi, qui ſcit omnia, cuius diuinis oculis nihil ſeptum eſt, ſolus habet rerum omnium cum filio ſuo poteſtatem, nec eſt in angelis quicquam, niſi parendi neceſſitas.

Vita. De falſa Sapientia lib. 3. cap. 19. Sicut uita ipſa bonum

Mors. eſt, cum uirtute uiuitur, malum ſi cum ſcelere: Ita & mors ex præteritis uitæ actibus ponderanda eſt.

Rectæ rationis anima. Rectæ rationis anima tam immutare naturam ſtatus ſui non poteſt, q̃ ignis aut deorſum niti, aut in tranſuerſum, fluminis modo, flammam ſuam fundere.

Mundus. Ca. 20. Quis enim non ſentiat, hunc mundum, tã mirabili ratione perfectũ, aliqua prouidentia gubernari? Quando

Moderator. quidẽ nihil eſt, quod poſſit ſine ullo moderatore cõſiſtere: Sic

Malus. domus ab habitatore deſerta dilabitur. Malus ſine guberna

Corpus. tore abit peſſum. Et corpus relictum ab animo defluit, nedũ uat enus tãtam illam molem aut conſtrui ſine artifice, aut ſta

re ſine rectore tandiu poſſe. Cap. 25.

Cum enim natura hominis imbecillior ſit, quàm cæterorum animalium, quæ uel ad perferendam uim temporum, uel ad incurſiones à ſuis corporibus arcendas naturalibus munimentis prouidentia naturalis armauit. Homini autem, quia nihil iſtorum datum eſt, accepit pro iſtis omnibus miſerationis affectum: qui plane uocatur humanitas, qua noſmet inuicem tueremur. Miſeratio-nis affectus

Nā ſi homo ad conſpectum alterius hominis efferaretur, quod facere uidemus animantes, quorū natura ſoliuaga eſt, nulla eſſet hominum ſocietas, nulla urbium condendarum uel cura uel ratio: Sic neq; uita quidem ſatis tuta cū cæteris animalibus expoſita eſſet imbecillitas hominum, & ipſi inter ſemetipſos beluarum more ſæuirent.

Lib. 4. de uera ſapient. c. 5. Eodē modo, quo matrimoniū dici nō poteſt, ubi mulier uiros mutos habet, ſed hæc aut meretrix, aut adultera nominabitur: à qua enim pudor, caſtitas, fides abeſt, uirtute careat neceſſe eſt: Sic & religio deorū impudica eſt, & incerta, quia fide caret, quia honor ille inſtabilis, & incertus caput atq; originem non habet. Matrimonium. Religio deorum.

Cap. 16. Sicut enim pluuia ſi deſcendat in uellus, animaduerti nō poteſt, quia ſtrepitum non facit: Ita CHRISTVM *in terram ſine cuiuſquam ſuſpicione uenturum eſſe dixit, ut iuſtitiam doceret & pacem.* Pluuia. Vellus.

Capite 24. Cum igitur & pater filium ſuum faciat, & filius patrē, una utriq; mens, unus ſpiritus, una ſubſtātia eſt, ſed ille quaſi exuberans fons eſt, hic tanquam defluens ex co riuus: ille tanquam ſol, hic tanquam radius ex ſole porrectus: qui quoniam ſummo patri & fidelis & charus eſt, nō ſepara Filius unice dilectus.

tur

tur ſicut nec riuus à fonte, nec radius à ſole: quia & aqua fontis in riuo eſt, & ſolis lumen in radio æque: neq; uox ab ore ſeiūgi, nec uirtus, aut manus à corpore diuelli poteſt. Cū igitur à Prophetis idem manus Dei, & uirtus & ſermo dicatur, utiq; nulla diſcretio eſt, quia & lingua ſermonis miniſtra eſt, & manus, in qua eſt uirtus, indiuiduæ ſunt corporis portiones. Propiore exemplo uti libet: Cum quis habet filium, quem unice diligit, qui tamen ſit in domo, & manu patris, licet ei nomen domini, poteſtatemq; concedat, ciuili tamen iure, & domus una, & unus dominus nominatur: Sic hic mundus una Dei domus, & filius & pater, quia unanimes incolunt mundum, Deus unus, quia & unus eſt tanquam duo, & duo tanquam unus.

Sol. Radius.

Filius unice dilectus

Lib. 5. de iuſtitia Capite 4.

Infans. Nam ſicut infans ſolidi ac fortis cibi capere uim non poteſt, ob ſtomachi teneritudinem, ſed liquore lactis ac mollitudine alitur: Ita & huic oportebat, quia nondum poterat capere diuina, prius humana teſtimonia offerri, id eſt, philoſopharum & hiſtoricorum, ut ſuis potiſſimum refutaretur autoribus.

Humana teſtimonia

Capite 8.

Mundus. Sicut una, eademq; natura mundus omnibus partibus inter ſe congruentibus cohæret, ac nititur: Sic omnes homines inter ſe natura confuſi, prauitate diſſentiunt: nec ſe intelligūt eſſe conſanguineos, & ſubiectos omnes ſub unam eandemq; tutelam, quod ſi teneretur, Deorum profecto uita homines uiuerent.

Homines. Cap. 15. Deus enim qui homines generat & inſpirat, omnes æquos, id eſt, pares eſſe uoluit. Eandem conditionem uiuendi omnibus poſuit, omnes ad ſapientiam genuit, omnibus

immor-

immortalitatem ſpopondit. Nemo beneficijs eius cœleſtib. ſegregatur: Nam ſicut omnibus unicum ſuum lumen æqualiter diuidit, emittit omnibus fontes, uictum ſubminiſtrat, quietem ſomni dulciſsimam tribuit: ſic omnibus æquitatē uirtutemq; largitur. Vnicum lumen.

Cap. 19. Quod ſi ſeruorum nequiſsimus habetur, qui dominum ſuū fuga deſerit, isq; uerberibus, uinculis, ergaſtulo, & cruce, & omni malo digniſsimus iudicatur: & ſi filius eodē modo perditus, atq; impius exiſtimatur, qui patrem ſuum dereliquerit, ne illi obſequatur: ob eamq; cauſam dignus putatur, quod ſit exhæres, & cuius nomē de familia perpetuo deleatur: quanto magis qui Deum deſerit, in quem duo uocabula domini, & patris æque uenerāda conueniunt? Nam ille qui ſeruum precio comparat, quid in eum beneficij confert, præterquam alimēta, quæ illi utilitatis ſuæ gratia ſubminiſtrat? Et qui filium generat, non habet poteſtatem, ut concipiatur, ut naſcatur & uiuat. Vnde apparet nō eſſe illum patrem, ſed tantummodo generandi miniſtrum. Quibus ergo ſupplicijs dignus eſt deſertor eius, qui dominus uerus & pater eſt, niſi quæ Deus ipſe conſtituit? qui ſpiritibus iniuſtis æternum parauit ignem, quod ipſe per uates ſuos impijs, ac rebellibus comminatur. Seruorū nequiſsimus. Deum dominum & patrem deſerens.

Capite 20. Nam ſi is, qui in hac terreſtri militia regi ſuo fidem ſeruat in aliquo egregio facinore, ſi poſtea uixerit, acceptior fit & charior: ſi perierit, ſummam conſequitur gloriam, quod pro duce ſuo mortem occubuerit: Quanto magis imperatori omnium Deo fides ſeruanda eſt, qui non tantum uiuentibus, ſed & mortuis poteſt præmium uirtutis exoluere? Terreſtris militia. Imperator Fides.

Imperator Milites. Aduerſarij · Cap. 25. Quomodo enim poteſt imperator militum ſuorum probare uirtutem, niſi habuerit hoſtem? Et illi tamen aduerſarius exurgit inuito, quia mortalis eſt, & uinci poteſt. Deo autem quia repugnari non poteſt, ipſe aduerſarios nomini ſuo excitat: non qui cõtra ipſum Deũ pugnent, ſed cõtra milites eius, ut deuotionem, ac fidem ſuorum, uel probet, uel corroboret, donec preſſuræ uerberibus defluentem corrigat diſciplinam.

Deuotio. Fides.

Libro 6. de uero cultu capite 4. Nam ſicut in hoc ſeculo, cum eſt propoſitum cum hoſte certamen, prius laborandum eſt, ut ſis poſtmodum in ocio. Eſuriendum, ſitiendum, æſtus, frigora perferenda, humi quieſcendum, uigilãdum, periclitandum eſt ut ſaluis pignoribus, & domo, & re familiari, & omnibus pacis ac uictoriæ bonis perfrui poßis. Sin autem præſens otium malueris quàm laborem, malum tibi maximum facias neceſſe eſt. Præoccupabit enim aduerſarius non reſiſtentem, uaſtabuntur agri, diripietur domus, in prædam uxor, ac liberi uenient, & tu ipſe interficiere, ac capiere. Quæ omnia ne accidant, præſens commodum differendum eſt, ut maius, longiusq́; pariatur: Sic in omni hac uita, quia nobis aduerſarium Deus reſeruauit, ut poſſemus capere uirtutem, omittenda eſt præſens uoluptas: cum hoſtis opprimat, uigilandum, ſtationes agendæ, militares expeditiones obeundæ, fundendus ad ultimum ſanguis. Omnia denique amara, & grauia patienter ferenda, eo quidem promptius, quo nobis imperator noſter Deus præmia æterna pro laboribus conſtituit. Et cum in hac terrena militia tantum homines laboris exhauriant, ut ea ſibi pariant, quæ poſſunt eodem modo perire, quo parta ſunt: cer

Certamen. Ocium. Aduerſarius. virtus. Voluptas. Stationes, Expeditiones. Præmia æterna.

te nobis nullus labor eſt recuſandus, quo id acquiratur, quod nullo modo poteſt amitti.

Libro 6. de uero cultu, cap. 5.

Sicut ergo in itinere celerando nihil prodeſt uiam noſſe, niſi conatus, ac uires ſuppeditent ambulandi: Ita uero ſciẽtia nihil prodeſt, ſi uirtus propria deficiat. Iter. Conatus ac uires.

Cap. 9. Omnis enim iuſtitia eius ſimilis eſt humano corpori caput non habenti: in quo tametſi membra omnia & locis ſuis conſtent & figura, & habitudine, inde quoniam deeſt id, quod eſt omnium principale, & uita & omni ſenſu caret. Itaque membra illa formam tantummodo membrorum habent, uſum non habent: tam ſcilicet, quàm caput ſine corpore, cui ſimilis eſt: qui cum DEVM non ignoret, uiuit iniuſte. Id enim ſolum habet quod eſt ſummum, ſed fruſtra: quoniam uirtutibus tanquam membris caret. Itaque ut ſit uiuum, ac ſenſibile corpus, & agnitio DEI neceſſaria eſt, quaſi caput, & omnes uirtutes quaſi corpus. Ita fiet homo perfectus, ac uiuus: ſed tantum ſumma omnis in capite eſt, quod quamuis conſtare non poſſit ſine omnibus, ſine quibuſdam tamen poteſt. Et erit quoddam uitioſum, ac debile, ſed tamen uiuet: ſicut & is qui Deum nouit, & in aliqua re peccat. Dat enim ueniam peccatis Deus. Itaque ſine membris aliquibus uiui poteſt, ſine capite nullo modo. Iuſtitia. Humanum corpus caput nõ habens. Viuens iniuſte. Membra. Caput.

Cap. 13. Si deorum cultores ſimulachra inſenſibilia excolunt, & quicquid precioſi habent, in ea conferunt: quibus nec uti poſſunt, nec gratias agere, qui acceperint: quanto iuſtius eſt & uerius, uiuentia Dei ſimulachra excolere, ut promereare inuenire uiuentem? Quæ ſicut uſui habent, quicquid accepe- Viuentia Dei ſimulachra.

acceperint, & gratias agunt: Ita Deus, in cuius conſpectu bonum feceris, & probabit, & mercedem pietatis exoluet.

Cap. 15. Sicut in ſentes ager, qui eſt natura fœcundus, exuberat: ſic animus incultus uitijs ſua ſponte inualeſcentib. uelut ſpinis obducitur: Sed cum uerus cultor acceſſerit: ſtatim cedentibus uitijs, fruges uirtutis oriuntur.

Sentes. Animus.

Cap. 17. Nam iſtæ concitationes animorum iuncto curri ſimiles ſunt: in quo recte moderando ſummum rectoris officium eſt ut uiam nouerit, quam ſi tenebit, licet quàm concitate ierit: non offendet. Si autem errauerit: licet placide, ac leuiter eat, aut per confragoſa uexabitur, aut per præcipitia labetur, aut certe quò nō opus eſt deferetur: Sic curſus ille uitæ, qui affectibus uelut equis pernicibus ducitur, ſi rectam uiam teneat, fungetur officio.

Concitatio nes animorum.

Sicut aqua quidem ſemper iacens & quieta, inſalubris, & magis turbida eſt: Sic animus immotus, ac torpens inutilis eſt, etiam ſibi, nec uitam ipſam tueri poterit, quia nec faciet quicquam, nec cogitabit, cum cogitatio ipſa nihil aliud ſit quàm mentis agitatio.

Aqua. Animus. Cogitatio.

Libro de uero cultu. Cap. 24.

Neq; enim ſi utatur aliquis oculorum acie clara, membris omnibus integris, corporis totius fortiſſima ualetudine, tamē eum non dixerim ſanum, ſi efferatur ira, ſuperbia tumidus infletur, libidini ſeruiat, cupiditatibus inardeſcat: ſed cū potius qui ad alienam felicitatem non attollat oculos, opes non admiretur, alienam mulierem ſancte uideat, nihil omnino appetat, non concupiſcat alienum, non inuideat ulli, non faſtidiat quenquam, ſit humilis, miſericors, beneficus, mitis, humanus, pax in animo eius, perpetua uerſetur. Ille homo ſanus,

Sanus

nus,

illc iuſtus, ille perfectus eſt. Quiſquis igitur his omnibus Dei præceptis cœleſtibus obtemperauit, hic eſt ueri Dei cultor, cuius ſacrificia ſunt manſuetudo animi, & uita innocens, & actus boni. Quæ omnia qui exhibet, toties ſacrificat, quoties bonum aliquid ac pium fecerit. Cultor dei Sacrificia.

Libro 7. de Diuino præmio capite tertio. Si enim fecit mundum, fuit ergo ſine mundo. Si regit, non utique ſicut mens corpus regit, ſed tanquam dominus domum, nauimq́; gubernator, auriga currum: nec tamen miſti ſunt ijs rebus, quas regunt. Mundus.

Cap. 4. Quis eſt enim uel tam ineptus, uel tam ocioſus ut aggrediatur facere aliquid fruſtra, ex quo nullam utilitatem, nullum commodum ſperet? Qui domum ædificat, non idcirco ædificat, ut tantummodo domus ſit, ſed ut in ea poſſit habitari. Qui nauim fabricat, non ideo aſſumit operam, ut tantum nauis appareat, ſed ut in ea nauigetur. Item qui uas aliquod inſtruit aut format, non propterea id facit, ut tantũ feciſſe uideatur, ſed ut uas illud effectum capiat aliquid neceſſarium. Similiter cætera, quæcunque fiunt, non utique in ſuperuacuum, ſed ad uſus aliquot laborantur. Mundus igitur à Deo factus eſt, non utique propter ipſum mundum. Neque enim aut calore ſolis aut lumine, aut aſpiratione uentorum, aut humore imbrium, aut alimonia frugum, cum ſenſu careat, indiget. Ineptus. Ocioſus. Domus. Nauis. Vas. Mundus.

Sicut Deus hominem ad uitam non niſi per uirtutem, ac laborem uocat: Ita ille ad mortem per delitias, ac uoluptates: & ſicut ad uerum bonum per fallaciam mala: ſic ad uerũ malum per bona fallacia peruenitur. Vita. Virtus. Mors.

Cap. 25. Sicut autem dedit nobis oculos Deus, non ut ſpe Oculi.

ſtemus, uoluptatemq́; capiamus, ſed ut uideamus propter eos qui pertinent ad uitæ neceſſaria: Ita genitalem corporis partem, quod nomen ipſum docet, nulla alia cauſa niſi efficiendæ ſobolis accepimus.

Male uiuẽs Cap. 24. *Sicut enim nihil prodeſt male uiuenti ante acta uitæ probitas: quia ſuperueniens nequitia iuſtitiæ opera deleuit: Ita nihil officiunt peccata uetera correcto, quia ſuperueniens iuſtitia labem uitæ prioris aboleuit.*

Animalia. *Denique muta quoque animalia cum fraude decipiuntur, ſi aliquo ſe modo in fugam extricauerint, fiunt poſtmodum cautiora, uitantq́; ſemper ea omnia, in quibus dolos inſidiasq́; ſenſerunt: Sic hominem pœnitentia cautum, ac diligẽtem facit ad euitãda peccata, in quæ ſemel fraude deciderit.*

Pœnitẽtia.

Sapientia. *Lactantius libro de Ira Dei cap. 15. Propoſitis enim bonis, malisq́;, tum demum opus ſuum peragit ſapientia, & quidem bonum appetit ad utilitatem, malum reijcit ad ſalutem. Ergo ſicut bona innumerabilia data ſunt homini, quibus frui poſſet, ſic etiam mala, quæ caueret. Nam ſi malum nullũ ſit, periculumq́;, nihil deniq; quod lædere hominẽ poßit, tollitur omnis materia ſapientiæ, nec erit homini neceſſaria: poſitis enim tantummodo in conſpectu bonis, quod opus eſt cogitatione, intellectu, ſciẽtia, ratiõe? Quocunq; porrexerit manũ, id naturæ aptum & commodũ ſit, ut ſi quis uelit apparatißimam cœnam infantibus qui nondum ſapiunt apponere, utiq; id appetẽt ſinguli quò unũquenq; aut impetus, aut fames, aut etiam caſus attraxerit, & quicquid ſumpſerint, id illis erit utile ac ſalubre.*

Bona. Mala. Apparatißima cœna Infantes.

Dominus. *Si quis dominus habens in familia ſeruos, bonũ, ac malũ, nõ utiq; aut ambos odit, aut ambos beneficijs, & honore pro*

ſequi-

ſequitur, quod ſi faciet, & iniquus & ſtultus eſt. Sed bonum & alloquitur amice, et ornat, & domui, ac familiæ, ſuisq; rebus omnibus præficit: ut & hic exemplo cæteris ſit ad nō peccandum, & ille ad promerendum: ut alios metus coërceat, alios honor prouocet. Qui ergo diligit, & odit: & qui odit, diligit: ſunt enim qui diligi debeant, ſunt qui odio haberi. Et ſicut is qui diligit, confert bona in eos, quos diligit: Ita qui odit, irrogat mala ijs quos odio habet. Dilectio. Odium.

Cap. 7. Cum ſæpe philoſophi per ignorantiā ueritatis à ratione deſciuerint, atq; in errores inciderint inextricabiles: id enim ſolet his euenire quod uiatori uiam neſcienti, et nō fatenti ſe ignorare, ut uagatur, dū percōtari obuios erubeſcit. Philoſophi Viator.

Ca. 11. Si autem ſunt multi, dum habent ſinguli poteſtatis aliquid, ac numinis, ſumma ipſa decreſcit: nec poterunt ſinguli habere totum, quod eſt cōmune cum plurib. unicuiq; tātum deerit, quantū cæteri poßidebunt. Non poſſunt igitur in hoc mūdo multi eſſe rectores, nec in una domo multi domini: nec in naui una multi gubernatores, nec in armento, aut grege duces multi, nec in uno regimine multi reges. Sed nec in cælo quidem multi ſoles eſſe poterunt: ſicut nec animæ plures in uno corpore: adeo in unitate natura uniuerſa conſentit. Poteſtas. Numen. Vnitas.

Ca. 18. Sicut corpus humanū deus multis, & uarijs ſenſib. ad uſum uitæ neceſſarijs inſtruxit: Sic & animo uarios attribuit affectus, quib. uitæ ratio cōſtaret, ut libidinē producēdæ gratia ſobolis dedit: ſic irā cohibendorum cauſa delictorum. Vnum eſt neceſſariū.

Lib. 7. de diuino præmio ca. 1.

Quid uoce clarius? aut quid uento fortius? aut odore uiolentius? Hæc tamen cum per aërem feruntur, ad ſenſusq; noſtros ueniunt, & eos potentia ſua impellunt, nō cernuntur Vox. Ventus.

acie luminum, ſed alijs corporis partibus ſentiuntur. Similiter Deus non aſpectu nobis, aliòue fragili ſenſu comprehendendus eſt, ſed mentis oculis intuendus: cum opera eius præclara, & miranda uideamus.

Deus.

Et ut lux eſſe ſine igne non poteſt, ſic uita ſine luce.

Lux.

Ca. 12. Sicut oculus euulſus à corpore, ac ſeparatus nihil poteſt uidere: Ita & anima ſeparata nihil ſentire, quia & ipſa pars eſt corporis. Falſum hoc & diſsimile eſt. Anima enim non pars corporis, ſed in corpore eſt. Sicut id, quod uaſe continetur, uaſis pars nõ eſt, nec ea quæ in domo ſunt, partes domus eſſe dicuntur: Ita nec anima pars eſt corporis, quia corpus uel uas animæ eſt, uel receptaculum.

Oculus. Anima.

Caput 15. Sed ſicut in fidibus ex intentione neruorum effici concordem ſonum, atque cantum, quem Muſici harmoniam uocant: Ita in corporibus ex compage uiſcerum, ac uigore membrorum uim ſentiendi exiſtere: quo nihil dici delirius poteſt.

Fides. Harmonia. Vis ſentiendi.

Lactantius libro de ira Dei. Cap. 15. Deniq; ipſum mundum ex duobus elementis repugnantibus & inuicem copulatis eſſe concretum humido & igneo: nec potuiſſe lucem fieri niſi et tenebræ fuiſſent: quia nec ſuperum poteſt eſſe ſine infero, nec oriens ſine occidẽte, nec calidum ſine frigido, nec molle ſine duro: Sic & nos ex duobus æque repugnantibus compacti ſumus, anima et corpore: quorũ altero cœlo aſcribitur. quia tenue eſt, & intractabile: alterum terræ, quia comprehenſibile eſt. Alterum ſolidum et æternum eſt, alterum fragile atq; mortale. Ergo alteri bonum adhæret, alteri malũ. Alteri lux, uita, iuſtitia, alteri tenebræ, mors, iniuſtitia.

Elementa repugnantia. Anima. Corpus.

Cap. 17. Si quis habeat rem, domum, familiam, ſeruiq;

eius

eius contemnentes patientiam domini, omnia inuaſerint, ipſi Contem-
bonis eius fruantur, ipſos familia eius honoret, dominus autē ptus heri-
contemnatur ab omnibus, derideatur, relinquatur: utrum ne lis.
ſapiens eſſe poßit, qui contumelias non uindicet, ſuisq; rebus
eos perfrui patiatur, in quos habeat poteſtatem? Quæ tan-
ta in quoquam poteſt patientia reperiri, ſi tamen patientia Patientia.
nominanda eſt & non ſtupor quidē inſenſibilis. Sed facile eſt Stupor.
ferre contemptum. Quid ſi fiant illa, quæ à Cicerone dicun-
tur? Etenim quæro ſi quis patei familiâs liberis ſuis à ſeruo in
terfectis, uxore occiſa, incenſa domo, ſupplicium de ſeruo nunq̄
acerrimum ſumpſerit, utrum is clemens, ac miſericors, an in- Clemens.
humanus & crudeliſsimus eſſe uideatur? Quod ſi eiuſmodi fa Inhuma-
cinoribus ignoſcere crudelitatis eſt potius quā pietatis, non nus.
eſt ergo uirtutis in DEO, *ad ea, quæ iniuſte fiūt non cōmoueri.*
Nam mūdus tanq̄ dei domus eſt, & homines tantū ſerui, qui
bus ſi ludibrio ſit nomē eius, qualis aut quāta patientia eſt, ut
honorib. ſuis cedat, praua & iniqua fieri uideat, & non indi-
gnetur? quod propriū et naturale eſt ei, cui peccata nō placēt.

Nam ſicuti nos poteſtati noſtræ ſubiectos coërcere debe Subiectos
mus: Ita etiam peccata uniuerſorū deus coërcere debet: quod coërcere.
ut faciat, iraſcatur neceſſe eſt: quia naturale eſt bono, ad alte
rius peccatum moueri & incitari.

Lib. de opific. Dei Ca. 6. Si peritus architectus, cum ma- Archite-
gnum aliquod ædificiū facere conſtituit, primo omnium cogi ctus.
tat, quæ ſumma perfecti ædificij futura ſit, & ante emetitur, Aedificia.
quem locū leue pondus expectet, ubi magni operis ſtatura ſit
moles, quæ colūnarum interualla, qui aut ubi aquarū caden
tiū decurſus, & exitus & receptacula: Hæc inq̄ prius præui-
det, ut quæcunq; ſunt perfecto operi iam neceſſaria, cū ipſis

Fūdamēta. fundamentis pariter ordiatur: cur Deum quiſq; putet machinandis animalibus non ante prouidiſſe, quæ ad uiuendum neceſſaria eſſent, quàm ipſam uitam daret?

Ad uiuendū neceſſaria.

Riuulæ. Ca. 8. Quantulū enim uidere poſſemus, ſi mens ab intimis penetralibus capitis per exiguas cauernarū rimulas attenderet: ut ſi quis uellet tranſpicere per cicutam, nō plus profectò cernat, quàm cicutæ ipſius capacitas comprehendat.

Cicuta.

Spiritus. Obſtantia faucium. Cicuta. Capite 15. Et ideo uериſimilior eſt illa ſententia: ſtipatum ſpiritum cum obſtantia faucium fuerit illiſus, ſonum uocis exprimere: ueluti cum in patentem cicutam, labroq; ſubiectam dimittimus ſpiritum, & is cicutæ concauo repercuſſus, ac reuolutus à fundo, dum deſcendentem occurſu ſuo reddit ad exitum nitens, ſonum gignit, & in uocalem ſpiritum reſiliens per ſe uentus animatur.

Fides. Canēdi ratio. Cap. 16. Sicuti in fidibus, cum aliquid aut interceptū, aut relaxatum eſt, omnis canendi ratio turbatur, & ſoluitur: Ita in corpore pars aliqua membrorum duxerit uitium, deſtrui uniuerſa, corruptisq; omnibus atq; turbatis, occidere ſenſum, eamq; mortem uocare.

Anima. Cap. 17. Non enim, ſi anima ſanguine aut per uulnus effuſo, aut febrium calore conſumpto, uidetur extingui, cōtinuo in materia ſanguinis animæ ratio ponenda eſt: ueluti ſi ueniat in quæſtionem, lumen, quo utimur, quid ſit, & reſpondeatur oleum eſſe, quoniā cōſumpto illo lumen extinguitur, cum ſint utiq; diuerſa, ſed alterum ſit alterius alimentum.

Lumen. Oleum.

Mens. Ignis. Cap. 18. Latet autem mens oppreſſa ſomno, tanq̄ ignis obducto cinere ſopitus: quem ſi paululum commoueris, rurſum ardeſcit & quaſi euigilat.

Victoria. Cap. 20. Nam ut uictoria conſtare ſine certamine non poteſt,

teſt: ſic nec uirtus quidem ipſa ſine hoſte.

In libri Lact. Acephali Epit. Sicut in rudib. agris prius q̃ ſerere incipias, euulſis ſentib. & omniũ ſtirpiũ radicib. amputatis, arua purganda: Sic de noſtris animis prius uitia detrahenda: & tunc demum uirtutes inſerendæ, de quibus ſeminatæ per uerbum Dei fruges immortalitatis oriantur. Agri. Sentes. Vitia.

Sicut ſi fortiſsime pro patria dimices, bonum eſt: ſi contra patriam, malum. Sic & affectus ſi ad uſus bonos habeas, uirtutes erunt: ſi ad malos, uitia dicentur. Dimicatio Affectus.

Domus enim ædificatur nõ ad hoc ſolũ, ut ſit domus, ſed ut ſuſcipiat, & tueatur habitantẽ. Itẽ nauis fabricaẗ nõ ad hoc, ut nauis uideatur, ſed ut in ea poſsint homines nauigare. Vaſa aũt fiunt, nõ ut uaſa ſint ſolum, ſed ut capiãt quæ ſunt uſui neceſſaria: Sic & mundum Deus ad uſum aliquem fecerit neceſſe eſt. Stoici autem cauſa hominum factum eſſe: & recte. Domus. Nauis. Vaſa. Mundus.

SPICILEGIA, SIMVL ET RAMENTA.

LECTORI.

Carpe ſpicilegia, ramentaq́; congere, ſæpe
Quæ non oblectant ſingula, multa iuuant.

Origenes Homil. 1. in Pſal. 36. Sed & hoc ipſum quod ait, quia ſicut fœnum cito areſcent (malignantes ſcilicet) non arbitror otioſum cur fœno eos comparauerit, cũ utique & alia poſsit eſſe materia cui comparentur hi qui malicioſe egerũt. Fœnum mutorum & irrationabilium animalium cibus eſt. Fortaſsis contra pro eo quod omnes ſtulti, & imperiti & qui contra rationem & ſapientiam dei uiuunt, ſequuntur eos qui in malicia principes ſunt, et ex illorum uita uel actibus ueſci Fœnum. Malignantes. Stulti & imperiti.

dicuntur, quibus & obediunt: idcirco eos & fœno comparauit. Nemo enim prudens ab illis ſumit exemplum. Nam ſicut
vir prudẽs uir prudẽs qui audit uerba domini & facit ea, iſte eſt qui mã ducat panem illum qui de cœlo deſcendit, & Ieſus eſt cibus ei pro eo quod ex uerbis eius paſcitur & in mandatis eius uiuit: ſimiliter & hi qui in malicia eminentes ſicut fœnum efficiuntur ijs qui ſibi obtemperant, uel æmulationem ſui ad ne-
holera her quitiam gerunt. Similia autem etiam de holeribus herbarũ
barum. intelligenda ſunt, quibus comparantur hi qui faciunt iniqui-
Iniquitas. tatem, pro eo quod uelociter tranſeant.

Malitia. Gregorius Nazianzenus Oratione 11. de pace. Malitia, natura eſt expedita & uehemens, ad deterius inclinatio, tor-
Torrens. Calamus. rens per pronum decurrens, aut calamus, qui per ſcintillam & uentum facile ſuccenditur, ſuoq́; conſumitur germine. I-
Ignis. gnis enim materiæ fœtus exiſtit, qui & materiam cõnſumit; quemadmodum malitia malos & cum ſuo abit nutrimento.

Arida ſtipula. Apologetico. Sicut ſi aridæ quis ſtipulæ ſcintillam ignis iniiciat, qui inſuper etiam uentis ſpirantibus animetur: Ita
Scintilla. uelocius malitiæ parua ſcintilla conſumimur, quàm uirtutis ignibus uel accendi uel coaleſcere poſſimus. Nam & melli plurimo cum parum abſynthij iniectum uelocem amaritudi-
Mel. nem trahit. Mellis uerò ſi duplum iniiciatur abſynthio, non
Abſynthiũ. poterit eius obtineri dulcedo.

Granum ſinâpis. Paulinus Epiſtola 6. ad Seuerum. Sicut granum ſinâpis, de quo ſemine ſumimus, ſi conteratur, accẽditur, magis autẽ tũ demũ in uim ſuã excitatur: Sic nos reſpondere debemus in hoc naturæ noſtræ, ut aduerſis cõcuti inardeſcamus ad fidem, & eos qui inferunt, ſicut granum ſinâpis.

Cyprianus lib. 4. epiſtola ad Magnum. Neque enim ſic

in ſa-

in ſacramento ſalutari delictorum contagia ut in lauacro carnali & ſeculari ſordes cutis & corporis abluuntur, ut & ſapone & nitris, et cæteris quoq; adiumentis & dolio & piſcina opus ſit quibus ablui & mundari corpuſculum poßit. Aliter pectus credentis abluitur, aliter mens hominis per fidei merita mundatur. In ſacramentis ſalutaribus neceßitate cogente & Deo indulgentiam ſuam largiente totum credentibus conferunt diuina compendia. Sacramēta ſalutaria. Fidei merita.

Cyprianus ad Nouatianum in epiſtola. *Ex illa igitur arca emittuntur duæ aues, corax & columba. Qui corax uerè hominum immundorum, & in tenebris perpetuis futurorum per ſeculi latam uiam, & immunda ueſcentium apoſtatarum futurorum, & ad eccleſiam ſe ultra non uertentium, figuram portabat, quem ſicut legentes inuenimus emiſſum, & non amplius reuerſum. Huic ergo aui, id eſt immundo ſpiritui, quiq; fuerint ſimiles inuenti, ad eccleſiam amplius reuerti non poterũt, qui etſi uoluerint, dominus prohibebit, qui Moyſi præcepit dicens: Omne uarium & immundum eijce foras extra caſtra. Columba autem emiſſa in continenti ſignificatur reuerſa, eo quod requiem non haberet pedibus ſuis, quam Noë recepit in arcam, & poſt ſeptimum diem iterato emiſſam, recepit eam portantem ſuo ore oliuæ folium.* Arca. Corax ſiue coruus. Columba. Apoſtatæ. Immundus ſpiritus.

Cyrillus 14. lib. in Leuiticum. *Poſſumus addere etiam illud, quod natura peccati ſimilis eſt materiæ, quæ igni conſumitur, quam ædificari Paulus Apoſtolus à peccatoribus dicit, qui ſupra fundamentum* CHRISTI *ædificant ligna, fœnum, ſtipulam. In quo manifeſte oſtenditur eſſe quædam peccata ita leuia, ut ſtipulæ comparentur, cui utique ignis illatus diu non poteſt immorari. Alia uero fœno eſſe ſimilia,* Natura peccati. Fœnum. Stipula.

quæ & ipſa non difficulter ignis abſumat, uerum aliquanto tardius quàm ſtipulis immoretur. Alia uero eſſe, quæ lignis conferuntur, in quibus pro qualitate criminum, diutinum & grande pabulum ignis inuenias. Ita ergo unumquodque peccatum pro qualitate uel quantitate ſui pœnarum iuſta perſoluit. Veruntamen quid opus eſt fidelibus, & his, qui cognouerunt Deum, de pœnarum qualitatibus cogitare? Quid opus eſt ligna, quid fœnum, quid ipſam ſtipulam ad fundamentum CHRISTI ſupponere? Cur non magis aurum uel argentum, uel pretioſos lapides pretioſo ſuperponimus fundamento, ubi quum ignis acceſſerit, nihil inueniat, quod abſumat. Nam ſi acceſſerit ad ſtipulam, ex ſtipula fauillã reddet, & cineres. Si uero ad aurum acceſſerit, aurum purius reddet. Hæc nobis dicta ſint pro ijs qui negligunt oris maledici conſuetudinem reſiccare: qui ſi non ex corde maledicant, etiamſi non uoto & animo iniquo proferant maledicta, tamen immunditiam labiorum, ſecundum Eſaiæ uerbum, & inquinamenta oris incurrunt.

Ligna. Aurum. Argẽtum. Pretioſi lapides. Os maledicum.

Chryſoſtomus Homilia 4. in Matt. Quonam igitur modo ab hac tam noxia peſte fugiemus? ſi illam utiq; potionem bibamus, quæ omnes intra nos uermes ſerpentesq; mortificet. Et quod nam, inquies, iſtud eſt poculum? Precioſus ſcilicet CHRISTI ſanguis, ſi cum fiducia utique ſumatur. Omnis enim hoc remedio morbus extinguitur, poſt hoc ſanctarum quoq; ſcripturarum diligens & deuotus auditus, & miſericordiã auditui copulata. Per hæc enim omnes mortificari illæ poſſunt, quæ animam noſtram tabefaciunt paßiones. Et tunc uere uita ac ſanitate potiemur, qui certe nunc nihil fere à mortuis diſcrepamus: Neque enim poßibile eſt, nos uere uiuere, niſi

Precioſus CHRISTI ſanguis. Scripturarũ auditus. Paßiones.

re, niſi

re, niſi in nobis uicia omnino moriantur. Hæc neceſſario nos perimunt in futuro, ſi nos uiuere hic illa patiamur, quinimo etiam ante illam mortem hic exigunt à nobis horrenda ſupplicia. Siquidem uniuerſa hæc uicia & crudelitatis plena ſunt, et auiditatis, noſq; quotidie deuorare non deſinunt: Itaque dentes eorum non immerito eſſe dixerim dentes leonum, imo etiam ſæuiores. Nam leo quidem ſimul ut fuerit expletus, ſemeſum continuo cadauer relinquit: hæc uerò uicia nec ſatiantur aliquando, nec ab anima noſtra uſquàm recedunt, captumq; à ſe hominem diabolo ſimillimum faciunt. Quorũ certe tanta uis eſt, ut ſeruitium quod CHRISTO Paulus impendit, ſibi potius à ſuis captiuis exigant. Nam ſi uel amore corporum, uel cupiditate pecuniarum, uel gloriæ aliquis delectatione capiatur, & regnum, & gehennam continuo contẽnit, dummodo uitijs obſequatur. Vicia. Dentes leonum. Leo.

Homilia de natiuitate Eſau et Iacob. Moleſta enim fames eſt, quæ ad hoc ſaginatur ut perdat. Pernitioſa eſuries, quæ icirco excluditur, ut peior in homine nutriatur, quoniam damnoſa mercatio, ſi ſalus pro cibo impenditur, aut magnis uilia comparantur. Fames. Eſuries. Mercatio.

Homilia de Abſolon, ubi Dauid patrem perſequitur &c. Vbi iam ſolatium patres, ubi præſidium genitores inuenient, ſi filios ſenſerint parricidas? Aut quando externa apta ſunt, ſi domeſtica nobis obſiſtunt? Beſtiæ & mutæ pecudes pietatis iura conſeruant, & quibus natura denegat rationem, non tamen denegat pietatem. Innocentem perimere nefas eſt, patrem occidere ſcelus, prophetam iugulare facinus inauditum & ante hoc tempus mortalibus cunctis ignotum. Parricidæ. Beſtiæ. Pietas. Facinus inauditum.

In Ioannem homilia 85. Si aſinum Deus loqui fecit; & Aſinus loquens.

per

Sacerdotes prau. per uatem benedictiones ſpirituales largitus eſt: multo magis per ſacerdotes, etiamſi praui ſint, Deus efficiet omnia.

Ancilla. Domina. Anima. Corpus. Homilia 66. Vt ancillæ uoluptas, dominæ merenti nihil confert. Nec ueſtis magnifica debili corpori: Ita nec animæ quicquam confert licet corpus floreſcit omnibus bonis fruens.

Febribus tentati. De compunctione cordis lib. 1. Vt homines ægri cum multis febribus aguntur, ſi in aquas ſemetipſos frigidas immerſerunt, ad præſens quidem aliquid uidentur ſibi quæſiſſe ſolatij, multiplicatas uero corpori ſuo flammas febrium reparant: Ita & nos agimus cum conſcientia ſtimulamur peccatorum, & in Eurypum nos uel lacus contritos prauæ intelligentiæ præcipitamus.

Conſcietia peccatorũ. Eurypus.

Malis ſe ſubducens. In epiſtolam ad Gala. Vt enim qui ſe ſubducit malis, non criminationem meretur, ſed coronam promeretur: ita qui uiolenta morte, ſeu laqueo, ſeu alijs modis uitam abrumpit, hunc haudquaquàm æquum fuerit in crimen uocari: iuxta ueſtram ſententiam.

Aegrotantes. Marcioniſtæ. Attamen quod accidit ægrotantibus, dum ſalubribus cibis offenduntur, hoc idem uſu uenit Marcioniſtis. Arripuerunt enim quæ dicta ſunt hic, ac dicebant: Ecce Paulus etiam ipſe dixit non eſſe aliud Euangelium.

Oculus turbatus. Laborans inſania. Quemadmodum oculus turbatus aliud pro alio cernit: Ita mens prauarum cogitationum confuſione perturbata, idem pati conſueuit. Itidem & qui laborant inſania, alias pro alijs rerum ſpecies ſe uidere credunt.

In iuſtum & beatum Iob, de patientia, Sermone 1.

Pelagus. Quemadmodum ſanæ mentis nemo audebit unquàm maris pelagus humanis pertranſire pedibus: Sic nec ex ſapientibus quiſquàm, ſummeq; peritus tentabit quandoq; pares nobilis

bilis, terq; beatæ animæ uidelicet IOB laudes audientibus enarrare. Præconiũ B. Iob.

Sermo.3. Quemadmodum principes quando cum honore quidem quoſdam ad ſe uocari iubent, curſores Romana lingua uocatos mittunt: quando uero cum dedecore aliquid trahi, alios emittũt crudeles ac duros milites: Sic & Deus, ſanctis quidem ad ſalutem angelos mittit: cum uerò punire uult, id dæmonijs permittit. Principes. Curſores. Milites. Angeli. Dæmones.

Sermo. 4. Quemadmodum morbi ipſam patientia diffugiunt medelam: Sic ſupremæ calamitatis pęßiones omne ſolatium fomentumq; repellunt. Morbi. Calamitates.

Quemadmodum ſi quis apoſtematis morbo circumuentus, ferro recidatur à medico, non habens quomodo recidenti aduerſetur, circumſtantia tangit, atq; aſtantes mordet, illis quidem inferre nihil habens, ad medicum autem manum extendere non ualens: Sic & Iob blaſphemiæ magnitudinem timens, facit in animis iniuriam, atque fiduciam animi paßione adauget, non contra Deum audens, ſed ſe diemq; accuſans. Maledicit autem non creaturam, ſed ſuipſius diem. Pereat, inquiens, dies in qua natus ſum &c. Apoſtema. Blaſphemia.

De pœnitentia Sermo.1. Si crapulam ebrietatemq; timeri oportuit, non ieiunium timeri debet. Illa ſiquidem noſtras poſt terga manus, uitiorum tyrannidi ueluti prauæ cuidam dominæ, ſeruos nos captiuosq; reddit: Ieiunium uero ſeruos exiſtentes nos, atque ligatos inueniens, uincula remittit, ac tyrannide liberat, priſtinamq; in libertatem reducit. Crapula. Ebrietas. Ieiunium.

Quemadmodum anima pigritans & negligens, quanq̃ multum ad pœnitentiam temporis accipiat, nihil operatur magni neq; ſibi ipſi Deum per deſidiam conciliat: Sic qui Anima negligens.

propę

propoſito excitato feruet, atque multa cum ſolertia pœnitentiam oſtendit, breui temporis momento longæui temporis peccata delere poterit.

Pœnitẽtia.

Grauitas peccati.

Quemadmodum qui grauitate capitis, ebrietateq́; tenentur, ſtulte ſimpliciterq́; feruntur, quamuis præcipitium, & aliud quid ſimile ſubſit, infra concidunt incaute: Sic qui corruunt in peccatum, ueluti praua ebrietate, actionis deſiderio detenti, neſciunt quid faciunt, non præſentia, nõ futura præuidentes, ueluti ſeruus fidelis & prudens, conſeruum inueniens fugientem, quaſi quid ex domini bonis ſurripuerit, nuſquàm ab eo recedit, milleq́; impedimenta ingerit recipientibus illum, quoad ipſum uendicans reducit. Sic & mare conſeruum inueniens ſuum, nimirum Ionam & cognoſcens, mille impedimenta excitat, turbans, clamans, non in iudicium trahens, ſed comminans nauem ipſius demergere cum nautis, niſi conſeruum ſibi prodiderit.

In peccatũ prolapſi.

Fidelis & prudẽs ſeruus.

Fugitiuus.

Ionas.

Qui male ſe cibis inſuunt, cum aſperas ſunt medicinas accepturi, ſi nimia ſeſe eſca ſepeliunt, atq; ſic medicinam accipiunt, aſperitatẽ quidem illam pertulerunt, utilitate uero exciderunt, ægram medicinæ facientes dimicationem ad corrupti humoris malitiã, quamobrem medici eos incœnatos dormire mandant, quò uirtus totius medicinæ quàmprimũ atq; ilico morboſis occurrat humoribus: Sic & ieiunio cõtingit. Si temetipſum hodie multa obrueris ebrietate, craſtina uero eã acceperis, quæ ab illo eſt medicinam, hanc tibi profecto uanã inutilemq́; effeceris, et laborem quidem pertuleris, quod uero ab illo fuerit, nequaquàm aſſequeris, re ipſa in recentẽ ebrietatis malitiam eius omnẽ conſumente uirtutẽ. Si uero leue ſibi preparabis corpus, ſobrioq́; & uigilanti cogitatu ſuſceperis ex dele-

Ingurgitatio.

Ieiunium.

ex delectis ueteribus medicinam, multa poteris expurgare.

Quemadmodum pudicam quandam, ornatāq; et liberam ducturi, maritalem undiq; thorum exornantes, domumq; pur gantes crimine à quacunq; pellice ſe abſtinent, hancq; ſic in cu biculum introducunt: Pari uos uolo modo purgantes ueſtram cogitationem, delicatisq; cibis, atq; omni ingluuici ualefacien tes, ſic matrem bonorum omnium, pudicitiæ, atq; totius uir tutis magiſtrum, ieiunium dico, apertis ſinibus ſuſcipite, quo & uos maiori reficiamini uoluptate, atque id propriam atq; præcipuam uobis conferat medicinam. Pudicā ornatamq; & liberam ducturi. Ieiunij laus

Sermo. 2. Si medici quibuſdam medicinas daturi, ſanie cō globatos, et corruptos humores expurgari mandāt, hisq; cor poralibus cibis abſtineri: quo minus impedimēto ſint uirtuti medicinæ, ſed operari, propriumq; poſſit opus oſtendere: lon ge magis uobis conuenit hanc bibituris ſpiritualem medici nam, eam ſuſcipere, quæ ex medicina eſt utilitatē, ueſtramq; dicta facilitate cogitationē purgare, atq; mentem ſic exonc ratam reddere leuiorem, quo ne concidens ebrietate, inertem atq; inutilē ex illa prouenientem uobis utilitatem conſtituat. Medici. Corrupti humores. Spiritualis medicina.

Sicut crapula malis infinitis eſt cauſa, quædamq; homi num generi corruptela: Sic ieiunium uentrisq; deſpectus ſem per ineffabilibus nobis bonis cauſa fuit. Crapula. Ieiunium.

Veluti leuiores naues ocyus trahi aut onera, oneratio res uero grauitate preſſæ, profundo magis inhærent: Sic ieiunium leuiorem reddit cogitatum, præparatq; cum fa cultate præſentis uitæ pelagus ſuperare, atque in cœ lum ad ea quæ in cœlo ſunt feſtinare, putareq; præſentia in nullo conſiſtere, ſed quàm umbram, quàm ſomnum, non ſegnius diffugere. Leuiores et oneratiores naues.

Ebrietas. Crapula. Ebrietas uero & crapula cogitatum aggrauans, carnemq́; deprimens, captiuam reddit animam, undique uallans eam, neq; permittens cogitationis tribunal firmis ſedibus conſiſtere, ſed mutare in præcepsq́; ferri præparat, cæteraq́; proprium contra ſalutem operari.

Scintilla. Mare. Sermo. 3. Scintilla ſi in mare ceciderit, num poterit ſtare aut apparere? Quantum ſcintilla ad mare ſe habet, tantum hominis malitia ad Dei clementiam, pietatemq́;. Imo uero non tatum modo, ſed longe ſupra. Nam & pelagus tametſi magnum ſit, menſuram recipit: Dei uero clementia & pietas non habet. Clementia Dei.

Medela. Medelam ſi appoſuerit medicus, neque priori te depurgauerit, num eam rurſus die altera non apponet? Eſt quiſpiam querni uel roboris cæſor, is quercum ſi uelit cædere, ſecurim accipiat, incidat radicem, ſi plaga una percuſſerit, neque ceciderit infructuoſa arbor, nonne ſecundam dederit? non quartam? non quintam? non decimam? Sic & fac tu. Cæſor.

Quercus. Fornicatio. Quercus eſt fornicatio glandes ferens, irrationalium animalium eſcam, multo tempore tua in mente radicata in arborum circuitu tuam deiecit conſcientiam, meus ſermo ſecuris eſt: audiſti uno die, quomodo uno die cadat, quæ tanto tempore radices immiſit? Si enim bis, ſi ter, ſi centies, ſi decies milies, non iam mirum, modo inciderem malam & fortem, conſuetudinem malam. Cõſuetudo mala.

Corpus. Vulnera. Anima. Sanies. Quemadmodum in corpore uulnera & medicinæ: Sic in anima peccatum & pœnitẽtia: In uulnere ſanies, in medicina purgatio ſanici: In peccato ſanies, in peccato improperium, in peccato deriſio. In pœnitentia fiducia, in pœnitentia libertas, in pœnitentia purgatio peccatorum.

Sic

Sic delet peccata Deus, ut neq; eorum ueſtigium maneat. In corporibus quidem non eſt ita, ſed quanquàm millies conetur medicus, tametſi uulneribus medicinas addat, uulnus quidem euaneſcit: ſæpeq; in facie uulneratus quis, & uulnus quidem curauit: cicatrix uerò remanet uulneris argumentum, faciei deformitatem habens. Deus omnia peccata delet. Cicatrix.

Cum moribundus æger fuerit, tametſi mundus defleat omnis, nequaquàm eum excitabit, ita ut non reſurrectionis, ſed lachrymarum ille ſit fletus: In anima uero non ſic: Si enim mortuam fleueris, ſæpenumero mortuam excitabis. Moribūdus æger. Anima mortua.

Sermone 4.

Eum equum laudare maxime conuenit, qui ulla ſine habenarum ui pro nutu compeſcitur. Si uero freno cogente eum commode ſubegeris, nequaquàm mirum. Neque enim pecudis generoſitati, ſed freni neceſsitati ipſa modi obſeruatio reputabitur. Identidem & in anima licet intueri, quod imminente timore ſi tranquille perſeuerat, nequaquàm mirum. Cum uero tentatio ipſa quieuerit, atque timoris quis amouerit frenum, tunc uim mihi animæ philoſophantis oſtende, modeſtiamq; omnem. Equus laudandus. Anima. Timor.

Quemadmodum ſub adulteris corpus corrumpitur: Sic anima ſub Sathanæ cogitationibus inquinatur exemplis peruerſis à cogitationibus corruptis. Adulteri. Cogitationes.

Si quando homines exorare oportet, & ianitoribus prius occurrere conuenit, paraſitisq;, hiſtrionibusq; ſuadere, & longam ſæpenumero uiam abire: In Deo nihil eſt tale. Sine mediatore exorabilis eſt, ſine pecunia, ſine impenſa precibus annuit. Et ijdem homines deprecantes, ſæpenumero formidamus, ne quis inimicorum perceperit, Homines exorans. Deus exorabilis.

aut rem ex aduerſarijs quiſquàm intellexerit. Alioqui prodit dicenda. In Deo autem nihil eſt tale ſuſpicari. Cum enim me uolueris precari, ſolus accede, aſtante nemine, corde uidelicet clama, neque labia tua mouens: hoſtium tuum claude, & honora patrem in occulto.

Modus precandi.

Aedificare

Deſtruere.

Sermo. 5. Nos multo in tempore ædificamus domum, & ipſius ſtructuræ quidem multum temporis, parum uero deſtructionis: Econuerſo autem fit in Deo. Cum ſtruit, uelociter ſtruit: cum deſtruit, tarde deſtruit: Nam duo hæc ſibi conueniunt, illud quidem potentiæ, bonitatis iſtud.

Fœnus.

Paupertas.

Si cui in paupertate manenti fœneratus fuerit, atq; exinde ad diuitiarum ſplendorem uenerit, qui accepit, potens factus tibi debitum reddere; latebit multos, ac reddet, ne pudore confundatur de priori ſtatu. Et gratias quidem agit, beneficium uero cælat, priorem erubeſcens paupertatem: Deus autem non ita, ſed occulte mutuum accipiens, palàm debitum reddit: tunc uero cum accipit, clam per eleemoſynam accipit. Cum uero reddit, in oculis uniuerſæ creaturæ reddit.

Deus mutuum accipit.

Deſperati ægrotãtes.

Sermo. 6. Non uides medicos, ſi de ſalute ægrotantis diffidant, non iam curare: dicunt enim, quod maluerit infirmitati dari, quod non ulteriorem ſuſcipit morbus curam: artis enim induſtriam morbi malitia uincit. Hæc dicunt, qui de ægroti ſalute deſperant. Si uero ſanitas expectatur, omnia faciunt ægroto, ſalubres afferunt medicinas. Pari modo ſi quis peccatis deſperando ceſſerit, quaſi non ſuperſit pœnitenti ſalus, ſeſe maius in malum ſtimulat.

Sanitas.

Deſperatio

Nautæ.

Sermo. 7. Nautæ cum procella digreſſi fuerint, & multũ deinceps pelagus currentes, in portum deceſſerint quietum, dimit-

dimittentes uela, deponentes remos, egredientes nauem, quie te ſeſe ſomno corpus recreantes, robuſtiores conatus reliquam ad nauigationem præparant. Hos imitemur & ipſi, atq; omni procella, tumultuq; et fluctibus liberati, quaſi tranquillam ad quærendum portum ſcripturarum ad lectionem impellamus animas.

Agricolæ ſi frumenta domi concluſa tenent, uermium in eſca amittent: ſi uerò diſperſerint in terras, non modo cuſtodiunt, ſed etiam augent: Sic opes ſtantes quidem in arca ac ſub ſera & uecte defoſſæ, cito transfugiunt: Si uero in eleemoſyna diſtributæ fuerint, non ſolum manent cuſtoditæ, ſed & maiores inde reſurgunt. Frumenta concluſa. Opes recondita. Eleemoſyna.

Si calciamenta quis ſupra menſurã pedibus adegerit, itineri certe prolixiori impedimenta ſentiet: Et ueſtimentum induens, corporis ſtaturam excedens, pari modo implicabitur, atq; ſuperfluum ubiq; in eo quod ſatis eſt ad oportunitatem, inutile eſt. In pecunia multo fortius id euenit. Et qui ſupra quod ſatis eſt habent, non modo in ipſa ſufficientia, ſed et in neceſſarijs quibuſq; impediuntur. Calciamẽta ueſtimentũ

Quemadmodum nebulones ad regalem uocati menſam, atque idoneum non expectantes tempus, quaſi parui pueri ſuam offendunt lætitiam, commeſſatione præuenientes, cibis ad crapulam repleti groſſioribus: Sic & hic quidem infirmiores mercedem quærunt, & eorum quæ illic ſunt minorantur bona. Atqui fœnerans ipſe multo poſt priorem deſiderat habere ſortem, fortaſſe neq; recipere deſiderat, quo per moram in maius creſcat fœnus. Nebulones. Mercedem quærunt. Fœnerans.

Nemo in caſura urbe ædificat. Dic inquam, ſi quis tibi prænuntiauerit, poſt annum ipſam caſuram urbem, num for Caſura urbs.

taſſe in caſura urbe ædifices? Id itaque nunc dico, nequa-
Mundus. quàm in hoc ædificemus mundo. Cadet enim paulo poſt, & cuncta peribunt.

Hic non domus modo, ſed & mancipia, atq; uniuerſa ſæpe hæreditas ad inimicos deuoluitur. Eiuſmodi enim huma-
Humana bona. na ſunt bona. In cœlis uero nihil timendum eſt tale, neq; ut morientis ſuperueniat hoſtis, hæreditatiq; ſuccedat.

Ligna exeſa. Sermo. 8. Quemadmodum in lignis & plantis, ſi quando exeſum uidemus, reliquam de cætero repudiamus partem:
Cor. Sic & in homine cum cor perierit, incaſſum eſt inde reliqua
Auriga. corporis ſanitas. Auriga perijt, fractus, deiectus eſt, uanum in poſterum equi currunt.

Lex. Laborioſa lex & multum oneris habet, ſic igitur & ma-
Corona. gnam habet coronam. Eiuſmodi nanque laborioſa magnas
Retributio habet retributiones. Tu uero nequaquàm laborem attende, ſed retributionem conſidera. Sic & in uitæ rebus fit. Si enim laborem perſpexeris, graue atque oneroſum: ſi uero retributionem cogitaueris, leue ac facile, quod ſubeſt: Sic & guber-
Gubernator. nator ſi fluctus uiderit ſolum, nuſquàm portu ſcapha digredietur, ſed ipſam præ fluctibus utilitatem commodumq; me-
Miles. tietur, atq; ita demum innabili ſe credit pelago. Sic & miles, ſi uulnera cædesq; uiderit, non iam induet thoracem: ſi uero triumphos præ uulneribus, uictoriasq;, in pratum quaſi concurrit ad prælium.

Ignis. Quemadmodum ignis natura auri naturæ, quanto co-
Verborum timor. hærebit, tantò magis uirus conſumit: Sic & uerborum timor quanto menti imprimitur, tanto magis peccatum impudicitiæ noſtræ purgatur.

Mel. Quemadmodum natura mel dulcedinem habet, cande-

demq;

demq́; iucundiſsimam, ægrotis tamen amarum quid atq; illo tum eſt, non propria illorũ, ſed ægritudinis natura: Sic et lex Lex. tametſi uideatur oneroſa, non ſua natura, ſed noſtra fit pigri(tia.

Sermo. 9. Si forte rex quempiam de populo compellauerit, atq; ad ſeruos dixerit: Reddite gratias huic meo nomine q̃ plures, qui me inopia laborantem nutriuit, qui mihi beneficia in tempore permulta contulit. Num certatim quiſq; pecunias eius omnes appenderit, cui rex gratias egit? Si ergo in hominem regem tantum honoris res ipſa tribuit: cogita CHRISTVM in illa die ad angelos conuerſum, et dicentẽ: Hic me in terra ſuſcepit hoſpitio, hic mihi innumera cõtulit beneficia. Hic me peregrinũ exiſtentẽ cõfouit inducens. Cogita de cætero fiduciam, inter angelorũ populos gaudiũ. Rex. Hoſpitalitas. Beneficẽtia.

Sermo. 10. Quemadmodum mulieres, quotquot dolorum partus experimenta ſumpſere, cum matres fiunt horũ, quos parturiunt, quocunq; fuerint uinculo, continuo illigantur: Sic & Paulus, atque adeo multo fortius: ſemper enim diſcipulis ſuis adhærens atq; affixus erat, eoq́; fortius, quo natura ſpiritualia uincula ſunt fortiora. Matres parturientes.

Veluti domo ardente, & qui nondum malo læduntur, his qui in malo ſunt, moleſtia non minori premuntur, atque uniuerſa conferunt, quo ne urgens ignis ad proprias inualeſcat domus: Sic & Paulus. Domus ardens. S. Paulus.

Quemadmodum mari ſeſe tollente, & fluctibus undique ad ſummum eleuantibus, ſub procella ſcapha inundatur: Sic & anima undique mœrore circundata, uelocius dimergitur, ni quempiam dantem habuerit manus: & quæ ſalutaris in peccatis mœſtitia eſt, exitialis immoderata fit. Mare. Mœror.

SPICILEGIVM, SIVE POTIVS AVCTA*rium ad deſcriptionem concionatoris Euangelici, iuxta locos Inuent. dialect. magnopere conducens, ex præcedentibus Similibus petendum, per* ALARDVM *Aemſtelredamum.*

DIVISIO. *Nazianzenus oratione habita coram* 150. *epiſc. Non enim indocte docemus &c.* 486.

GENVS. *Nazianzenus de modeſtia in diſputationibus. Sane turpe eſt &c. fol.* 476.

Seneca epiſt. 54. *Si agricolam &c. fol.* 755.

PARTES. *Deut.* 32. *Stillet ſicut pluuia &c. Hieronymus lib.* 2. *comment. in prouerb. cap.* 11. *Oculi quippe & dentes. fol.* 563.

MATERIA. *Baſilius ad Chilonem. Velut apes non omnib.* 411. *Ambroſius ſerm.* 84. *Sicut apes de diuinarũ.* 582.

FORMA. *Hieronymus epiſtola ad Pammachium. Sentio te diuinis ardere doctrinis.* 558. *Gregorius in præfatione moralium Iob. cap.* 2. *Fluuius dum per alueum defluit etc.* 665. *Gregorius lib.* 3. *Moralium. cap.* 5. *Quid ſunt intentæ mentes.* 673.

ADIACENTIA. *Sene. li.* 2. *de clemẽtia. Ca.* 7. *Sapiẽs* (*multa.* 752.

SVBIECTVM. *Hieronymus lib.* 2. *comment. in prouerbijs cap.* 11. *Sicut acetum dentibus.* 563.

EFFICIENS. *Auguſtinus lib.* 4. *de doctrina Chriſtiana, cap.* 15. *Sicut corporis medicamenta.* 598. *Idem de uera religione. Atque ut in corpore.* 633.

FINIS. *Auguſtinus de uerbis domini ſecundum Matt. ſermone* 16. *Quando laborat cum gaudio.* 652. *Idem lib.* 1. *contra Creſconium cap.* 5. *Sicut malignus.* 622. *Bernardus ſermone de ſancto Andrea: Fluuius eſt.* 682.

EFFECTA. *Auguſtinus lib. 2. de ſermone domini in monte. Seminant triticum.* 657. *Gregorius lib.* 11. *epiſtolarum: epiſtola* 47. *Creſcunt quotidie.* 676.

DESTINATA. *Origenes in epiſtolam ad* Romanos *libro 6. Sicut ergo pontifices.* 455. *Idem in* Matthæum *cap.* 13. *Quoniam autem omnis ſcriba doctus.* 446. *Gregorius libro* 30. Moralium, *cap.* 5. *Gallus cum ardere cantus parat.* 673.

LOCVS. *Nazianzenus oratione funebri in laudem* Baſilij Magni. *Sane nequaquàm rerum.* 467. *Auguſtinus in* Euangelio *ſecundum* Ioannem *tractatu* 46. *Inde ergo lædit.* 654. *Gregorius libro* 30. *Moral. capite* 5. *Gallo ſimilis eſt prædicator.* 671.

TEMPVS. *Gregorius in paſtorali* 3. *parte, capite* 26. Amouendi *ſunt.* 675. *Bernardus ſermone* 18. *Concham te exhibebis.* 686.

CONNEXA. *Auguſtinus de ſalutaribus documentis, cap.* 9. *Recognoſcamus.* 636.

RELATA. *Theophilactus in epiſtolam ad* Timoth. 1. *cap.* 1. *Quemadmodum qui ductare.* 324. *Baſilius ad* Gregorium Theolog. *Neque uero ad diſcendum.* 410.

CONTRARIA. *Nazianzenus oratione conſolatoria* Non *patior, ut foris obturetur.* 465

PRIVANTIA. *Nazianzenus oratione conſolat.* Cum *pater eius &c. Siquidem non is qui &c.* 469. Ezechiel 13. Væ *qui conſuunt puluillos. &c.*

DISTANTIA. *Gregorius in paſtorali parte* 1. *cap.* 1. Nulla *ars doceri præſumitur.* 674.

VOCVLARVM QVARVNDAM explicatio.

Ἀγωνοθέτης, agonotheta, ludorum ac certaminum præfe-ctus fol. 26.

Ἀνάδημα, anadema, ſtrophiola, ſertum, coronamentum, quo caput redimitur. 52.

Anathema. Eraſmus in Annotat. ad Roma. 9. & 1. Corinth. 12. fol. 70.

Aporiati. Eraſmus in Annotat. 2. Corinth. 4. Aporiamur, ſed non deſtituimur.

οἶστρος, id eſt, œſtrum.

Alcinous, Adagio: Alcinoi menſa. 585.

ἀρχίατρος, archiatrus, id eſt, medicorum princeps. 440

Amurca, ſordes ſunt ex oliua profluentes, dum oleum exprimitur. 594.

Altegradiam pleriq; uocant herodion, nonnulli ciconiam, bona pars Ibida eſſe contendit. 520.

Amiantos. Huic affinis eſt Asbeſtos, qui tacto accenſus ab igni extingui nequit. Auguſti. lib. 21. de ciuitate Dei cap. 5. Plinius lib. 37. cap. 10. 395.

Antonomaſicè. Antonomaſia eſt nominis permutatio, ut ſi quis pro Gregorio Nazianzeno, Theologum dicat. Eſaiæ 51. Nunquid non tu percuſſiſti ſuperbum, uulneraſti draconem, id eſt, Aegyptum & Pharaonem. 629.

Bythalaſſa: non dubium, quin legendum erit dithalaſſa, quando ſcriptum ſit in Actis cap. 27. εἰς τόπον διθάλασσον, id eſt, in locum bimarem. Sic enim Horatius in Odis: Bimariſue Corynthi Mœnia. 416.

βάραθρον, barathrum, locus profundus, obſcuruſq;. 67.

κυανίς,

κυανῖος, Cyaneus cæruleus, aut medius inter nigrum & uiridem. 20.

Cataphractus undiq; armatus. 77.

Cataplaſmata malagmata, uulgo emplaſtra. 79.

κόκκινον, Coccinum, hic color phœniceus & roſeus uocatur. 88.

Cæſtus, claua plumbea eſt, globis plumbeis undique munita. 282.

Chamælcon. Adagio: Chamæleonte mutabilior. 482.

καυτήριον, Cauterium quo putridæ carnes aduruntur. Eraſ. in Annotat. 1. Timoth. 4. 400.

Critica remiſſio medicis dicitur decretoria, ut quæ ſuo tẽpore ſecundum conuenientem naturæ motum fit, idq; non ex errore, uerum pro idonea morbi qualitate, qua quicquid eſt morborum ferè tollitur. Gell. lib. 3. ca. 10. 602.

Collyrium, quo ſuccurritur oculorum uitijs. 646. Adagio: Collyrio uno uel eodem. Eraſ. item in Annotat. Apocalyp. cap. 3.

Cantharides uermiculi ſunt ſubuiridi & ſuperlucenti colore, quorum ſuccus interimit, niſi alarum adſit remedium.

Canthares. Adag. Scarabeus aquilam quærit.

Concha uaſis genus concauum ac ſuperne patulum, quod aliâs alueos & alueolos dicunt, præſertim in longum porrectos. 606.

Δόλιχος, dolychus ſpatium, continens 12. ſtadia, ſecundum Suidam uerò 24. fol. 215.

Δόρκας, dorcas, caprea ſiue dama.

Decûmanus, id eſt, magnus. Ouid. Metamor. 11. Vaſtius inſurgens decimæ ruit impetus undæ. Adag. Decumanum.

Euripus, Adag. Euripus homo. 183.

ἐπιβάται, epibatæ, ſunt bellatores in re nautica. 416.

Epithema eſt aſperſio aquæ medicatæ intincta pānis aut ſpongiæ, idq; ad partem corporis male affectam. 605.

ἔχιδνα, echidna, id eſt, uipera. Actor. cap. 28. fol. 479.

γαστριμαργία, gaſtrimargia, id eſt, guloſitas. 498.

γύψος, Gypſus cretæ genus, quo tectoria parietibus inducuntur & facile formantur ſigna. Adag. Gypſus lacte maceratus. 422.

γρῖφος, Gryphus ænigma, inuolucrum, ſermo implicitus, γρῖφον enim Græcis inſolubile dicunt. 206.

Gemellare ſeu gemellarium uas eſt, quod oleum, dum ex oliua exprimitur, excipit. 605.

Gnoſius, Gnoſos urbs Cretæ Minoïs regia, hinc Gnoſius. 759.

ἡμιτριταῖος, hemitritæus ſemitertiana febris eſt. Cornel. Celſus lib. 3. cap. 3. Tertianæ febris diuerſa genera. 535.

Lotophagi, Adagio: lotum guſtauit. 583.

Labyrinthus, Adag. Labyrinthus. 208.

Lynoſoza, ſiue linoſoſtis, ideo Latine appellatur Mercurialis, quia magi eā (ut teſtis eſt Theophraſtus) ἑρμοῦ πόαν uocant. Vulgo naſcitur in uinetis pariter & hortis: ob id utilis ad olera, quòd aduerſus aſtrictiorem aluum ſit efficax. 305.

Mammotrepti, ſunt pueri diutiuſcule ſugentes. 605.

Nautologi ſiue Nauarchi, ſunt nauis principes. 416.

Naphtha, picis genus eſt. Adag. Cæcias nubes attrahēs. 447.

ὄβρυζον, obrizum, aurum dicitur, quaſi ἄβρυζον, hoc eſt ſyncerum, quod ſæpe igne calefactum & exuſtum eſt, & quod

in coctione non minuitur. 497.

ὀρχήστρα, orcheſtra, locus in theatro tripudijs, cantionibuſq; deſtinatus: eratq; choro peculiaris, & in hoc (ut Pollux tradit) ſenatorum erant ſubſellia.

πρωρεὺς καὶ πρωρήτης, Latinis dicitur proreta, qui proram regit. 304.

παιδοτρίβης, pædotriba, gymnaſij præfectus. 45.

Praſinum à uiriditate ſucci foliorũ porri, quæ ſumma eſt. Hinc ueſtis è uiridi lana, praſina uocatur. Plau. Praſina, coccina, foccale, ſocos, monilia miſit. Plinius lib. 37. ca. 8. 304.

παλίουρος, paliurus, herba aſpera & ſpinoſa. 315.

Pleiades, ſeptem ſunt ſtellæ ueris tempore orientes, Latinis uergiliæ dictæ. 488.

Pyrrho, Gell. lib. 11. cap. 5.

ῥίψασπις, rhipſaſpis, is eſt qui abiecto clypeo fugit. Eraſ. Adag. Vir fugiens, & denuo pugnabit. 596.

Sepia, piſcis genus, qui emiſſo cruore atro, occultat iter. 486.

Symmetria, id eſt commenſuratio. 599.

Sileni, Adagio: Sileni Alcibiadis. 262.

Scylla, Adag. Charybdim uitans in Scyllam incidit. 171.

Symperaſma, id eſt, concluſio. 400.

Syphon, canalis ſiue fiſtula eſt. 519.

Sacconicia, ueſtis eſt rudior, ſacco quàm ueſtitui commodior. 628.

Schœnobates, funambulus dicitur, nimirum is qui per extentum funem tranſit. 47.

σπάρτον, ſpartum, id eſt funis, rudens, eſt item herbæ genus, quod geniſta Latinis dicitur. 612.

θαλλοφόροι, Thallophori, in Gymnico certamine oleæ ramos geſtabant. 25.

Tribula, uehiculũ quo frumenta teruntur in area. 594.

Teredines capite ad portionem grauiſſimo redundentis. Hæ tantum in mari ſentiuntur, nec aliam putant teredinem proprie dici. Plin. lib. 6. cap. 41. 36.

Virbius. Hippolytum ab equis diſcerptum, Diana Aeſculapij opera in uitam reſtituit, ac deinde Virbium quaſi bis uirum iuſſit uocari. 569.

Theriacalia, θηριακή, Theriace, à qua theriacalia quod uiperarum carnibus conſtent, aut certe contra beſtiarum uenena ſint efficacia. 463.

Theriaca. 720.

ALARDVS AEMSTELREDAMVS

Conrado Goclenio literatiſſimo modeſtiſſimoq́; Collegij trilinguis apud Louanium profeſſori, Canonico Antuerpienſi

S. D.

LIBERAVI tandem fidem de ſimilib. in apertum proferendis, quæ te impulſore, amiciſſime Gocleni, non ueritus ſum uel D. Georgio Egmundenſi, præſuli noſtro, uiro pia doctrina, doctaq́; pietate inſigni dedicare. In quibus ſi pleraq; (utpote plusq̃ tumultuario ſtudio multorum manibus intra paucos admodum dies, nullo, aut ferè nullo delectu perturbatius hinc inde confarcinata) meritò diſplicebunt, hiſce fortaſſe nominibus lectori non prorſus iniquo utcunq; fuerim excuſatus. Principio quòd bonam partẽ ſimilitudinum in locos communes adlegerim, nondum ſacris auto-

autoribus, unde mutuatus ſum, accuratius emendatis, aut certe in tales quales iam nunc habemus, tomos relatis. Deinde quòd doctis ac ſtudioſis uiam dũtaxat aperire uoluimus, quaſiq́; ſyluulã operis futuri ſubminiſtrare: Præterea quod ſub id temporis, tot me incommoda circumuallarent, ut plane cũ Antæo uiderer colluctari. Ad extremum, quod domeſtica deſtituti bibliotheca, alienam non licuit uſurariam accipere: utq́; maxime licuiſſet, ne patiebatur quidem aut incredibilis operarum celeritas, aut frigus pluſquam arctiſſimũ, quod nos tantum non enecabat. Quod ſi rurſus (ut ſpero) per otium aliquando de ſimilibus agere contigerit, retractatius ſingula perſequemur: additis uel in eodem opere, uel potius alio, ſimilitudinibus ex Demoſthene, Plutarcho, Luciano, Cicerone, Quintiliano, Homero, Vergilio, Lucano, alijs'que id genus. Non permittor plura, tot diſtorqueor curis, cætera coràm. Salutat te Ioan. Gymnicus typographus, uir perhumanus, ac præter cæteros ſpectatæ fidei.

Valebis. Coloniæ, pridie Idus Ianuarias, Anno 1559.

ERRATA *quorum p. principium paginæ ſubindicat: m. medium: f. finem.*

Pag. 2. f. Platonicus 60. m. præpoſitus. 65. f. acceperint. 69. p. expectans. 70. f. quem. 75. f. diuitiæ iuuant. 189. p. ſtudio. 231. p. affligitur. 242. poſt, ſeruus, interpone: ſit monachus. 257. p. fœnus. 258. f. pulſet. 266. p. carcerem. 268 m. interitus. 283. m. ſubſcriptiones. 284. p. roboreæ. ibid. m. utilius. 288. m. Si etenim, ſi abundat. 291. p ſcopulus. ibi. m. quis. 323. m. effrenato nō. 324. m. nubes. 392. p. ei, 397 f. mirum. 404. m. quodcunq; maximorum. 405. f. dimotum. 406. m. expleti. 407. p. abſolutū. 411. p. quaſi. 414. p. medico. 435. p. pollucre. 443. m. cauteriū. 462. f. pertinent. 464. f. quemadmodū qui. 477. f. gauderēt ijs quæ 481 m. quem Moſes. 483. m. paſtorale. 498. f. omnimode 520. p. aridis. 600. m. qui. 611. f. metent. 613. f. ruiturā. 625 m. facies. 628. ſacconicia. 629. m. antenomaſice. p. 670. m. libidine. 705. f. condiunt. 708. Animum, de 736. m. animo ſuus. ibid. f. Sic malus. 750. Qui. 756. p. ut tam tutus ſit.

Sapientiam omnium antiquorũ exquiret ſapiẽs, & in prophetis uacabit. Narrationem uirorum probatorum cõſeruabit, & in uerſutias parabolarum ſimul introibit. Occulta prouerbiorum exquiret, & in abſconditis parabolarum conuerſabitur.

HIERONY. *libro 3. comment. in Matth. cap. 18.*

Familiare eſt Syris, & maxime Paleſtinis, ad omnem ſermonem ſuum parabolas iungere, ut quod per ſimplex præceptum teneri ab auditoribus non poteſt, per ſimilitudinem exemplaq́; teneatur.

AD LECTOREM.

Procliue cuiuis fuerit concurrere
Hinc inde, ſi quid obuiat ſimilium,
Aut ex profanis, aut (ut aiunt) ethnicis,
Aut ex poëtis, aut item rhetorculis:
Verum ſacris ex literis, oraculis,
Veterumq́; commentarijs, non cuilibet
Notis & expenſis, nimis quàm eſt & graue &
Laborioſum chiliadas colligere,
Lectasq́; ſcite, commode, graphicè, bene
Et eleganter thematis popularibus
Accommodare: quiſquis hoc negauerit,
Facto periculo, deſinet laceſſere,
Minusq́; noſtris obſtrepet conatibus.

ΤΕΛΟΣ.

INDEX SANE QVAM LVCVLENTVS COMPENDIARIAM

præſtruens uiam ad quamlibet ſimilitudinem promptius inueniendam.

A

Nimę morbus 18
Anim⁹ ꝑtubat⁹ 24
amniũ fontes 24
arbor 25. 87. 90. 124. 126. 178. 582. 590. 634. 669. 670. 703. 727
adoleſcentis anima 25
agricolæ induſtrıј 26
agricola 23. 42. 78. 101. 148. 190. 225. 277. 261. 418. 504. 538. 663. 733. 759
arrabo 43
arrogantia 44. 167
ambulatores deſides 47
admonitio 50
animæ deploratæ leuamēta 506
auari 51
adulter 52. 785
animæ deductores 53
animæ ſanitas 62
aduerſus traducentes ſacerdotium 66
anima timorem dei excutiens 67
anathema faciens 70
admonitio Chriſtiana 70
animi morbi iritando incrudeſcunt 76
anima ſeipſam excitãs ad orandum 77
Anima non munita precibus 78
aurifodinæ 79
artificum apparatus 79
ancilla petulans 84
athleta 87. 95. 176. 181. 204. 236. 286. 294. 412. 485
animæ in diuinos ſermones tinctæ 88
apes 89. 308. 133. 411. 582. 719
aſſiſtens regi 90
apoſtoli 94. 114. 622
agnitio Dei 95
artifex 101. 129. 105. 720. 735. 743
anima Deo proxima 102
animalis atq; totus mundanus 102
aſſidue iurans 102
animæ ueſtimentum 103
aſpidis uenenum 103
animo concupiſcens 104
anima inimicum diligens 104
ambitioſus 105
arma 111. 622
anima 111. 112. 173. 184. 235. 305. 312. 313. 319. 335. 322. 631. 200. 311. 219. 286.

413. 514. 542. 148. 553. 627. 643. 657. 665. 677. 684. 689. 691. 690. 772. 774. 780. 784. 785.
animalis homo 115
acetum 115. 617
amor 115. 638. 203. 733
animalia prona 118
aſini lapſus 123
ambulans inter duos inimicos 125
arbor iuxta uiam 127
arbor ſterilis 127
ædificatores 129
ab alto cadens 130
animalia munda 131
anima peregrina 132
animus malus 132
aurum 133. 261. 278. 408. 580. 600. 661. 675. 677. 723. 752. 739. 778
accipiter 138
acutum cernens 132. 151
ægrotus 140. 149. 319. 536. 576. 449. 602. 730
aquilarum filii 140
anima miſerè diuexata 148
auarus 155. 192. 617
adoleſcens ſpectatiſs. 155
arenoſa terra 156
aranearum tela 157
athletæ 158. 250. 285. 270. 305. 396. 723. 755
æs 159. 408
animæ neglectus 161
auari & rapaces ibi.
animæ ornatus 162
agon 168. 169
auaritia 171. 201. 203. 406. 702
auis uolãs & ſerpens 174. 440
æditus 175
ager ſylueſcens 177
adoleſcentia 180
arcana 182. 184
aſpidis ſurdæ aures 184
animæ perturbationes 185. 199. 619. 687. 714
audax & temerarius 188
architectus optimus 189
animæ fructus 191
affectus animæ 195. 200
animæ oculus 198
Abel ibidem
anima diuino timore confixa 199
aſini 201
annonæ præfectura 203
à mandatis Dei aberrantes 208
arbores bene radicatæ 210
animæ ſolidatæ ibidem
ab oculis laborans Ibidem
athletarum delectus 214
adſcribendus in nouum teſtament. ibidem
amoris calor ibidem
aurum adulterinum & ſyncerum ibidem
amicitia diligentis 216
actores ſcenici 216

amicus mortuus 218
auaritia uniuerſi orbis pernicies 220
anima nimijs oppreſſa delitijs 221
anima mortua 222
angor animi 224
adulter ſingularis 124
arbor crebris ictibus exciſa ibidem
anima corpore migratura 225
auis capta 226
anima ingrata ibid.
aqua 230.390.462.510.514.557.570.643.683.768.
anima infirma 232.630.439
angeli 235.781
arbores ſteriles 36
architectus 239
ancora 241
auarus omnium mortaliū flagitioſiſs. 242
arbuſtum aliò tranſlatum 245
à corporis morbis uitiatur & anima 245
antidota amara 246
amore meretricio deperiens 248
abundantia pecuniarum ibidem
aranearum ſtamina 249.570
agricultura 250
anima uincta 254
affectus humani 256
ædificatio ibidem
abrenuntio Satanæ 258
animus iratus ibid.
ædificia 260.325
argentum 261.500.580.778
auri ſoliciti collectores 261
allegoria neceſſaria in arcanis literis 262
artificum conatus 263
animæ cura 264.305.264
adamas 266.499
animalium omnium uirtus 268
amator 268
amor corporalis 268
animæ ſanctorum prophetarum 272
animæ uulnera 272.430.432
ædificium 273
affectus uitioſus ibidem
aurum & ignis 276
aratrum 277.597
affectus maternus 281
auicula laqueo irretita 282.482
agricola imperitus 242
aquantes 294
animam negligens 295
aulæum 296
ægrotantiū mos 298
arbores uirides & arida 299
alijs utenda parantes 299
auaritia omnium malorum radix & ſeminariū 309
animalcula 316

æris alieni magnitudine obſtrictus 318
animi promptitudo 320
argentum ſole obiectum 320
agricolæ cupiditas 322
ars 391.674
animæ ſpiritu afflatæ 392
accommoda inſtitutio 392
affecti 394
acies 345
alimonia facilis leuis'que 395
amiantos lapis 395
ad uoluntatem Dei referenda omnia 398
auis aſtutia 399
auceps ibidem
arbores pomiferæ 403
angelus 403
aures dociles 408
anima auaritiæ obnoxia 406
Adam 409.687
alieni à charitatis affectu 409
ager 420.566
anicularum fabulæ 422
Aquæ cõmixtum gypſum dans pro lacte 422
anima peccatis operta 424
animarum medicina 429
agones 430
anathema 434
animæ leuamenta 440
aucupes 443
aurum obrizum 497
aër 446.681.734
animi morbi 448
adulterium in ſolo corde commiſſum 452
allophyli 455
arrogans 468
amuſſis 471
Anaſtaſij dotes 475
Ariſtoteles 477
arcus parumper laxandus 484
arbor fabuloſa 486
annuli 490
Aethneus ignis 493
à peccatis liberum eſſe 495
ægrotantia corpora 495
ager ferax 501
allegoria 501.618.674.
anima edaciſſimis triſtitię morſib. deuorata 503
aqua frigida 506
auditor uerbi 48.505.550.591
animi cognitio 513
ambitioſe arrogans 513
affectuũ impugnatio 515
affectus 514.731
ærarius 518
abſynthium 518.674
æquanimitas 518
arioli 508
altegradia 520
æſtas 524.525.630
æqualitatis ſacramentum 526
aſtutia 529
area 530.604.624.424.660
agoniſtica corona 532

Amor Dei 532
agnus 532
aſpectus fœmineus uitandus 533
ambulantes in tenebris 534
arbor rediuiua 541
animæ aditus 547
animæ amaritudines 547
aues 547
aures impia 550
abſtinentes 553
Alexander Magnus 555
areola 557
agmen columbarum ibi.
à pueritia libidinem neſciens Ibidem
anxia mater 559
ægrotatio 560
aranea 562
arrius 568
ædificatio 569
arundines 585
ager ſterilis 602
amatores carnalium 612
arbitrium bonæ uoluntatis 613
Abſolon 613
amor ſtudiorum 615
artificioſa apis 616
amor paternus ibid.
anabaptiſtæ 620
acceptio perſonarum 624
adiumenta medicinæ 626
arca 581.626.709. 777
amicitia 638
Amelech ibid.
arctiſſima neceſſitudo 639
amor Dei & ſeculi 639.640
aſpectus impudicus uitandus 640
Abraham 642
amœna ſcripturarum ſanctarum prata 645
amaritudo 645
aquæ impetus 644
adoranda Chriſti humanitas 647
amicus 648
abſtruſa 650
ager dominicus 652
ærumnoſa uita 652
ægritudo 654
animalia ruminantia 656
aurigæ ibid.
amurca 661
aromata 666.700
arcus 667
arbuſta recens inſita 667
æternam uitam quærentes 670
arcturus 672
Aethiops 675
aduerſitas ibidem
amaror 674
animarum conſideratio 679
anima peccans 683
affectio humana 681
araneæ 682
aſina 684
amor mundanorum 688
aqua fluminis ibid.
apis 689
aculeus ibid.
accipitrem portans 690
aureus hamus 691
aliena furari 692
alienis plumis ſuphire 694

aſſidua mortis meditatio 694
adoptio 697
animi intentio 698
arca Noë 701
aquilæ iuuentus 702
aquæ 704
Aegyptus ibi.
apoſtolica doctrina 705. 723
apoſtolici doctores 705
abiron 708
amatorium deſiderium 713
amnes 713. 745
animus 714. 716. 734
aſſequi animo 716
artis excellentia 718
acres oculorum obtutus 719
Aſſyrij 721
archetypon 723
ambitio 725
auiditas ibid.
amor ſui 726
animus cæcus 728
animus æger 731
arbor ſolida 745
alimenta 738
aduerſæ res 745
ad omnem uitam inſtructus 740
agilitas 743
actio ibidem
animalia 750. 770
adulatorum ſermo 744
animaduerſiones 751
adamas 756
argutiæ 757
ætas 798
animus inexplebilis 759
àpparitores 762
Aeſculapius 567
amigdalum 572
acerui 574
amœniſſima ſcripturarũ cœleſtium paſcua 579
apoſtolicus ſuccus 587
animantia 588
aduerſo flumine lembum trahens 562
afflictio 595
amœnitas itineris 597
annulus 595
adiumenta doctrinæ 599
anchora 144. 605
anima uita corporis 606

B

Bonum opus 32. 601
beatus atque mirãdus 73
baptiſma Chriſti 97
bonus 98. 688
beſtia natura ferociẽs 95
bos uſurarius 112
bos 115. 571. 575
bellum 115
bonę uoluntates 126. 127. 160
baptiſma Ioan. 127
benignus rex 136
baptiſmi efficacia 188
bona ineffabilia ibidem
beneficentia 788
beneficẽtia perpetua 216
bona excellentiſs. 235
baptiſma 236. 247. 258. 510. 261. 510. 300. 391. 642
balneum 302
bellici apparatus 303

Babylon 215
baptiſmus pœnitētiæ 317
baptiſmi gratia 320.526
belua iritata 325
bellantium inſidiæ 390
botri 394.655
bona dimittenda 407
bonus deus 414
baſilides 435
baptizator 490
bellica tela 496
baptiſmo tollit omne nequitiæ uirus 527
bona opera 534.589.
644.647.654.
bonorum & prudentiũ uirorum conatus 551
bellator inuictus 576
beatę Mariæ etymon 592
boni 595
blaſphema dubitatio 602
baptizari pro mortuo 607
boni uita 609
baptiſmi miniſter 623
beatitudo 625.642
baptizandi officium 629
baptizati infantes 643
bona manifeſtata & occultata 668
brauium 669
bona cælanda 670
balſamum 685
bullæ 694
beneficium 728
boni uiri 745
beata uita 739
barbari 754
bonum languidum ibid.
bona 770
beſtiæ 779
blaſphemia 781

C.

Coronæ 121.171.224.788
certamina olympica
corpora 30 (30
columnæ 40.125
Chriſtus agonothetes 47
concionator 48.78.56.
622.672.675.718
carnificinæ conſcientiæ
52.274
conſcientia peccatorum ſemper nos ſtimulat 54
conſcientia admonet 59
ciuitas Dei 63
crux 68
concupiſcentia 69.632
ciuitatũ principatus 75
circũciſionis ſignum 84
conuiuarum ſatietas 85
cataplaſmata 79
cæcus 90.91
concha 91
cacumen arborum 92
carnales 94
caſtigationes 95
cœli aperti 97
carpentarius 101
Chriſtus ſanat omnes 103
corporalis motus 104
candida & nigra ueſtis
106
cor mundum 104
canibus ſanctum dans 104
canini & porcini mores
106
corpus 112.286.319.
311.312.313.516.553.643.
657.687.715.754.762.
772.780.784.

Chriſtiana ſolicitudo 114
cognoſcens Deum 117
charitas 117.621.587.644.
650.629.664.684
continentia 117.572.202
cognitio Dei 118
conuerſatio gentium 118
conceptio 120
Chriſti dulcedo 122
caſtra Chriſti 122
ciuitas occupata 122
cor hominis 125
corpus ſanum & dulce 127
colonus 129.142.294
718
cibus 131.143.623.667.
730
caput 133.579.657.767
caſta mulier 133.138
corpus exanime 137
caſus 139
catechizati 143
cordium diſcrimen 145
cogitationes 149.556
caput fontis 156.668
canis 161.256.259.685.
603
cœleſtis regis milites 167
cloacæ 167
cupiditas 172.286.291.
290.419.488.650
calumniator 174
certamen 175.766
certa malorum pœna 178
curanda proximorum ſalus 79
conſcientiæ perpetui ſtimuli 118.243
424.
cæci omniũ miſerrimi 189
chriſtianus 196.19
crapula 192.781.783
ciuitas commodiſs. 197
cœnum 199.307
Cain 198
corpus ſanum 100
cogitationum natura 205
crucis potentia 210
cœlo deſtinati 210
corpus eccleſia 215
corpus obeſum 221
catechiſmus 221
corpus ornare, neglecta anima 224.295
corpus noſtrum uas fictile 226
Chriſtus conciliator optimus 231
curſores 233.360
cœli notatio 235.236
cultura fundi 237
cœlum 237.713
corpora adamantina
239
corpora bene curata
ibidem
colores 240.461
cani 240
corpus mortuum 242
cœlo priuatus 245
cibus corporalis 247
Chriſtus obſeruandus
251
cœna dubia 251
columba 253.777
captiuus 254.540
canis generoſus 259
cortes aſper 26
clauum recte tenens 6
274

Chri-

Chriſtus athleta, petra, miles 276
cythara 281.620
cœſtus 282
confeſſio 284.679. 690.602
cytharœdus 291.319
conſummatio 247
coralium 301
contumelioſus 305
chordæ 306.325.245. 620.667
canum cura 306.401
canis temperantia 306
curator 308
chirographum filijs relinquendum 310
confuſio impiorum in die iudicij 313
colluſio factioſa 314
criminoſi ibidem
carnifices 324.721
Chriſti contemptus 226
collationes euãgelicæ 367
corpora mollia 391
corpora illuſtria 393
colores floridi ibid.
contagia peſtilentiarum 393
contentioſi ibid.
corpora curantes ibid.
carnifeadiungere 395
commeatus 395
cœno obuoluti 340
correptio diuina 400
calamus 401
contẽplationes puræ 401
ceruus 402
confeſſio auricularis 402. 417.440
corporalis infirmitas 404
cryſtallinæ bactræ 405
caro Chriſti 413.509
corpora debiliora 414
condonandum proximis ibidem
Cæſaris metus 491
Chriſti nomen 424
Chriſtus lux eccleſiæ 425
colonus peritus 427
cicatrix 430.785
caſtitatis fermentum 432
cibus uerus naturæ 433
cœli luminaria 437
corium pro corio 438
cæcitas 438.677
corporis medicamenta 440
commiſerationis loci 442
communio ibidem.
cauterium 443
caro 447.233.533.571. 685.697.689.691
circumciſio 450.642
conſcientia cum hæſitatione ueſcentis polluit edẽtem 451
canis ſaxum obmordens 455
concionator Euang. 455
cibus cœleſtis 458
commemoratio 460
corporalis caligo 461
cibo immodico obruti 464
corpora fluxa 467
chorus 393.462
cathedra 468
calculus 470

centrum 470
circulus ibidem
Chriſtus in ruinã & reſurrectionem poſitus 471
corpore circundatus 472
Centurio 473
carbones 481.561.590
chamæleon 482
cruciatus 485
cera 499.545.699
carnalia uitia 500
canes uenatici 504
cruditas uulnerum ibid.
caro et ſanguis domini 505
carbo diuinus 511
cogitatio carnalis 515
cupiditas 517
conſcientiã medentium fugientes 520
cœleſtia reſcripta 522
caprificus 523
Chriſti indulgentia 527
cœleſtis gratia ibid.
cibus lethalis ibid.
catholici 528
carnis incommoda 529
captiuitas 530
canalis aquæ 537
conſpectus uiri fidelis 547
corporis uitia ibid.
cibi 548
contemplatio ibid.
cogitatio 549.726.768
cor 548.602.640.653.658.
cœleſtia eloquia 550
complures unã facientes iter 554
creator ibid.
conſolator ſerus 558
coturnicum examina 557
carnes putridæ 559
calculus 561
calor ſolis 564
cancer 44.254.567
cæcitas mentis 627
caupones 570.693
certamina 712
cadauer 571
conſcientia peccatorum 572
correptio ibid.
cruenta infantium corpora 53
clementiæ diuinæ pondera 576
capita hæreticorum 577
chriſtiana fides 578
coluber 579
Chriſtus ibid.
cantus 581.625
cruditas 585
comites 589
citra delectum ſcripturas legens 590
caro uerbi Dei tota & integra in ore omnium ſumentium 592
concordia 595
concentus ibid.
cultus Dei 596
clauis aurea & lignea 598
corporis medicamẽta ibi.
curioſi 599
cythara 600.636
critica remiſſio 602
cogitatio Dei 608

cedrus 610
curſus mortalitatis 611
catholica mater 613
carnalia alimenta 617
cohertio 618
communicare malis 623
colonus fidelis & gnarus 622
coruorum natura 625
Chriſtiani 633
cœlibatus 637
corpus carnis 639
cogitationes prauæ 640
candor lucis 644
collyrium 646.695
candor ſolis 653
calix 655
cauſa morbi curanda 654
corpus myſticum 655
cathedra Moyſi ibid.
chirographus 660
caſtus timor 665
concionatoris concinna digréſſio ibid.
cantor peritus 666
concionatores 673.682
concionatores intempeſtiui 675
cogitationum & uiſcerum uulnera 674
Chriſti paſſi memoria 680
cæreus ibid.
corporales & ſpirituales 682
conſcientia 684
chariſmata 685
caſtitas 689
compunctio 690
crudelis homo 691
confeſſio peccatorum 696
cordis compunctio 702
curioſus lector 704
curiæ 59
ciuitas 705
cortex literæ 707
corpus eccleſiæ ſanctæ 710
corpus formoſum 711
cacodæmon 720
crudelitas 725
color 734
cælator ibid.
clepſydra 732
ciuitatis rector 746
clementia 750
commoda 746
corporis habitus 740
conuerſatio ſapientū 741
conuiuia 743
comitialis morbus 750
crudelis 751
clemens 751.773
coactus 753
contumelia 757
conatus ac uires 767
cōcitationes animorū 768
cultor dei 769
contemptus herilis 773
canendi ratio 774
corax ſiue corus 777
Chriſti ſanguis 778
conſcientia peccatorū 780
curſores 78
clementia Dei 784
conſuetudo mala ibid.
corrupti humores 783
cogitationes 785

domus

D

Domus uetus 25.148.530.
deprecatio 25 (613
deiectio 34
diſcipuli 40.250.
diuites & auari 51
diues 54.96.406.518.
595.700.
diabolus 57.112.115.200.
223.256.261.277.297.
638.696
diues ac pauper 58.226
deprecandi ratio 62
diabolus nõ peccatorem, ſed iuſtũ perſequit 66
deprecatio immortalẽ red dit hominem 677
deprecatio peccatores trãs format 77
deprecatio munimentũ fir miſſ. 74
diuitię ſpiritua. colligẽdæ (72
diuinę ſcripturę 79
doctoris eccleſiaſtici offi- cium 86 (211
diſputationes diuinæ 87
domus 90.761.775
deprecandũ aſſiduè 90
deprecationũ cõmoda 90
difficile egrediuntur uolu ptarij 94
diabol⁹ coſmograph⁹ 98
doctor euangelicus 95
dulce amaro dilutum 105
dæmones 198.139.
595.696.781
doctrina 110.551.586
diuinitas 112.405
diabolus ſuas cuiq; dotes uidet 113
doctor eccleſiaſti. 119.673
diſciplina 121.539
diabolo obtemperans 127
deſperans 130
diues peregre ꝑfectus 132
diteſcens 133.
domus prolapſa 138
dies mortis 140
diuitiæ uirtutum 146
diues ligatus 151
dux 152
Dauid ſaucius 154
dæmoniacus 155.170.312
dæmoniaci 156.432
diuites auari 160
delitiæ 163.170.192
diaboli lectus 169
dolium perforatum 175
deus perfectus 186
diſperſio diuitiarum 192
diuitiæ 195.252.253.406
514.533.754
diuini ſermonis neglectus 203
dimiſſi nolentes præcepta Dei admittere 207
diabolus præda 209
Deus 269.475
diſcipuli Chriſti 203
draco 223
doctor eccleſiaſticus alen- dus 225
doctores ueritatis 697
diuitiarũ incommoda 228
domini 228.770
diabolicus ornatus 234
domus artificis 240
diadema 240.647
deformitas inſignis 242
Dei oratio 247

diabolus ſagittarius 249
diaboli aſtus 253
diues miſer 254
domus orba matre 255
deum timens 274
dignitas 285
diabolus uenator 282
deſperatio 292.786
Deus contemptus 297
doctor 308.392
diuinarum ſcripturarum lectio 312
diabolo cedens 314
ductans exercitum 324
diaboli bellum 399
Deus quid ſit 390
Deus ſemper ſuſpiciendus 404
diſtrictus curis 409
diſcens 410
docens ibidem
doctrina ſpiritualis 415
diligentia 414
deſperatus 701
diſciplina nulli infanti dulcis 415
diaconi 417
domus fumo impleta 418
diſciplinæ 425
deus approximans 426
diſputationes 427
diſcordiæ 433
dogmata peruerſa 434
diſcrimina in appetendis cibis 433
diuites ægroti 438
damula & Dorcas 440
Daniel 445
doctores fallaces peruerſi 536
deum increatũ ad res creatas uocantes 458
Dei tergum 462
Dei eſſentia 462
diſciplinas non eſſe uitupe randas 466
dignitates alios purgantium 490
deſolatio 444.499
dolores 496
diuinitas in euchariſtia
Dei cognitio 516. (520
Deum amans 57
diuini 518
diſciplinæ terrenæ 522
dies 526
dialectica 592
dementia 527
decidunt turres grauiore lapſu 533
dolor Chriſti 535
deiformes 536
diuina uirtus 540
doctrinæ 546
deſideria 547
doctrina cœleſtis 547
deſperati 553
detractor 555
doctrina peruerſa 567
domus domini 575
dominicum poculum 580
Deipara uirgo Maria 581 592
deſertum 585
delectatio 594
deus uita animæ 606
decor 608
dathan 710
defenſiones 712
doctrina euangelica 723

diſer-

diſertus 726
delicatæ res 730
diutini morbi 738
Deum ſequere miles 753
deſiderium 760
Dij plures ibidem
Deus unus 761
Deum dominum & patrē deſerens 765
deuotio 766
Dei ſimulachra 767
dilectio 771
dimicatio 775
dentes leonum 779
Deus omnia peccata delet 785
Deus exorabilis 785
domus ardens 789
Deus mutuū accipit 786
Dauid 581.613.709
deſidia 617
debitores duo 624
Deo quippiā offerēs 635
donum ſpiritus S. 639
dulcedo 645.685
diuinæ opes 651
dies mali & boni 652
dominicum ſacramentum 655
debitor 660.669
deſiderium 662
duæ maritatę 664
diuinus ſermo 667
diuitias oſtentans 670
deſperati ægri 673.786
Dei uaſa 676
deiparæ uirginis aluus 683
diuerſi ſcripturarum intellectus ibidē
dogmatiſtæ 656
dura conuerſatio 687
durus 688

E

Ex ſuo animo de alijs iudicans 519
eloquia diuina 25
educatio 26
epiſcopi officium 26.75
ebrius 32.394.420.684.715
ebrioſus 52.407.628
error 36.139.286.645
eccleſia 41.83.117.120.122.129.528.571.575.640.626.643.651
eloquia Dei pura 64.422
epiſcopus 72.416.561
eccleſiæ tranquillitas 73
eccleſiaſtes 80.416
excelſa petra 81
ebrietas 85.305.574.628.78.784
eccleſiæ doctores 89
error idolorum 99
equus 101.217
eleemoſyna reſpectu Deī facienda 105
exlex 112
eſuriens & ſitiens iuſtitiā 113
equi diaboli & Chriſti 123
eccleſia mater 137
eccleſia neminem non uocat 137
eccleſiæ fides 138
exitus humani generis 140
euchariſtiæ cuſtodia 150
ebrij anima 170

ebrioſa

ebrioſa mulier ibid.
ebrioſi beſtijs deteriores
ebrietas uitiorum (ibi. parens 171
eleemoſynā ex rapina parans 170
Euripus 183.780
è carcere dimiſſi 204
euchariſtia 211.237.310. 445.513.536.542.583. 592.680.689
equi morigeri 215
eleemoſyna prçſtãtiſſ. 116
eligere & uelle noſtrū eſt, Dei autē perficere 250
eleemoſyna 258.535.787
excuſatio 258
equi uirtus 268
ex alto cadens 270
ebrij uomentes 260
exercitatio 265.400. 724
ebrius quid 271
eccleſiæ lucrum 290
excidens ab æterna gloria 303
exercitus 393.404.752
expletio aſſidua 395
euidenter tendens oculos in ſpiritum 393
equi feroces 397.491
extraneæ diſciplinæ 410
extranea ſapientia 411
epibatæ 416
eccleſiaſtæ ſynceri 421
exiguam ratem immenſis fluctibus credens 426
eloquens 427.598
euchariſtiæ ſumptio 436
excommunicatio 442
ex opificio opifex cognoſcitur 464
equorum ac ſpectaculorū amatores 467
exercitium ſacrarum literarum 477
echidnæ uenenum 47
eloquia cœleſtia 500
euangelium 505.523.682
extrema crucis 509
euangelicum ſtabulū 525
euangelij corruptores 529
epiſcopus conſecrans & cō firmans 535
euangelica & apoſtolica traditio 537
exempla per ſimilitudinē perlata 539
elementorum uitia 546
egreſſus regum 547
elementa 555.564
ethica 555
eccleſiæ membra 697
egeſtas 589
eloquenter falſa dicentes 599
eloquenter & ſapienter dicere ibid.
exteriores tenebræ ibid.
epithema 605
expolitio artificum 611
eloquentia 622
ebrietas puteus inferni 629
equi 656
expoſitio 666
electorum uita 668
elatio 670
electi 672
eccleſia ſancta ibid.

epiſtola Dei omnipo. 675
electus 677
epulum ſpiritus 683
eloquia 684
Eua 687
emporium 702
exonerans ſe ſarcinis 709
epulum 711
exoriens ſol 712
equi furor 717
effoſſores auri 718
exhauriendi ſcripturarum fontes 720
exulcerata & ęgra corpora 747
expeditiones 766
elementa repugnãtia 772
eſuries 779
equus laudandus 785

F

Febricitans moroſus 28
faber 29.398. 771
famuli & heri 34
febricitans 35. 114.229. 160. 173. 319. 436. 439. 713. 757.
ferocientes equi 38.464
furor 44.
fides 19.108.119.128. 321.141.509.25.218. 158 241.437.457.479.483. 515.516.536.567.586.601 617.649.687.424; 765. 766.772. 774.
flagriones 80
fons largis fluẽs riuis 82
famelici 85
focus 94
fidelis 95.108.
fornax tentationis 98
fax dicendi auditorum corona 101
filij carnales 104
filij Dei 104.140
fundamentum fidei 110
fundamentum perquã ualidum 110
furibundus 111
frugi ſeruus 112
fortuita 728
fornicatio 117.784
filij carnales & ſpirituales 119
forum 120; 298
flores 126.127.240.532. 668.747. 752
fundamentum 138.256
fumus 140.418. 499. 545.587.601.681.696
fides Chriſti 145
fides & opera 145
furor animi 146
filius regno deſtinatus 157
finis 175
formicæ 175.630.694.748
fœnerator 179. 209.254. 728. 787
fons 168.186. 194. 240. 432. 580. 583. 596.674. 703.745
frugalitas 192. 735
finis mundi 194
fraudes 195
fons lympidus 201
falſo diuinans 201
familia 205
famuli ignaui 208
fructus ſpiritualis 211
fide ſubnixi 219
fidei pietatiſq; doctrĩa 219

febribus exæſtuans 230
febris 231.373.305.623.584 632.747.752
faui ſanctorum uoluminum 308
filius languens 233
fundus 234
filiorum inſtitutio ibid.
ferrum ignitum 239.288. 480.492.508.536
fidei dogmata 341
finis inſtituendus 24.50
fames 251.394
fœneratio 260
fabricās ſuper arenā 266
flamma 270.404.405.508. 402.467.725.735
flamma immenſa 272
fera 273.409.750
fiſtulæ 273
fœnum 278.580.775.777
futurorum deſideriū 289
furentes 287
ficus 317
frena 323.656
factis ten⁹, ꝟbis ꝓcul 401
fluuiorū incrementa 407
frondes 411
fructus animę ueritas 411
frumenta 419.499
factioſi 422
febres unde 423
fuſores 430
floſculi 432
factiones 433
fidei lumen 437
fluuiĳ 463.577
fax 463 (464
fragili rate transfretare
formæ pulchritudo 469
flagella Aegyptiaca 477
ficus ſterilis & inutilis 479
fidei cognatio 480
fons à Philiſtæis abſtructus 481
fons alienus ibid.
flamma à uento agitata 492
falſæ hæreticorum opiniones 504
forma 475.521
fructus 523.674
fruges 522
fidei robur 524
fames 529.779
futura 698
ferrea ceremoniarū clauſtra 535
fermentū in tribus farinæ menſuris abſconditū 539
fulgur 542
fœcundæ meſſes 543
fideles uiri 549
fides catholica 551
fluuius 553.665
fimbriæ 556
fama pudicitiæ 556
flamma exundans 557
fragilis et futilis nauis 557
fera ſanguinem ſitiens 560
fœcunditas 567
fermentum ibid.
famuli uanitatum 570
fides chriſtiana 578
fortis miles 587
faui mellis 594
filiĳ deformes ibid.
facula 603

fortitudo 608
fons aquæ uiuæ 605
furens 614
ferramenta 622
fallacia 623
falſitas 623
falſum 630
flagitioſi & ſordidi amores 637
fluctus 647
fur 648.693
felix 649.753
forinſecus loquens ad aures 659
ferramentum medici 663
fauor 667
facies 668
folium uento agitatũ 670
fœminæ 675
fraudes dæmonum 678
ferrum ignitum 681
flos campi 683
fouea 685
famelicus 685
fontes ſaluatoris 687
fœnus 711
fuliginoſus ibid.
fortis 726
flamma 733
fulgur è uitio metuẽs 737
furiæ 748
fulmina 734.748.451
fortuna 745
furentes 745
feras uenari 753
filius unice dilectus 764
fugitiuus 782
fidelis & prudens ſeruus 782
fidei merita 777
facinus inauditum 779
febrib.tentati 780
frumenta concluſa 787

G

GEhenna 98.156
gratia 93.214.521.686 694.699
gentes 94.423.95.118.128
granum tritici 94
granum plenum & inane 94
gentilis factus Chriſtianus 95
grana arenæ 111.630
gentiles 118
gloria Dei 120
generatio Iudæorũ 137
grana 141.524. 583.643.647.655.660. 676
gubernator 81.165. 178.229.485.494.715. 746.758.788
guſtus ſpiritualium fructuum 176
gloria uana 185.186.193.
gutta 234 (227
gehennæ cruciatus 243
guloſi 259
gẽmę 289.298.500.559.698
gemit⁹ prǽſen.ui. 307 (722
gratia ſpiritus 391.510
gulones 406
gabaonitæ 435
glorioſis inhiantes 449
gigantes 468
gaſtrimargia 498
gaſtrimargiæ ſtimuli 498
gladiatores 523
graues uiri 524

gutta aquæ 536.630.647
grauitas 544
Gracchorũ eloquẽtia 555
gloria 559.707.727
granum ſinâpis 577. 666.776
gubernator laudãdus 579
geſtatio uehiculorũ 597
germana Chriſtianorum ſocietas 620
gaudiũ 631
gratiæ præconium 639
gratia accepta 644
gehennæ filij ibid.
gallus 672.673
gratiæ 688
gladius eccleſiæ 709
Græci elegantiarum ſtudioſiſſimi 722
gladius 725
gratus 726
glorioſus & excelſus ſpiritus 742
gladius bonus 737
gnauitas peccati 782

H

Hymni ſacri 22
hoſtiæ 30
homo aſinis deterior 51
hoſpitalitas 54
humanitas 74
harmonia corporis 87
homo 105. 700.764
Herodes 108 95.451
hęreſis 504.523.585.591
homo malignus 112
heſperus 113
humor 117
homo imperfectus 126.
homo ſpiritalis 131
homo malus 132.162
homo Deum amans 133
hæretici 138.416. 420.422.423.528.563.565 570.572. 584.657.658.692 706.710
harmonia 150.430.493. 494. 591. 772
hyrundinum pulli 169
humores pernitioſi 174
homo inſanus 188
horror extremi iudicij 208
homines nequam 219
homicidæ 244
hamus 248.552
homicidium 252.535
hiericho 260.434
homo uerax 262
hyemis & ieiunij commoda 265
hypocritæ 265.268. 296.656.670
hominis uirtus 268
hyems animarum 277
hymber 277.87.557. 580.611
humanæ res 415
hierichontia lingua 435
hoſtia 455
humiles 464
hymber rapidus & placidus 465
humilis 469 515
humilitas 470.476. 490.559.667
hypocritarũ habitus 476
hypocriſis & faſtus eccleſiaſtarum 476

hoſpitalitas 490
Herodoti apophtegma 494
Humores pernitioſi 496
hydra 503.591
hypoſtaſis 508
hoſpites 531
hemitritæus 533
Hoſies 534.669
hamus eſca conſeptus 538
herbæ 547.673
hæreticus furor 551
hæreticorum notatio 552
Hortenſij oratio 555
hydria 563
hæreticus 571.592
horti 571
hæreticorum corda 574
hæreticorum conciliabula 576
hæreſiarchæ 577
horti Alcinoi 583
homo 589
hæreticorum impudẽtiſſima peruicatia 620
homo iuſtus 590
homines mali 643
humores noxij ibid.
hiſtoria 668
humana affectio 681
hypocriſis 669
Heliſæi farinula 688
homicida 695
hæreticorum epitheta 693
homini fidem ſeruans non rebus 698
Heliſæus 701
homo ſui ſenſus 701
honor 707
haſtæ 716
herbæ bonæ 718
herba 744
hilaritatem ſimulans 758
humana teſtimonia 764
hoſpitalitas 789

I

IRa 29.259.617
iracundia 201.47.518.644
inimicitia proximi 21
inimici 21.648
irrigatores ſpirituales 26
ieiunium 27.42.296.394.782
Iudæi lupi 27
immolatio uictimarũ 28
imperator 31.322.767.765
inſani 48
iuſtus 41.278.323.610.637.671.681
inconſiderantia 45
ieiunium precesq́ 82
iuſtorum uirtutes 84
Iudæi legi addicti 85
indulgentia 89
Ioannes Baptiſta 93
Ioan. Bap. medicus ibi.
infidelis 94.109
Iudæi 95.115.132.633.657
Ieſus ductus à ſpiritu 99
irritatores 101
Ioſephi caſtitas 103
iuſtitiæ incrementum 107
iuſtitia 109.121.139.521.603.762.767
iuſtitia Dei 108.119.192
Ioannis Baptiſtæ diſcipuli 172

Ioannes Baptiſta præcurſor 113
iugum Chriſti 113
intellectus boni & mali
infirmus ibid. (116
idololatria 118
impoſturæ 120
imago Dei & diaboli 125
infans 126.492.648.765.764
Iudæorum malignitas 120
imago regia 133
Ignis 132.154.206.323.292.309.405.419.504.514.538.545.561.567.572.580.603.616.644.661.675.677.680.699.759.762.774.776
infirmitas inſanab. 37.130
incendium 39.494
infantium doctrina 39
infidelitas 144
in cœlo operans 148
iniuſte patiens 149
intemperantia 150
inuerecũdus aſpectus ibi.
intellectus 152
Iudas proditor 157
inflatus homo 167
iniquitas 174
ignis ſ. ſpiritus 177.695
iudicium futurum 178
iniuria uexatus 181
iniquus rerũ eſtimator 181
Ioan. Euangeli. laus 182
Ioannis Euangeliſtæ uox tonitru clarior 186
irati 186.312.745
Ioan. Euan. conſiliũ 190
iudicij Dei obliuio 192
inſani 198
inuidi 198.617
irati animus 199
incertus futuri euẽtus 204
idololatræ 206
inſani ac phrenetici 207
ignem manibus ac ligonẽ geſtans 208
inuidentia 209
incantationes ſpirituales 211
intentio 217
in pedicam diabolicam irretiti 226
infantulus regius 228
iracundus 339.258.288
infantulus puerile quippiam deſiderans 243
intellectũ impediẽtia 249
irato conuicians 259
ieiunij laus 263.783
ieiunij commoda 265.587
iuuandi optima ratio 264
iræ acumen 265
Ignauus 279
ieiuniorum dies 280
Ioannes Baptiſta 280
inuidi feris peiores 287
iraſcens & manſuetus 288
inſignite conſpicuus 289
ira furor breuis ẽ 312.745
iudex 315.442.733.
ira Dei 315
impoſtor ibid.
iratorum impetus 397
inuidia 397.398
inuidorum cõmercia 398
inquilinus 401
iuſti lingua ibid.
impudentia 415

ingrati 408.724.727. 728.729
in carcerem coniecti 412
iudex rectus 413
iudices 416
iuſti 419.668.669
impietas 420.575
ingratitudo 420
Ieſus cœleſtis medicus 429
in dolio figulinam 430
iuſtitia melle dulcior 425
inſipientes 436
imperfecti ibid.
Iob maledicens diem 438
Ieſu aduentus 439
imagines 446.733
inſtitutio elemẽtana 448
infirmi 449
impurum 451
interna mentis cogitatio 461
intellectilis natura 462
iudicans ſeruũ alienũ 468
inimicitiæ 469
inhumanitas 472
immodeſtia 477
iliacum littus 495
ignitus gladius 508
incarnatio 510
iuſtorum facta 520
inconcuſſa uirtus 524
ignorantia 716
improbæ temeritatis audacia 528
incredulitatis peccatũ 530
incredulitas 536
iugũ domini portãtes 537
inferni clauſtra 538
imperij inſignia 539
impij 544.570.299. 602.644
iniquorum poteſtas 545
imperiti 546
ignoratio ibid.
ieiunia triduana 556
ignis ſtipulæ 557
iubar ſolis 559
iuramenta 566
in baptiſmate renaſcentes (571
Iſrael 577
iniquitas 587
infidelitas 590
iuſtificatio Abrahæ 601
iniqui 600
iniquitate uſus & paſtus 602
infernus 617.702.704
impolit⁹ & perpolit⁹ 602
ſermo 636
iucunditas 632
iuriſconſultus 636
impudicus aſpectus uitandus 640
inuiſibilis & incontaminabilis ueritas 642
Iſaac 642
incorporeæ naturæ 643
iactura temporis 653
Iudæ buccella 655
iudices 661
iurans 662
iniuſtus 671
intentæ auditorum mentes 679
imperatoris ſcripta 674
in carcere natus & educatus 675

ignauia

ignauia 682
intellectus 684
ictus oculi 686
iudicium 689
inanis gloria 694
Ionas 700
imperatoria mandata 701
iniuria 711.756
iræ indulgentes 711
impetus fortunæ 715
inficiens 717
impurus 718
ingenia 746.759
incommoda 741
ira 747.740
infera monſtra 748
iræ notatio 748
indignatio 759
infantes 744.535.770
impetus 755
iter faciens 758
imago hominis 760
imago Dei ibid.
iter 767
in peccatum prolapſi 782
iniquitas 776
immundus ſpiritus 777
Ionas 782
ingurgitatio 782

L

LAborans ab oculis 20
latrones 39.115.132.225
lapſus proximi 46
Lazarus 53
libri ſpirituales 56
laudum auidi 76
lapides pretioſi 80
lana 88.283
lapis 94
lucifer 98
lux cum lucifero 95
lampas incenſa 104.143.284
lupus 108.694
lucerna 108.212.244.252.134.393.547.653
lignum crucis 109
leo 115.779
lerna malorum 115
laici Chriſtiani 120
lanæ intinctio 122
liberum arbitriū 123.624
languens ſtomachus 124
lac 126.390.546.664
lex Dei 128.687
lapides molares 141
lutum 150.232.278.284
ludus 158
luxu perditus 155
linguæ cuſtodia 166
lingua Chriſti loquens 178
læſio 181
lux 195.196.212.437.507.596.623.641.645.653.695.714.710.772
lampades extinctæ 199
labor cum ſecuritate 202
legitime uti lege 217
languoris incōmoda 229
longanimis 239
lex 240.319.523.565.621.108.788
lachrymæ 277.284
leges omnes diligenter obſeruandæ 28
libanus 315
locuſta 316
leæna 515

latrocinium 521
luna 522.681
lolium 529
lubrica naturæ mala 531
lætitia 534.680
lingua impij 545
lumen 551.626.774
literas docentes 553
leonides pædagogus 555
lanarum conchylia ibid.
lingua 559
lynces 560
loquentis ſermo 565
leues ſimplicesq́ ibid.
lacus 572
lilia 575
lecythus 593
libertas arbitrij 612
legatio Dei 636
languor 637
lippientes 646
literæ 653
locum Deo & diabolo præbentes 659
laudantes 670
laus ibid.
litera 678.684
linei panni 689
linum ibid.
luxuria 699
leuiathan 703
lux mundi 705
lucta Iacobi 706
legalis atque prophetica ſcriptura 707
lamen ſenſibile 719
legibus lege opus eſt 720
lynceus 726
luctator 729
laxandus animus 735
limes 752
liberalis 751
lætitia adumbrata 758
languidum bonum 754
leuiores & oneratiores naues 783
ligna exeſa 788

M

Medici ſcopus 18
Muſicus 22
Medicus 23.29.36.91.159.212.318.400, 414.428.435.457 537.553.605.654 658.746.747.783
mare ueſaniens 23.266
miles 31.32.42.165.199.226.285.311.396.542.622 650.781
mente capti 32.432
male beneq́ uiuentes 31
medicus animarum 37
maris incõmoda ꝑpeſſ. 42
mercator 43.290.536
mente moti 44
medicorum cura non ſimplex 46.246
magiſtratus 58
moleſta ſed ſalutaria 62
malitia 79.198.457.603.776
medicorum officina 83
medicus fidelis 83.84
morbi ingraueſcentes 84
margaritum 91.107.296.443.471.489
malus 98
menſura ſuperflua, cõmota iuſte 91.106
myſteria ſcripturarũ 107

malignitas 114
meretrix uxor 114
mel 115.188.460.499.518.557.699.776.788
mundanus 115
mercenarius 119.120
mortis Chriſti myſterium 121
miles armatus 21.121
mors 122.231.159.405.511.457.587.669.762
mutuum obſequium 122
meſſis fœcunda ibidem
miracula 126
miſericordia Dei 129
membra 133.325.474.643.658.748.767.
miniſtri diaboli 139
mens ſceleris expers 139
membrum à corpore præciſum 138
mors quotidiana 141
mundus perturbatus ibi.
mites 142.288
militaris diſciplina 144
malus ſeruus ibidem
male ſibi conſcij ibidem
mentis oculus 146
mali 151.529.762
malorum cauſſæ atq; curæ 152
mulier deformis & ſpecioſa 154
militiæ dux 158.419
mare 159.160.261.269.313.315.323.391.415.522.570.593.651.720.789.778
meatus aquæ 161
morituri 167
membra reciſa 168
meretrix 174.296.586.724
mercator cupiens diteſcere 183
muſicus præſtans 182
merces precioſiſſima 185
mulieres grauidæ 193
membrum inſanabile 196
mercatores 202.650
medicina 203.364
morbi & fiſtulæ 205
milites armati ibid.
medici eruditi 213.325
malũ aliquod ſubitũ 214
mortuus in lecto decumbens 220
mortui 221
miſeratio 224.551
mens perfida 226
miſericordia 233.686.725.750
meretricum excuſatiũculę 242
morbus 243.781
morbo tentati 243
multis febrib. afflictati 243
magiſtrũ audiens balbutientem 247
mons 249
miſericordiæ uiſcera 253
militis delectus 258
manſuetus 260
medico obſeruanda 264
male & bene uiuentis præmia 265
meretricis uultus 267
militans Deo ibidem
morbi corporis 271
mercatura ſpiritualis 272
mœrentes 276

magiſtri literarum 280
Moyſes ibid.
mendaces 287
metallorũ excoctores 288
mens mitis & irati 298
metalla fodiens 302.308
menſura 304
militia Chriſtiana 311
munus oblatũ faſtidiẽs 313
mutatio uitæ 393
mens 458.508.638
monitiões ſpirituales 397
machina 491
membra male affecta 492
multis debitoribus obnoxius 498
munditia animi 439
mancæ 473
medicina acerba dulcore temperata 46
medicamenta theriacalia 465
muliercularum fuci 470
magnes 481. 720
mare uita noſtra 485
malign⁹ undiq; tentãs 488
merita ſanctitatis 500
medicorũ experiẽtia 397
muſcæ 398. 461.682
maligni pictores 398
medicinæ ſalutares 400
mater 402
medicus animarũ 406
modus & electio 411
mentis rus excolendũ 419
mathesis 421
mutus 427
miniſtrantes ſanctis 435
Martion 435
macula 438,681,696
manna 439. 431. 526.593 667
margaritæ bonæ 447
magiſter librarius 454
martyrum precationes 40
manſuetudo 69
mens pura 516
mendacia 524
mente fluctuans 530
mundi & Dei amor 532
mulier fundit concupiſcentiæ peſtilentiã 533
mulierum commercia 534
maleficus 535
mors peccati ibidem
merita 536
mortis imperium 538
matrimonia 539.763
metallorum uenæ 540
mercenarij 541
maritus 541
motu tactus 542
martyrium 541
metalla 548.731
moſes 548
myrrha 549
medicamenta malis omnibus obſiſtentia 551
monaſterium 558
mare immenſum 568.680
mœror 572.789
mundus 584.600.762. 764.769.788
mediator ſiue conciliator 596
miſſa 596
mala uoluntas 618
medicina diuina 619
malus & bonus homo ibi.
medicinalis doctrina ibi.

malignus

malignus peccati ſuaſor. 622
medicamentum 623.640
medicina 441.625.648.673
mortalitas 626
minora peccata nõ eſſe cõtemnenda 630
minutæ beſtiæ 630
medicamenta fidei 631
moleſtia ibid.
medicamenta 632
morbi animarũ 633
mala ualetudo 637
manifeſtandũ crimen 645
minuta peccata 647
miſeria uitæ humanæ 652
menſa domini 655
mutua beneuolentia 657
medicamentum oportune adhibendum 660
medicinæ cœleſtis miniſtri 661
munera 431.661
meditatio 674.688
medici cordis 674
monaſticæ uitæ tranquillitas 676
momentanea 680
mater ſapientia 682
motus 684
magorum uirgæ 688
miſericordiæ imploratio ibidem
mendici ibidem
maternũ obſequiũ 691
mortifera iacula 695
merguli 696
mortis terminus 698
mãſuetus animus 701
Moab & filij Ammon 706
mens frugi 711
mundi fabrica 720
medici maxime laudabiles 721
memoria 726
medici officium 727
malis & ingratis etiã dandum 736
Mixtura lucis 738
muſtum 738
militis uincula 741
magnanimes 742
magnitudo 750
mare Syrticum 753
militaris res 760
mortuorum animæ 760

N

NAtura rerũ humanarũ 24
nauis 218.260.280.530.677
Nero fici 44
nautarũ ſedulitas 46
nauclerus in portu impingens 47
nautæ cantantes 88
nix 93.108.390.583
non cuiuis contingit intellectus ſcripturæ 97
nouitius equus 101
nouitius medicus 101
natura Dei 109
nox 120.142.692
nubes 110.461.288.611
naufragiũ 123.618
nuditas 123
neceſſaria ſacerdotis doctrina 142
nidus præſens uita 165
naufragium Dauid 177

Nunq̄ ſibi conſtantes 193
Nō ab omnibus omnia requirēda 291.228.255
nobilitatis ſignum 215
nequitia 220
nauis ſecūdo defluens amni 248
naufragiū è rupe conſpiciens 271
naufragi 285.411
nomen Chriſti portans 284
nauta 88.261.280.294.543.786
nauigia 394.735.747.769
nauis ſarcinis onuſta 393
noxia 405
nauigationis imperitia 410
natura nihil impfectū 413
nautologi 417
nihil peccato amarius 435
natura 446.712
nuptiæ Dei 295
nupturientes 310
nouæ uocum fictiones 391
naues carioſæ 407
noua & uetera 446
narratio ſuauiſſima 474
nectareus humor 489
Nili cataracti 495
numiſma 497
natura bonus 515
naues onerariæ 541
nouacula 545
nauali prælio dimicaturi 561
nomini 561
nuptiarū remedium 566
nux 577.982
noualia 579
nerui 597
nimio preſſi dolore 599
nutrices 605.664
non polluunt mali bonos 621
non potuiſſe pollui uerbū Dei 635
notitia 638
nauicula 651
natalitia 653
naturales & uolūtarij motus 658
Nouum & Vetus teſtamentum 667
nauigans 472.677
nebula 682.715
nucleus 682.683
nobilis 689.691.748
natura bona 689
naturalis indigentia 697
noctua 711
nummularij 742
nauis expoſita marinis undis 715
noctuæ 719
nomenclator 724
nimia fœcunditas 733
naues precioſa 737
nauis quaſſa 754
nomen dare ibidem

O

OBrizum aurum 497
otiū 48.682.666
oratio iuſti 90
oleum 92.143.144.396.551.661.686.774
occaſio periurij 103
opprobria nō timenda 102
opus iuſtitiæ 104

oleum lucernæ 105
odor 105
oculos graues habens 106
opus 108.720
oratio 108.112.169.247.640.656.679.688.692
oceanus 113
opus domini 120
obſcuritas ibidem
opera imperfecta 127
obaudiens ibi.
opera tenebroſa 132
occaſio peccandi 136
occupatus bonis & malis 142
opera bona 143.416.436
obuiam iens 143
opera 414.469.561.567.586.724
oculus mentis 151
obtrectatio 174.667
os diaboli 178
opifices 179.191
otium cum timore 294
obærandus 209
occultum crimen 208
ob puſilla non indignamur 212
opera carnis 213
onus adiuuare 224
obedientia 228
ornatus diabolicus 234
opes 263.758
obtrectatores 270
occaſio mali 270
onus 276
otioſa manus ibidem
otioſus ſeruus 279
os ibid. & 304
ouis 108.515.474.482.676
oculi 426 401.412.532.563.608.621
oculi morboſi 400
ornatus mulicbris & uirilis 461
oratio mentē penetrās 465
ordo 468
omnes corpus unum ſumus 474
omnes opinione potius q̃ ueritate dicuntur 481
oblatio pecudum 505
obruens auditores 284
omnia uanitas 285
opifex 320.720
opulentus 321
odoramenta 403
occaſio arripienda 408
ouium greges 409
oculus uagus 409
opiniones ibi.
obſeruationes 431
orandi ſtudium 437
oliuæ nucleus 523
origo dominica 537
officina ſpiritus S. 542
operatio 551.658
oculi mentis & corporis 549
ouis morbida 572
obliuioſi uiatores 588
opilionis officium 590
optimè gubernantes nauē 601
oliua 603.604.661.677
oculus imperitus 611
opus miſericordiæ 614
oſcula 615
olea 617
oleaſter ibidem

odium 619
organa muſicas 620
oneris amici portatio 625
omes Deus docet ad Chriſtum uenire 635
oblationes antiquorũ ſanctorum 636
operarius 652
opus agricolæ 658
œconomus 661
obediens 688
oculus adulteri 693
oculorum obtutus 698
obedientia 701. 700
os ſcripturæ 705
opiniones 714
oratio luculenta 717
oleum pro aqua inſtillantes 723
odium 725. 771
onera 732
occaſio peccandi magnopere ſemper ubiq; uitãda 735
oculis oppoſitum 751
obliuio ibid.
ocioſus 769
oculus prauus 780
opes reconditæ 787

P

PRincipum timor 19
parẽs corripiẽs filiũ ibi.
pura animi philoſophia 20
patres 20. 79
paſtorum munus 21
peccatum 22. 107. 123. 209. 212. 293. 301. 232. 242. 394. 403. 627. 626. 590. 671.
pueri à lacte nuq repulſi 25
planta 29
potationibus dediti 29
probationes ibid.
proximorum cura 34
pulli auium 40
pietatis certamina 41
preces 42
phariſæi 44
prædo ibidem
Paulus cur non ſtatim nomen ſuum mutarit 49
Paulus experientiſſimus medicorũ 45
prœoccupatis cõdonãdũ 46
peruerſe uiuens, neq; tamẽ triſte quicq̃ patiens 56
pauper 58
peccati ſemper acerbus imminet accuſator 59
peccati damnũ nõ niſi poſt perpetrationẽ ſentit 86
prophetia quid 65
prophetiarum tempora inſpicienda ibidem
paſtorum bonorum præmium 70
paſtorum munus erga hæreticos 71
priuatam & quietam uitã uiuens ibid.
pictores 79. 256. 283. 410
purpura 86. 532
piſcis ex aqua 87
pulli hirundinum 89
palma 95. 233. 286. 610. 668. 669
paleæ 96. 261. 529. 630. 643
piſcator 95. 292
pictor deformis 701
piſcis 106. 707

paterfamiliâs 100.141.142
pauperũ ſanctimonia 103
plurimã eſſe habendã erga conditorẽ reuerentiã 62
prophetici libri 102
pulchra facies 106
pugna 107.117.221.530
pulſans oſtium 107
peccati acceſſio 107
porta 108
pluuia 110.115. 142.514. 628.718.763.
prophetæ & apoſtoli 110
paſtores 112
pater prouidus 1.12
prophetæ 114.283.547. 448.456.723
præuaricatio 117
peccatores 118.196.243. 549
proximi commoditas 120
proximi profectus ibid.
panis 120.211. 410.506. 510.655.673.694.707
profunda diſſertatio 695
pes & oculus 122
populus regẽ eligens 123
poma 127.522
perſequutio ſatanæ 127
paſſus iniuriam 129
populus 130.137.256
percutiens lapidem 130
peccator Chriſtianus 130
prophetarũ ſermones 132
peregrinus pauper 133
pulli 137.190.675
phantaſiæ 139
peccata populorum 138
pſeudochriſti 140
potus 143.667
peregrinus 143
pecunia 145
prata ſpũalis eloquij 146
populus Dei 137
pueri 153.196.258.289
pax 159.613.622
podagrici 163
peccatis ſeruientes 173
pueritia 180
pædagogi 180
paracletus 182.521
philoſophorũ opiniões 184
pura oculorũ acies 184
peccatum quid 187
pręſentiũ admiratores 201
Pharao 200.261.721
procreandi cupiditas 202
præfectus exercitus 207
populus quid 185
pecunia pauperum 211
perpetuò bene agendum 215
paupertas ac diuitiæ 216
paruulus 217.267.476
pueri ſcholis traditi 219
pecuniæ cupidi 220
perpetua nubium denſitas 221
pauperes 222.262
pictor inſignis 222
perſonæ hiſtrionum 225
perturbationes 229
pericula 228
procella 229
periculoſiſſimũ diuinas res, humana rõe metiri 230
parentes boni 234
puerorum fidelis inſtitutio 237.290
patientia 236

pecunias amante nihil turpius 241
Phidias 831
peregrini 244.259.531.597.736.
principatus 255
princeps malus 256
pelagus ſcripturarum 261
præſtigiator ibidem
perfida mens 226
pecuniæ amor 269
patiens 271
planta recens poſita 272
phrenetici 273.614.617.757
pugil 274
perſecutio 275.661.666
peccator 278.290.674.702
Paulus 280.530
prophetiæ cognitio 282
pœnas repetens 287
patres filiorum amantiſſimi 293
peccator impunitus 293
pietas materna 294
prætexta 295
promiſſio 300
pictoria officina 307
peccatum malum eſt 308
pauper in regis filium cooptatus 310
probi 311
praui ibidem
paradyſus 312.531.593
potentia Dei 317
pueri Babylonij 395
Pardalis hominibus infeſtiſſima 399
pueri prauo ingenio 406
pueri caſtigati 408
peccata 408.532.571.572.584.642.674.
plantæ 411.617
propheta uerus 418
proximorum peccata lugentes 412
præcepta diuina negligentes 405
proreta 416.417
pſeudo euangelici 416
presbyteri 417
præſumptuoſus 420
putridæ mortuæq́; corporis carnes 421
particeps ſpiritus S. 425
putei animæ 432
princeps animi facultas 460
pratum odoriferum 472
Petrus 473
poëta 424
pecuniarũ amatores 449
panes benedictionis Ieſu 450
panis domini 450
perfectus 454
purgatorium 460
piſces 462
philoſophiæ utilitas 465.485
poteſtates ſublimiores 471
petra laudabilis 471
paſtores 474
pueri morib. formãdi 478
præcipua corrigendi proximũ ratio 478
primaria dona 479
petra euangelica 482
petra 485

philoſophum eſſe 486
pulchritudo 486
pietas ſed occulta 487
proteus 472
pugil imperitus 494
participatio uitæ 506
panis communiōis unitus diuinitati 511
parentes 517.729
pauper 319.701.753
patresfamiliarum 521
publicatio ſui 520
portus infeſtus & periculoſus 525
palea 524.627.661
pœnitentia 526.545.629.651.688
pingendi artifex 527
patriarchæ 531
paſſio Ieſu Chriſti 535
pignus 536
paruulum morientem liberans 538
perſecutiones 543
peccatorum precio uenditi 544
pœna inferni ibid.
prudentia 546.645
paruuli 546
præcepta cœleſtia 546
prudentium uirorum ſermo 550
perſonarum ſimilitudines 558
primus homo 568
principes hæreticorū 575
pabula 580
potus ibidem
perfectus uir 587
pauper conuiua ambitioſę
mendicitatē oſtentās 588
philoſophi 590.691.718
principes 596.781.771
pictura 595.623.724
prophetica hiſtoria 597
piſces maris 599
pſalterium 600
preſſura 603
prædeſtinati ante ſecula 604
peccato diaboli filij ſumus 606
peruerſus 608
pretium requiei ſempiternæ labor 668
puer ſtultus & imprudens 604
precationes 615
peccata etiam uenialia nō parū grauant 617
paterna diligentia 619
propheticę narratiōes 620
promiſſiuæ ſacramentorū figuræ 621
prouidentia diuina 634
peſtilens uirus 623
prædeſtinatio 624
peccati et iuſtitię ſeru⁹ 624
picturæ 625
præputium 627.405
puteus inferni ebrietas 629
paludes 628
paupertas 788
periculum 631
peccatum uoluntariū malum eſſe 632
pater, filius, ſpiritus S. 636
peccatū primi hominis 637
præpoſterus homo 639

præſentia Dei 641
paradiſi aqua 642
participatio melioris 643
patria 645
peccata uenalia 644
precatio ibidem
purpura 647
præcepta iuſtitię 646
paſtor 648.676
promiſſa 649
perſonæ 656
princeps huius mundi miſſus foras 659
prolapſus in puteum 662
paxillus ibidem
princeps ibidem
perturbatus 676
pignus amoris 680
peccati corruptio 689
perſeuerantia 690
peccatrix anima ibidem
pietas Dei 691
poëtæ 691.724
prædones 692
prouidus 697
pſeudoprophetæ ibidem
præſentia 698
populus turbidus 708
profeſſiones 712
plebis imperium 715
principia 716
philoſophia uetus 717
probatum aurum 718
poëtæ hiſtorici, philoſophiq; nobis legendi 719
piſces marini 720.722
parricidæ 721
pretioſa uili materia integi 723
pictorum ars 723
penates 729
per procliue currẽtes 733
perfectus ſtatus 733
Phidias 739
partes philoſophiæ 739
philoſophia 739
procellæ 750
peſtilentia 751. 740. 755
purpurati 757
præſes mundi 762
præmia æterna 766
pœnitentia 770
poteſtas 771
patientia 773
pietas 779
parricidæ ibid.
paſſiones 778
pretioſus Chriſti ſanguis ibidem
pelagus 780
pręconium B. Iob 781
pudicam, ornatamq́, & liberam ducturi 783

Q

QVid ſit in cauſa, cur dominus non continuo ſuos exaudiat 45
quando diabolus ut quum maxime infeſtat 47
quibus gubernator & uector refocillentur 65
quæſtiones 227
quatenus à lege ſumus erepti 229
quæſtiones altiores 460
quæſtuarij exorciſtæ 541
quæ faciunt ad lectionem ſcripturarum 588
quadratus lapis 609

qua-

quatuor paradyſi fontes 686
quadriga 687
quartana 728

R

REſurrectio 43.541
Rerum humanarum impetus 46
rapinam exercens 52
rapaces 161
rex delicatus 93
radix 108.109.210.234.634.676
Roma expugnata 112
ruina peccati 121
regale prandium 131
rex Roma. 138
rex uictus & fugatus 139
rex cum tyranno conflicturus 144
rerum facies 145
rhetores 182.427
radÿ ſolares 187.197.221.392.421.507.230.605.734
regius cultus 189
regnum cœlorũ 204.706.407
res ſpũales in inultas funtiões ſunt diſtributę 206
regales pecuniæ 207
reſipiſcens 226.440
reſurrectio Chriſti 230
rectorum officium 235
regni cœleſtis gaudia 238
regnantium ſtatuæ 247
regina 252
remiſſio 275.292
regia ſigna 289
remedia uulnerum 295
rex factus & confirmatus 301
regiæ aulæ 307
ridiculus 322
ripſaſpis 395
recens locupletati 407
roſæ 411.575
regis imago uitiata 421
rhetoricis addictiſſim⁹ 427
rationabilis ſermo Dei 434
reſipiſcentia 440.585
rubus 444
radius oculorum 445
ratio 462.546.713
rudes & imperiti 466
rerum ac ordinis confuſio 467
racemuli 480
roſa 486
roſa inter ſpinas 488
Raab meretrix 490
ramus incuruus 441
ramus arboris 496
rex 509.511.589
reliquiæ ſanctorum 511
rami 528.634
riui 528
rimæ 534
rete in marę miſſum 539
regia animæ ſedes 548
reciſio ibidem
ructus 556
rubigo linguæ 561
remedium nuptiarũ 566
rationalis creatura 569
repentinus caſus 573
riuulus 580
reſpublica 595
remiſſio Critica 602
requies 608

regnum 608
robur 634
regeneratio 642
regenerationis ſacramentum 643
rectum iter 645
racemi 655
reatus peccati 662
rapina 670
reprobi 672
riuus 684
riui ſpiritualis 685
ruſticus 689
ranæ 696
rebelles 700
ramuſculi ibi.
roſaria 718
rebelles 720
ramenta ibidem
reliquiæ 737
reus 738
ratio ibidem
reges 751
religio 752
res humanæ 754
rex potentiſſimus 760
rerũ humanarũ imperium ibidem
religio deorũ 763
rimulæ 774
retributio 788
rex 789

S

Simultas 12
ſcintilla ignis 21.274.567
ſtellæ 23.425.437.644
ſacrificia 29
ſupplicatio 30
ſacrificus 31
ſcintilla fidei 37
ſemina 43.191.277.675.564.565
ſpiritus dona 43
ſpiritualis ac honeſtus piorum furor 44
Sol 45.108.212.150.180.249.188.196.200.218.396.399.402.421.425.436.471.608.621.626.677.681.715
ſuperbus 47.91.165.505
ſorte ſua contenti 53
ſpiritualis diuinarum ſcripturarum uinea 57
ſpiritus nixus 63
ſacerdos peccatorum remittit maculas 66
ſcripturæ mos in arripiendo peccatores 67
ſanctorum animæ 68
ſacrificorum uigilãtia 73
ſacerdotum animus ibi.
ſcripturæ ſacræ diuitiæ 79
ſcholæ ſpirituales 80
ſermo Dei 87.443.561.580.583.690
ſanctorum memoria 88
ſcripturæ diuinæ myſteria 91
ſaluator 92
ſublimes ibidem
ſpiritus fulgor ibidem
ſtellæ aſpectus 98
ſacerdotum functio 100
ſermo malus 101
ſermo diuinus ibidem
ſemen 105.514.527
ſcientia ſpiritualis 107
ſpinæ 109.172.195.655.658.667.666

ſerpētes 109.158.163.174.
514.526.644.709.751
ſpiritus S. 108. 285. 568.
643.644
ſapor humanarum rerum
108
ſpiritualis doctrina 108
ſeptem uirtutum & uitiorum ſpecies 115
ſacerdotum iniquitas 120
ſancti 121.140.218.611
ſtomachus 124.138.728
ſacerdotium 124
ſacerdotes in eccleſia loquentes ibidem
ſacerdos & clerus 128
ſermo acris ibidem
ſacerdos 129.137.160.
256.563
ſermo 131
ſcripturarum conuiuium
132
ſerui peccatores 134
ſenex 142
ſpirituales 141.396
ſacerdotes cur ordinati
142
ſponſus 143.639
ſacerdotum exhortatiões
243
ſcripturæ loquutiones 145
ſanitas 146.396.438
ſanus 768
ſcripturarū meditatio 146
ſanguis Chriſti 147.199.
523
ſeruus debitor 149
ſopor 150
ſtudioſi & probi 154
ſepulchra 155.184
ſordes 160.641.642.685
ſpōſa deformis & pulchra
162
ſepulchrum 161
ſecularia 165.172
ſpiritualia 165
ſues 170
Scylla 171.591
ſeruus dño maledicēs 171
Scœnici 173
ſaltatrix ibidem
ſub mortem bene operandum 176
ſementis 180.406
ſordide uiuens 187
ſcripturarum intellectus difficilis 191
ſcripturæ ſpūalis arma 193
ſcripturarum ordo 192
ſpiritus extinctus 195
ſpirit⁹ S. ignis & aqua 194
ſolaris lux 197
ſal 196.562 705
ſcriptura 202.619.675.
667.698
ſanctorum diſcrimina 220
ſeruus rex 223
ſerui perturbationum 223
ſuus cuiq; cruciatus acerbiſſimus 223
ſtatera 226
ſcopuli 229.756
ſenectutis commoda 231
ſomnium 232.424
ſcena 235
ſacramenta terribilia 237
ſpes 241.605
ſomno graui detenti 244
ſanguis animalium 247
ſors 255

ſeruitus pecuniarũ 255
ſtadium olympicũ & Chriſtianum 157
ſileni Alcibiadæi 262
ſtella lucida ibid.
ſenſibilis & cœleſtis theſaurus ibidem
ſpes ſacra anchora 274
ſpes futurorum ibid.
ſchœnobatæ 281
ſeminans 290
ſanies 293.784
ſplene & intercute laborantes 293
ſolitudo 2;8.731
ſcriptura diuina 298
ſcripturæ ſacræ laus 302
ſocij miſeriæ 303
ſemper auarus eget 319
ſanctorum ueneratio 311
ſanctorum potentia 313
ſanctorum gaudium 314
ſophiſtice 317
ſatanæ traditi 324
ſuo quiſq; commodo impẽſius ſtudet 325
ſtudia ſacra 411
ſtudioſi conatus 412
ſtulti 413.589
ſapientia 413
ſagittam tendens 403
ſacramenta eccleſiæ ſumenda 417
ſciolus 420
ſcientiæ lux 421
ſinapis 427.628
ſcriptura ſancta 428.501.667.555.675.593.708
ſtatuarij 430
ſchiſmata 433.693
ſectæ 435
ſcripturæ ſacræ utilitas 436
ſydera 437.522
ſolis radij 437.528.536.538.564.635.641
ſanctorum inſignia 437
ſabbati uaria obſeruatio 439
ſpiritus S. mẽtem perflans 441
ſplendor gloriæ ibid.
ſapientia Dei 441.718
ſeruus ære emptus 514
ſcortatio 517
ſimia amat catulos ibid.
ſitiens ibidem
ſimilitudines euangelicæ iuxta quatuor euangeliſtas 367.446
ſcriba doctus 446
ſepiæ atramentum 486
ſtatuæ 446.723
ſpiritus ſancti gratia 392
ſpiritus operatio 392
ſtadij finis 393
ſumme ſplendens 394
ſobrietas 396
ſeipſum lædens 397
ſyluæ ardentis fuga 397
ſagittæ 398
ſanctorum cõmemoratio geſtorum 403
ſigna ueteris nobilitatis 404
ſol iuſtitiæ 405.516
ſanctorum uitæ ac opera 410
ſuppoſititij liberi 410

ſcriptu-

ſcripturæ diuitiæ 410.550
ſiphon aquæ 519
ſtillicidium 519.682
ſcorpij 526
ſpiritus nequam 526
ſpiritus immundi 527
ſponſa Chriſti 528
ſpirituales delitiæ 537
ſemina diuerſa in unũ confuſa 540
ſponſa 541.639
ſerpentis prudentia 543
ſeges 543.666
ſeruus Dei 548.
ſacramentũ unctionis 549
ſeuera obiurgatio 551
ſitientes 552.562
ſtamen 556
ſeruus Chriſti 559
ſenſus ratione captus 564
ſemen ſermonis Chriſti 566
ſalutem eſſe operandam cũ timore ac tremore 569
ſeminans uerbum Dei 567
ſterilis uxor 567
ſecunda regeneratio 568
ſuauitas 572
ſuperbus 576
ſpiritus Dei 577
ſinapis ſuccus 578
ſaltans corporaliter & ſpiritualiter 581
ſacramenta 583
Syrenes 582
Sampſon 584.658
ſolis ſplendor 587
ſolis matutini ortus 587
ſol Chriſtus 588
ſcientia 589.716.744
ſapientes 589.755
ſimplices domini ſacerdotes 591
ſimplicitas fidei 562
ſtella maris 592
ſcripta 594
ſacrificium eccleſiæ 590
ſigna 596.598
Scipio 595
ſiliqua penſantur ſempiterni theſauri 609
ſeminans 611
ſal terræ 615
ſepes 618
ſacramentarij 620
ſpeculi nitor 536.619.682
ſanitas 625
ſeſe occidens 625
ſacconicia 628
ſcriptura in corde concocta 628
ſpiritus ſapientiæ 629
ſcientia ſapida ibid.
ſcientia inflat 629
ſpiritus uiuificat 630
ſalus 632
ſimilitudo 633
S.Trinitas 634
ſcirpus 670
ſonus 641
ſurdus 641
ſurdaſter ibi.
ſpiritus 642.678.684.691.774
ſolis & lucernæ lux 642
ſchiſmatici 643.710
ſacramentorũ forma 643

ſuperbus miniſter 645
ſentina 647
ſectio 649
ſpicæ 651
ſuperbia peccatorum omnium caput 653
ſcabioſus 654
ſimulatores 656
ſerpens æneus ibid.
ſanctorum geſta & ſcripta 657
ſpeculum ſordidum 656
ſeruus 661. 691
ſinus 662
ſugens 664
ſagittæ 66. 703
ſententiæ 667
ſeculi dilectores 669
ſtrutio ibidem
ſancta eccleſia 672
ſtructuræ 675
ſegetes 676
ſapientia perfecta ibid.
ſumma & inuiſibilia 677
ſacerdotes mali 675
ſubmerſi 680
ſtultus 681. 686. 703. 716
ſtilla aquæ 681
ſalutaria 680
ſpirituales & corporales 682
ſcalpens manus & ad ſanguinẽ uſq; confricãs 683
ſputa 685
ſpiritus rationalis 685
ſapiens 686. 728
ſapientia 686. 770
Simon Cyrenæus 687
ſequax 688
ſecularis homo 692
ſermo euangelij ſuauis 693
ſcientia ſolida 695
ſtimuli 696
ſpecioſa 699
ſpiritus S. proceſſus 699
ſcripturæ 704
Saul 709
ſubitæ procellæ 713
ſuppuratus animus 717
ſutoris diſcipulus 718
ſcripturis ſoli alumni capiuntur 721
ſpectatiſſimi reges 722
ſitus 726
ſcelera 732
ſentina 732. 747
ſenile corpus 732
ſapiens 747. 757
Sol 740. 761
ſuffuſio 738
ſymphonia 744
ſapiens perfectus 752
ſummum bonum 752
ſuperſtitio ibidem
ſalutaria 755
Stoici ibidem
ſapientes ibidem
ſapientis animus 756
ſimulachra 756
ſydera 758
ſeruorum nequiſſimus 765
ſanus 768
ſacrificia 769
ſubiectos coërcere 773
ſtupor ibidem
ſentes 775
ſtulti & imperiti ibi.
ſcintillæ 714. 776. 784

ſacramenta ſalutaria 776
ſcripturarum auditus 778
ſacerdotes praui 780
S. Paulus 789
ſanitas 788

T

Tempeſtas 20.127.139.140.171.139.301.631.714
templi neglectus 23
timor Dei 24.415
theſauri ſpirituales 39.262
temporum obſeruatio 55
temperans 78
tribunal Chriſti ibid.
thimiamata 80
theſaurorum effoſſores 81
templum Dei, ſpiritualis nidus 89
tinctio 88
tentationis ignes 94
tẽtatio 116.140.276.446
theſaurus precioſior 121
triticum 125
terra 126.271.133.180.560.590
taurus 132
templum 135
tabernaculum 139
terra fertilis 147
theſaurum infodiens 148
tineæ 164.502
tranquillitas à morte 187
thorus immaculatus 169
tibicines 143.182
tenebræ 187.405.692
terra frugifera 189
theſaurus abſcõditus 190.706
timor 195.275
tyrannus uiolentus 200
timor diuinus 229
tribulus 232
tabernacula militaria 238
tabernacula ſanctorũ ibi.
terrena negligentes 244
terra impẽſe humecta 251
terra uacua ab humoribus ibid.
tempus miſericordiæ 263
temulentia 271
tribulatio 275.277.286.292.599.600.610.677
tumultus 276.505
triſtitiæ nebula 288
thalamus 300
terrenis ſe oblectans 289
temeritas 292
trophæa 305
torpor 307
theatra ibid.
tragœdi 403
tenebræ 405
theatri ſedilia 406
tabulæ ceratæ 409
tinctores 410
terra neglecta 419
tribunal 429
typus & figura futurorum 430
tres pueri 444
trecentæ uulpes 455
thericalia medicamenta 465
throni 407
trinitas S. 480
tẽpeſtatis deſcriptio 484
tentationes 485.605.670
trapezitę probabiles 497
tribuli 502

templa 512.756
talpa 515
tentatus aer 522
triticum 529.657
theſaurus 534
tempeſtates 534
telum 552
timor 553.747.785
terror 553
teſta recens 555
triduana ieiunia 556
tryumphantes 558
turgens gemma 559
tempeſtate iactatus 559
teſtudo 575
tyrannus 576
Theotimus 585
tribuni 589
tranſgredi limitem agrorum 546
torcular 603
torcularia 604
tubæ ductiles 610
terra bona & mala ibid.
torrens 307.611.684.776
thus 628
tryumphus 631
tranquillitas ibid.
torpor 632
tria pocula 634
tenera puerorum ętas 650
S. Trinitas 634.653
timores duo 664
tribulationes 666
tenſiones chordarum 673
tritura 678
triſtitia 680 (685
totus undiq; conſpurcatus
traditiones 694.
theologorum uerba 696
temporalia 702
tenuis uitæ bonum 714
tuba 717
tyriaca 720
tyranni 722
tyrannidē affectantes 723
tempeſtiua beneuolentia 725
tela ibid.
taberna unguentaria 742
theatrum 754
togati 757
turbo 759
tyrones ibid.
terreſtris militia 765

V

Vulnera acerba 24
uenti 24.92
uites 25 (661.677
uua 25.600.602.604.
uino & potationibus dediti 29.
uirtutis certamen 40
uinea ſcripturarum 57
ualetudinarius 78
uirtutis contemptus 81
uulnera incurabilia 82
uerbum Dei attentiſſime audiendum 85
umbra 85.408.461.623
ueritas 85.435.623.633
uirtus 85.198.230.246.250.402.514.559.560.715.755.766.769
uerbum Dei 101.504.505.509.431.547.566
uſura 103.145
uerba diuina 104

uineæ

uineæ cultura 107
uia 108.443.672
ueritas profligata 112
ungues ibid.
ueſtimentum ibid.
uitiorum ſeptem ſunt genera 115
uiator 115. 407.536.771
uoluntas 117.685
uxor oblatratrix 137
uir laſciuus 116
uiuus mortuus ibid.
uir fidelis 127
uenator ſagax ibid.
uerbum 128.131
uas 130
uerbum bene auditũ 131
uernus flatus 141
uas plenum ibid.
uillicus 142
uiſitatio amicorum ibid.
uirgo deformis & languẽs 144
uermes 244.502.412.394.584.587 (74
uirginis ac uiduę delicta
uoluptatibus ſeruiens 78
uires corporis 200
uinitor 128
uermes nutriens 47
urſa 49
uinctus 51.238
uita 153.235.180.457 668.672.677.684.762.769
uir fortis 54
uiperæ 63
uepres ibid.
uolucres ibid.
utres 64
uentroſi ibid.
ueſtes continenter excutientes 64
uenenum aſpidum 68
uenter 71
uiperarum partus 79
uituperium 81
unigeniti opera 86
uerbi diuini præceptores 90
uita humana 254
ualetudo 92.625
uermis 193.260.572
uena 94
uitæ deſiderium 102
uulnus 103.438
unguentaria taberna 102
uictores 112
uulnerum neglectus 112
ubiq; moderatis utendum
uere diuites 117 (113
uere pauperes ibid.
uota noſtra ad cœleſtia transferenda ibid.
uenti furentes 120
uiuens in delicijs ibi.
uini ac delitiarum perpetuæ euaporationes 121
uitiorum tyranni 123
uitæ humanæ ſolicitudines 123
uenti immites 129
uita militaris 132
ueſtimenta nigra 132
uirgo 134
uirtus amara 151
uiuens alijs 176
ulciſcens 258
uia arcta & ardua 260
ueneficus 261

uita uoluptuaria turpiſſi. eſt meretrix 267
uita ſomnus 279
uiam ſpiritualem graſſantes 281
uolatilia ibid.
uita laborioſa 382
uinea 284.317
uulnerari 285
uita præſens ibid.
uirtutum uiæ diuerſæ 297 479
uaſa domini 479
uere iuſtus 296
uiri ſancti 208
uertex montis ibid.
uitium ſcripturarum 299
uinum 299.304.510. 436.460.523.570.574. 576.589.655.681.724. 743
uita fine carens 300
uortex 305
uulnerum leuamenta 307
uirtutes præceptoris 324
uinolentorum ora 394
uecordes 395
uas odore tetro refertum 400
uir bonus 403
uere Chriſtianus 408
umbra ibid.
utilitas 419
ualetudinarij 413
uerus animarum curator ibid.
uiatores obliuioſi 414
uenatorum laqueus 399
uigilia 396
uenenum 397.603
uiperæ 397
uultures 398
uulpes 405
uoluntas & conſilium Dei 418
uerus propheta 418
uenenarij 420
unguentum uaſe conteri 425
uerborum pompa 427
uerbum Dei ex Mariæ carne 428
uulnera corporum 429
ualentinus 454
ulmus 435.519
uomitus 440
urbes terræq; recedũt 441
uulnera 444
uterus Mariæ 445
uoluptas 444.574.587. 753.766
uirtutũ operationes 448
uirgo in ſolitudine uiolata 452
uolens fieri ſapiens 453
uulpes trecentæ 455
ueſpa 457
uiæ 463
uitã recte inſtituens 466
uenena 493
uita æterna 497
unguentum 499
uas niſi ſyncerũ &c. ibid.
uia compendiaria 500
uberrimus ſcripturarũ ſpiritualium paradiſus 501
uir & mulier 502
uenefici ibid.
unigenitus à patre 567
uiſus 475

uertiginoſi 469
uariæ uitæ electiones 472
uir 471
ulcera reciſa 480
uectigal ibid
uertiginem patientes 481
uir ſibi undique conſtans 482
uerbum caro factum 487
uitis 519.543.703
uitulus 514
unum in Chriſto corpus 524
uerna temperies 524
uindemia 524.587
unitas 529
uictoria 520.712.774
uirtus immobilis 531
ueſtis 532.685
uincula fœminea 533
uidens ſpeculum 536
uerriculum ſiue rete in mare miſſum 539
uxor 541
urbs pulchra & magna 544.
unctionis ſacramentũ 549
uer ibid.
uirus 552
uerbum Chriſtus 553
ueſtis eccleſiæ 556
uirgines ſanctæ ibid.
ueſtis Aaron ibid.
uitia 560.775
uinea 566
uulnus ſanatum 558
uiri ſemen 567
uulua 566
uerbum Dei ſeminans 567
uirbius 567
uictimæ 571
uulpes 573.584
uulnera putrida 577
Vlyxes 582
uallis Titanum ibid.
uirtutis natura 583
uale amicum lumen 585
uitioſum fundamentum 589
ueneranda cũ primis Deipara mater & uirgo Maria 592
uidua Sarephtenſis 593
uomer 597
ueſtes 595
ueſcentes 598
uexatio 602
uita ſanctorum 605
uinculis coërcẽdi atq; adeo cõburendi hæretici 614
uulnera 615.628
umbræ 625
uineæ operarij 622
uitiorum noſtrorum ordinator Deus 625
uinum aceto miſtum 518
uerum 630
uigilans 632
uarij animarũ morbi 633
utrunq; teſtamentum ibi.
unitas eccleſiæ 643.655
uenialia peccata 644
uera fides 645
uulnus ibid.
uiuens ſaluus 649
uſtio ibid
uenatores 650
uita beata 653
ulceroſus 654

Veri-

ueritas corporis & ſanguinis dominici 655
uerbi Dei auditor 656
unctio 659.663
uulpes capere 658
uentilabrum 660
uerba 663
ubera uaccarum 664
unguenta 666
uiri ſancti ibid.
ueſtimentum 669
uiatores 672
uoluptates 674
uapor 181
ueſtis pretioſa ibid.
uenatores 686
uirtutes 687.727.734
uirga Moyſi 688.709
uita humana 690
ultio diuina 691
uir nobilis ibid
undarum iactus 800.
uilia 698
unicornis 702
ulmus 703
uiator feſſus 706
uerbi Dei amator ibid.
uirgæ Iacob 707
uehementes flatus 710
uanitas 713
ulcera 717
ululæ 719
uenenatorum medicamenta 719
uia regia militarisq; 723
uitāda occaſio peccādi 735
unio 722
uitia 747.749.758
uipera 738
umbra ibid.
uirtutes 749
uirentia 749
uterus matris 742
uiſus oculorum 743
uoluptates 753.754
uenator 755
uoluptatem ſectans 753
ulcera 754
urbanitas 756
uitæ iter 758
urbes ignotæ ibid.
ueterani 759
uellus 765
unicum lumen 765
uiuens iniuſte 767
uiuentia ibid.
uas 769
unitas 771
unum eſt neceſſariū ibid.
uis ſentiendi 772
uaſta 775
uulnera 784
ueſtimentum 787
uerborum timor 788
urbs caſura 787

Z

Zelus uirtutis 270

FINIS.

DISTICHON.

Signa tenes, rerumq́; caput, ſeriemq́; locorum:

An potui uerbis dicere plura tribus?

AVTORES.

Athanaſius 456
Arnobius 533
Ambroſius 577
Auguſtinus 584
Adalardus 689
Abſolon 690
Auguſt. Eugubinus 710
Baſilius Magnus 390
Beda 680
Bernardus 678
Clemens 416
Chryſoſtomus 18
Cyrillus 504.777
Cyprianus 523.778
Climacus 694.777
Dionyſius Areopagita 513
Didymus 424
Eucherius 697
Fulgentius 693
Felicianus 701
Gregorius Nazianzenus 460.774
Gregorius Niſenus 496
Gregorius Pont. 665
Guilielmus Paraldus 700
Hilarius 543
Hieronymus 533
Hugo Victorius 699
Honorius 701
Ignatius 694
Irenæus 421
Ioannes Caſſianus 497
Ioannes Damaſcenus 507
Iſichius 694
Ioannes Gerſon 700
Ioannes Driedo 369.709
Iacobus Latomus 709
Iacobus Valent. 702
Lactantius 709
Leo Papa 695
Marcus Eremita 513
Maximus 515
Maphæus 694
Origenes 426.775
Olympiodorus 696
Paſtor nuntius pœnitentiæ 518
Pamphylus Martyr 425
Philippus presbiter 692
Primaſius 696
Paſcaſius 698
Paulinus 776
Petrus Galatinus 711
Rupertus 703
Remigius 709
Seneca 724
Sulpitius 696
Tertullianus 315
Theophilactus 520
Theodoritus 718
Tyrius Platonicus 710
Theophraſtus 702
Theodoricus 702

COLONIAE,

Ioannes Gymnicus excudebat Anno

M. D. XXXIX.


DISCITE IVSTITIAM MONITI.